Notes du mont Royal 선

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

# ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ

# ΠΕΡΙ ΒΙΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΥ

ΛΟΓΟΣ.

---

# IAMBLICHI CHALCIDENSIS

EX COELE-SYRIA

# DE VITA PYTHAGORICA

LIBER

GRAECE ET LATINE.

TEXTUM POST LUDOLPHUM KUSTERUM AD FIDEM CDD. MSS. RECOGNOVIT, ULRICI OBRECHTI INTERPRETATIONEM LATINAM PASSIM MUTAVIT, KUSTERI ALIORUMQUE ANIMADVERSIONIBUS ADIECIT SUAS


M. THEOPHILUS KIESSLING

SCHOLAE EPISCOPALIS CIZENSIS CONRECTOR.


ACCEDUNT

PRAETER PORPHYRIUM DE VITA PYTHAGORAE CUM NOTIS LUCAE HOLSTENII ET CONRADI RITTERSHUSII, ITEMQUE ANONYMUM APUD PHOTIUM DE VITA PYTHAGORAE, VARIAE LECTIONES IN IAMBLICHI LIBRUM TERTIUM ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΟΙΝΗΣ ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΗΣ ΕΠΙΣΤΗΜΗΣ, ET QUARTUM ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ ΑΡΙΘΜΗΤΙΚΗΣ ΕΙΣΑΓΩΓΗΣ, E CODICE CIZENSI ENOTATAE.

---

PARS POSTERIOR.

---


LIPSIAE, MDCCCXVI.

SUMTIBUS F. C. G. VOGELII.

# ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ,
ΤΟΥ ΚΑΙ
# ΜΑΛΧΟΥ,
Η ΒΑΣΙΛΕΩΣ,
# ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΒΙΟΣ.

---

# PORPHYRII
PHILOSOPHI,
SIVE
# MALCHI,
DE
# VITA PYTHAGORAE
LIBER.

CUM VERSIONE ET NOTIS
L. HOLSTENII.

# ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ

## ΠΕΡΙ ΤΟΥ

# ΒΙΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΑ

## ΛΟΓΟΣ.

1 Συμφωνεῖται [1]) μὲν δὴ παρὰ τοῖς πλείστοις
(5) Μνησάρχου γεγενῆσθαι παῖς· περὶ δὲ τοῦ γένους τοῦ Μνησάρχου διαπεφώνηται. οἱ μὲν γὰρ Σάμιον αὐτὸν εἶναι φασί. Κλεάνθης δὲ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν μυθικῶν, Συρον, [2]) ἐκ Τύρου τῆς Συρίας. σιτοδείας δὲ καταλαβούσης τοὺς Σαμίους, προσπλεύσαντα τὸν Μνήσαρχον κατ᾽ ἐμπορίαν μετὰ σίτου τῇ νήσῳ, καὶ ἀποδόμενον, τιμηθῆναι πολιτείᾳ. Πυθαγόρου δ᾽

1) *Συμφωνεῖται μὲν δὴ*] Principium operis mutilum esse quis non videt, cum Pythagorae nomen nuspiam compareat? puto prooemium operis desiderari, ad cuius finem haec verba referenda.

2) *ἐκ Τύρου*] Ita restitui pro *Πύῤῥου* et *Πύῤῥαν* vocibus nihili. Similis quoque error Num. 10. vbi *Πυῤῥινὸν* pro *Τυῤῥηνὸν* ante legebatur. Et ecce tibi praeter Diogenem Laertium, Dionysium Halic. et Plutarchum, testes fide dignos, Clementem Alex. v. Strom. Euseb. Praepar. 10. cap. 4. et Theodoret. 1. Therap. *Τὸν δὲ Πυθαγόραν Ἀριστόξενος καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος Τυῤῥηνὸν εἶναι φασίν. ὁ δὲ Νεάνθης Τύριον*

# PORPHYRII
## DE
# VITA PYTHAGORAE
## LIBER.

Consentiens quidem ea plurimorum est opinio, Pythagoram Mnesarchi filium fuisse: at de Mnesarchi genere non omnibus convenit. Nonnulli enim Samium eum fuisse affirmant. Cleanthes vero libro v. *Rerum Fabulosarum* Syrum fuisse prodidit, ex Tyro Syriae vrbe. Sed fame magna exorta in Samo, Mnesarchum mercaturae causa appulisse ad insulam, et praemii loco ciuitate donatum fuisse. Pythagoram autem, cui a

ὀνομάζει. Vbi ex Neanthe adduci vides, quae noster ex Cleanthe citat: ita apud alios quoque vtriusque nomen ἐναλλὰξ poni obseruo. Nam quod Aristophanis Schol. ad Equites ex Cleanthe refert de tribus ciuitatibus, quae Themistocli frumentum, vinum, et obsonium praebuerunt, id Neanthis Cyziceni auctoritate affirmat Plutarchus in Themistocle. Nihil tamen hic pronuntiare ausim: cum et infra noster Neanthis testimonio vtatur; Cleanthis autem μυθικὰ Athenaeus lib. 15. laudet.

*ἐκ παίδων εἰς πᾶσαν μάθησιν ὄντος* [3]) *εὐφυοῦς,*
(4) *τὸν Μνήσαρχον ἀπαγαγεῖν αὐτὸν εἰς Τύρον. ἐκεῖ δὲ τοῖς Χαλδαίοις συστάντα, μετασχεῖν τούτων ἐπιπλεῖον ποιῆσαι. ἐπανελθόντα δ' εἰς τὴν Ἰωνίαν ἐντεῦθεν τὸν Πυθαγόραν πρῶτον μὲν* [4]) *Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ ὁμιλῆσαι· δεύτερον δ' Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεοφυλίῳ, ἐν Σάμῳ ἤδη*
2 *γηράσκοντι. Λέγει δὲ ὁ Κλεάνθης ἄλλους εἶναι, οἳ τὸν πατέρα αὐτοῦ Τυῤῥηνὸν ἀποφαίνονται, τῶν τὴν Λῆμνον ἀποικησάντων. ἐντεῦθεν δὲ κατὰ πρᾶξιν εἰς Σάμον ἐλθόντα καταμεῖναι, καὶ ἀστὸν γενέσθαι. πλέοντος δὲ*
(5) *τοῦ Μνησάρχου εἰς τὴν Ἰταλίαν, συμπλεύσαντα*

3) εὐφυοῦς] Ingenii praestantiam *εὐφυΐαν* Plato, caeterique proprie dixere: eaque praeditum *εὐφυῆ*: vt *ἀφυΐαν*, et *ἀφυῆ*, qui eadem destituitur. Plato praeclare vtrumque explicat v. Polit. *Ἆρα οὕτως ἔλεγες τὸν μὲν εὐφυῆ πρός τι εἶναι, τὸν δὲ ἀφυῆ, ἐν ᾧ ὁ μὲν ῥᾳδίως τι μανθάνοι, ὁ δὲ χαλεπῶς· καὶ ὁ μὲν ἀπὸ βραχείας μαθήσεως ἐπὶ πολὺ εὑρετικὸς εἴη, οὗ ἔμαθεν· ὁ δὲ πολλῆς μαθήσεως τυχὼν καὶ μελέτης, μηδ' ἃ ἔμαθε σώζοιτο*, etc. Stoici definiebant *εὐφυΐαν ἕξιν ἐκ φύσεως, ἢ ἐκ κατασκευῆς, οἰκείαν πρὸς ἀρετήν, καθ' ἣν εὐανάληπτοι ἀρετῆς εἰσί τινες.* Hinc Plutarchus Symp. lib. IX. q. 14. animam *δι' εὐφυΐαν* facile ad rerum coelestium recordationem et amorem concitari ait. Herodotus de Homero: *Ἑώρα τὸν παῖδα ὄντα συνετὸν καὶ κάρτα εὐφυέα.* Ibid. *Φύσιν ἀγαθὴν* vocat; vt Zeno in Epist. ad Antig. *φύσιν εὐγενῆ*: quem locum videre operae pretium est. De Socrate Porphyrii verba sunt apud Theodor. Ser. 1. Aff. Gr. *εἶναι αὐτὸν πρὸς οὐδὲν ἀφυᾶ.* Sed de *ἀφυΐα* vid. Epictet. cap. 63. et Simplicium: et inprimis Arrianum lib. 3. cap. 6. vbi *δοκιμαστήριον τῶν εὐφυῶν καὶ ἀφυῶν* ex Rufo ponit. Gellius lib. XIX. cap. 9. Asiaticum adolescentem ait fuisse *ad rem musicam facili ingenio ac lubenti.* Apuleius in Florid. de Pythagora: *Vir ingenio ingenti, ac profecto*

pueris ingenium ad omnes disciplinas aptissimum inerat, Tyrum postea a Mnesarcho fuisse abductum, et Chaldaeis ibidem commendatum, quorum doctrina imbui in primis cupiebat. Reuersum autem inde in Ioniam Pythagoram, primum Pherecydi Syrio sese adiunxisse; deinceps Hermodamanti Creophylio, qui senex in Samo tum degebat. Nec tamen deesse scribit Cleanthes, qui patrem eius Tyrrhenum affirment, ex illorum genere, qui Lemnum incolebant: cumque negotiorum causa inde in Samum venisset, permansisse isthic, ciuemque factum fuisse. Mnesarcho autem in Italiam nauigante, Py-

*supra captum hominis animi augustior.* Et alibi de Platone: *Pueri eius acre in percipiendo ingenium.* Sed haec potius ὀξύτης, pars εὐμαθείας: de qua infra. Hac enim Pythagoram et Platonem maxime valuisse Arnobius quoque testatur lib. II. *Platonica licet aut Pythagorica progenies, aut horum alicuius, qui acuminis perhibentur fuisse divini.*

4) *Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ*] Ex Syro maris Aegei insula oriundus fuit, non ex Syria orientis prouincia. Hinc enim gentile Syrus, inde Syrius. Sexcenties hac in re peccatum video apud Clementem Alex. Euseb. de Praep. Theodoretum, Diogenem Laërtium, et alios: vbi interpretes Syrum semper reddunt. Apud hunc Serm. I. Gr. Aff. male legitur, *ὁ μὲν γὰρ Φερεκύδης Τύριος ἦν, οὐκ Ἀθηναῖος.* Apud Diogenem quoque Laërtium vitiose, *ἐν Σύρᾳ τῇ νήσῳ,* pro *Σύρῳ:* vt et apud Suidam v. *Φερεκύδης. ἐστὶ δὲ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων ἡ Σύρα, πλησίον Δήλου.* vbi leg. *Σύρος.* Hic error levis: principes tamen eruditorum in maiorem induxit: qui omnem sapientiam ex Syria in Graeciam delatam hoc argumento contendunt, quod Pythagoras primus philosophorum Syro praeceptore fuerit vsus.

τὸν Πυθαγόραν νέον ὄντα κομιδῇ, σφόδρα οὖσαν εὐδαίμονα, καὶ τόθ' ὕστερον εἰς αὐτὴν ἀποπλεῦσαι· καταλέγει δ' αὐτοῦ καὶ ἀδελφοὺς δύο, Εὔνοστον καὶ Τυῤῥηνὸν πρεσβυτέρους. Ἀπολλώνιος δ' ἐν τοῖς περὶ Πυθαγόρου, καὶ μητέρα ἀναγράφει Πυθαΐδα, ἀπόγονον Ἀγκαίου, τοῦ οἰκιστοῦ τῆς Σάμου. τινὰς δὲ Ἀπόλλωνος αὐτὸν ἱστορεῖν καὶ Πυθαΐδος τῷ γόνῳ, λόγῳ δὲ Μνησάρχου φησὶν Ἀπολλώνιος. τῶν γοῦν ποιητῶν τῶν Σαμίων εἰπεῖν τινά·

Πυθαγόραν θ', ὃν ἔτικτε Διῒ φίλον Ἀπόλλωνι
Πυθαῒς, ἣ κάλλος πλεῖστον ἔχεν Σαμίων.

Διακοῦσαι δ' οὐ μόνον Φερεκύδου, ἀλλὰ [5]) καὶ Ἑρμοδάμαντος, ἀλλὰ καὶ Ἀναξιμάνδρου
5 φησὶν οὗτος. Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος ἐν δευτέρῳ τῶν ὥρων, παῖδά τ' αὐτοῦ ἀναγράφει Ἀρίμνηστον, καὶ διδάσκαλόν φησι γενέσθαι Δημοκρίτου. τὸν δ' Ἀρίμνηστον κατελθόντ' ἀπὸ τῆς φυγῆς, χαλκοῦν [6]) ἀνάθημα τῷ ἱερῷ τῆς

5) ἀλλὰ καὶ Ἑρμοδ.] Particulam ἀλλὰ rectius tolles. Cum Hermodamantem iam ante commemorarit vna cum Pherecyde, quibus nunc Anaximandrum addit.

6) χαλκοῦν ἀνάθημα] Artium et Scientiarum inuenta olim in columnis cippisque et tabulis aeneis, ad posteritatis memoriam publice descripta fuisse, non vno loco veteres testantur. Plinius lib. XXXIV. cap. 9. *Vsus aeris ad perpetuitatem monumentorum iam pridem translatus est, tabulis aeneis, in quibus publicae constitutiones inciduntur.* Idem lib. XIII. cap. 11. *Publica monumenta plumbeis voluminibus confici coepta.* Vetustissimum huius rei exemplum de Sethi filiis refert Iosephus, Antiq. Iud. lib. I. qui astrorum scientiam

thagoram admodum adolescentulum vna cum ipso eodem profectum: cumque opibus ea terra maxime floreret, ipsum deinceps naui eam repetiisse. Recenset praeterea duos ipsius fratres, Eunostum, et Tyrrhenum, natu maiores. Apollonius autem lib. *de Vita Pythagorae*, matrem quoque eius prodidit Pythaidem, quae ab Ancaeo Sami conditore genus ducebat. Quin et idem Apollonius affirmat, nonnullos eum reipsa Apollinis et Pythaidis, verbo autem Mnesarchi filium prodidisse: ideoque Poëtam quendam Samium dicere:

*Pythaïs ex Samiis peperit pulcherrima Phoebo*
*Pythagoram, curam deliciasque Iouis.*

Nec solum Pherecydem audiuisse, sed et Hermodamanti atque Anaximandro operam dedisse idem testatur. Duris autem Samius libro II. *Horarum* filium illi fuisse scribit Arimnestum: eoque magistro vsum Democritum. Arimnestum vero postliminio ab exilio reuersum donarium ex aere in Iuno-

duabus columnis, lateritiae alteri, alteri saxeae, inscripserunt: vt altera diluuio, altera incendio superesset. Apud Aegyptios testatur Proclus lib. I. in Timaeum, p. 31. omnia admiranda ingenii reperta et praeclare facta columnis incisa ad posteros fuisse transmissa. *Αἰγυπτίοις καὶ τὰ γεγονότα διὰ τῆς μνήμης ἀεὶ νέα πάρεστιν· ἡ δὲ μνήμη διὰ τῆς ἱστορίας. αὕτη δὲ ἀπὸ τῶν στηλῶν, ἐν αἷς ἀνεγράφοντο τὰ παράδοξα, καὶ τὰ θαύματος ἄξια τῶν πραγμάτων, εἴ τε ἐν πράξεσιν, εἴ τε ἐν εὑρέσεσιν.* Quin terrae marisque situm ambitumque

(6) Ἥρας ἀναθεῖναι, τὴν διάμετρον ἔχον ἐγγὺς δύο πηχέων, οὗ ἐπίγραμμα ἦν ἐγγεγραμμένον τόδε·

Πυθαγορέω φίλος υἱὸς Ἀριμνηστός μ' ἀνέθηκε,
Πολλὰς ἐξευρὼν εἰνὶ λόγοις σοφίας.

(7) Τοῦτο δ' ἀνελόντα 7) Σῖμον τὸν Ἁρμονικὸν, καὶ 8) τὸν κανόνα σφετερισάμενον ἐξενεγκεῖν

vniuersum iisdem insculpsisse auctor est Apollonius Rhodius lib. IV. vers. 279.

Οἵ δή τοι γράπτυς πατέρων ἕθεν εἰρύονται,
Κύρβιας, οἷς ἐνὶ πᾶσαι ὁδοὶ καὶ πείρατ' ἔασιν
Ὑγρῆς τε τραφερῆς τε πέριξ ἐπινεισσομένοισιν,

Vbi forte rectius γραπτοὺς κύρβιας legeretur. Nam quod Scholiastes hoc loco γράπτυς, τοὺς νόμους explicat, id auctoris menti minime conuenire existimo. Commodius inscriptiones quascunque lapidibus incisas intelligas. Iamblichus quoque de Mysteriis Aegypt. Sect. I. cap. 2. omnia sapientiae inuenta antiquis Mercurii columnis inscripta fuisse refert. *Quas cum Plato olim et Pythagoras legissent, philosophiam instituerunt.* Sed nemo melius quam vetus et incognitus auctor admirandi operis de diuina sapientia secundum Aegyptios, lib. XIV. cap. 14. *Sapientes Babylonii et Aegyptii mentis acumine ad illa supremi mundi abdita penetrantes, animorum conceptus, sicut ipsi oculati testes sumus, in lapidibus per figuras describebant. Idemque in omnibus artibus et scientiis faciebant. Deinde lapides, in quibus illa descripta erant, in templis collocabant, et quasi paginas perlegendas exhibebant, talesque librorum loco illis erant in vsu.* De Babyloniis quoque Plinius lib. VII. cap. 56. *Epigenes apud Babylonios DCCXX annorum obseruationes syderum coctilibus laterculis inscriptas docet.* Idem quoque mos in Graeciam transiit: vbi leges, edicta, proscriptiones, foedera, et caetera publica acta columnis cippisque saxeis, hoc est, στήλαις καὶ κύρβεσιν inscribebantur; qua de re Harpocration, Apollonii Scholiastes, caeterique Grammatici veteres consulendi. Quin et aeri incisa fuisse, ex Platonis Mi-

nis aede statuisse, cuius diameter duorum fere cubitorum erat, hoc Epigrammate inscripto:

*Qui tulit in lucem multa et praeclara reperta,*
*Gnatus Arimnestus Pythagorae hoc posuit.*

Simum vero Harmonicum hoc ipsum sustulisse, et canonem musicum sibimet attribuisse,

noe constat: vbi refert, Talum circumtulisse leges scriptas ἐν χαλκοῖς γραμματείοις. Artium quoque et ingenii monumenta a temporis iniuria simili ratione vindicasse testatur vetustissima tabula chronologica Arundelliana, nuper magno bono publico a viris eruditissimis in lucem prolata: tum etiam Hippolyti Portuensis canon Paschalis, qui eiusdem statuae adscriptus in Vaticana bibliotheca visitur. Hanno Carthaginiensis Libycae circumnauigationis descriptionem in Saturni templo posteritati legendam proposuit: nec dubito quin ἀνάθημα illud aere vel marmore fuerit expressum. Romanos quoque fastos consulares, et calendaria diuersa, tum vrbis vniuersae ἰχνογραφίαν, cum regionibus, vicis, viis, atque aedificiis omnibus, marmoreis tabulis cippisque spectanda proposuisse, fragmenta a viris doctis collecta testantur. Ne quid de legibus XII. tabularum, et Legis Regiae reliquiis dicam, quae in Capitolio spectantur: ea enim legum scribendarum ratio non a Romanis aut Graecis, sed ab ipso Deo Opt. Max. originem ducit: qui legem digito proprio lapideis tabulis inscriptam Hebraeis per Moysen promulgauit: et sane optime hunc scribendi modum exprimunt S. literae. Iob, cap. XIX. v. 24. *Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei stylo ferreo, aut plumbi lamina; vel certe sculpantur in silice.* De foederibus quoque tabulis aereis perscriptis exempla habes 1. Macchab. cap. VIII. v. 22, et cap. XV. v. 13.

7) Σῖμον] Simum Posidoniatem Pythagoricum Iamblichus commemorat: nescio tamen an illi hoc tribuendum, ob reuerentiam, qua praeceptorem colebant Pythagorici.

8) τὸν κανόνα] Musicum scilicet: quod et in versione

ὡς ἴδιον· εἶναι μὲν οὖν 9) ἑπτὰ τὰς ἀναγε-
γραμμένας σοφίας. διὰ δὲ τὴν μίαν, ἣν Σῖ-
μος ὑφείλετο, συναφανισθῆναι καὶ τὰς ἄλλας
4 τὰς ἐν τῷ ἀναθήματι γεγραμμένας. Ἄλλοι δ'
ἐκ Θεανοῦς τῆς Πυθάνακτος, τὸ γένος Κρήσ-
σης, υἱὸν Τηλαυγῆ Πυθαγόρου ἀναγράφουσι,
καὶ θυγατέρα Μυΐαν· οἱ δὲ καὶ Ἀριγνώτην·
ὧν καὶ συγγράμματα Πυθαγόρεια σώζεσθαι.
(8) Τίμαιος δ' ἱστορεῖ, τὴν Πυθαγόρου θυγατέρα
καὶ παρθένον οὖσαν 10) ἡγεῖσθαι τῶν παρθέ-
νων ἐν Κρότωνι, καὶ γυναῖκα τῶν γυναικῶν.
τὴν δὲ οἰκίαν Δήμητρος ἱερὸν ποιῆσαι τους

explicationis causa addidi: nam Laërtius testatur Pythagoram canonem vnius chordae inuenisse. Meminit etiam Nicomachus lib. I. Enchirid. Harm. pag. 79. *τοῦ Πυθαγορικοῦ λεγομένου κανόνος*: cuius diuisionem ibidem tradit. Ea autem regula siue norma est, omnium tonorum rationes et proportiones continens. Quomodo autem a Pythagora inuenta fuerit, vide apud eundem Nicomachum pag. 69. et Iambl. lib. I. c. 26. Hunc canonem tanquam *κριτήριον* in omni harmonica disquisitione adhibendum docet Ptolemaeus lib. I. Harm. cap. 2. *Τὸ μὲν οὖν ὄργανον τῆς τοιαύτης ἐφόδου καλεῖται κανὼν ἁρμονικὸς, ἀπὸ τῆς κοινῆς κατηγορίας, καὶ τοῦ κανονίζειν τὰ ταῖς αἰσθήσεσιν ἐνδέοντα πρὸς τὴν ἀλήθειαν παρειλημμένος.* Vbi Scholion Graecum, *Κανών ἐστι μέτρον ὀρθότητος τῶν ἐν τοῖς ψόφοις συμμετριῶν. ἢ μέτρον ὀρθότητος τῶν ἐν τοῖς ψόφοις ἡρμοσμένων διαφορῶν, αἳ θεωροῦνται ἐν λόγοις ἀριθμῶν.* Ita MS. Codex Graecorum Musicorum, quem Illustrissimi Card. Barberini instructissima bibliotheca mihi suppeditavit: vnde etiam *τὰ μονόχορδα* instrumenta musica, Panduras vulgo dictas, Pythagorici *Κανόνας* appellabant, teste Nicomacho L. 1. p. 67.

9) *ἑπτὰ — σοφίας*] *Σοφίαν* Pythagorae et Platonis Schola proprie vocabat, *τὴν τῶν νοητῶν καὶ ὄντως ὄντων ἐπιστή-*

ac venditasse pro suo. Fuisse autem septem artes adscriptas: sed vna a Simo sublata, caeteras quoque, quae donario erant subscriptae, fuisse deletas. Alii ex Theano Pythanactis filia, genere Cressa, Telaugen filium, et Myiam filiam Pythagoram suscepisse scribunt: quibus Arignotam nonnulli addunt: quorum scripta Pythagorica supersunt. Timaeus vero auctor est, Pythagorae filiam, virginem adhuc virginei, mulierem vero muliebris chori agmen duxisse: Crotoniatas autem domum illius in Cereris

*μην, καὶ μόνην τὴν ἐν τούτοις κατάληψιν καὶ γνῶσιν τῆς ἀληθείας.* Promiscue tamen omnis ars et scientia ita dicitur: idque auctore etiam Homero, quem *τὴν τεκτονικὴν* hoc nomine appellasse Hesychius, Suidas, aliique obseruant. Quemadmodum etiam *σοφιστὴς*, quiuis artifex. Hic artes liberales hoc nomine intelligi ex adiuncto numero septenario apparet.

10) *ἡγεῖσθαι τῶν παρθένων*] Iamblichus idem refert lib. I. cap. 30. *Γήμαντα δὲ τὴν γεννηθεῖσαν αὐτῷ θυγατέρα, μετὰ ταῦτα δὲ Μένωνι τῷ Κροτωνιάτῃ συνοικήσασαν, ἀγαγεῖν οὕτως, ὥστε παρθένον μὲν οὖσαν ἡγεῖσθαι τῶν χορῶν, γυναῖκα δὲ γενομένην πρώτην προσιέναι τοῖς βωμοῖς, Cum autem vxorem duxisset filiam ex ea susceptam, quae Menoni Crotoniatae postea nupsit, ita educasse, vt virgo quidem duceret choros, nupta vero prima ad aras accederet.* Ita locus ille constituendus. Choros autem duxisse, qui honore et dignitate caeteros omnes praecederent, tam notum est, vt et prouerbio locum fecerit. Ita Diana apud Homerum in hymno,

*Μουσῶν καὶ Χαρίτων καλὸν χορὸν ἀρτυνέουσα,*
*Ἡγεῖται χαρίεντα περὶ χροῒ κόσμον ἔχουσα,*
*Ἐξάρχουσα χορούς.*

Hinc *χορηγὸς* et *χοροδέκτης*.

*Κροτωνιάτας· τὸν δὲ στενωπὸν καλεῖν Μουσεῖον.*
5 [11]) *Λύκος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν καὶ περὶ τῆς πατρίδος ὡς διαφωνούντων τινῶν μνημονεύει λέγων· τὴν μὲν οὖν πατρίδα καὶ τὴν πόλιν, ἧς γενέσθαι πολίτην τὸν ἄνδρα τοῦτον συμβέβηκεν, εἰ μὴ τυγχάνῃς κατειδὼς, μηδὲν διαφερέτω σοι. λέγουσι γὰρ αὐτὸν οἱ μὲν οὖν Σάμιον, οἱ δὲ* [12]) *Φλιάσιον, οἱ δὲ*
6 *Μεταποντῖνον. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ οἱ πλείους, τὰ μὲν τῶν μαθηματικῶν καλουμένων ἐπιστημῶν, παρ' Αἰγυπτίων τε καὶ Χαλδαίων, καὶ Φοινίκων φασὶν ἐκμα-*
(9) *θεῖν.* [13]) *γεωμετρίας μὲν γὰρ ἐκ παλαιῶν χρόνων ἐπιμεληθῆναι Αἰγυπτίους· τὰ δὲ περὶ ἀριθμούς τε καὶ λογισμοὺς, Φοίνικας· Χαλ-*

11) *Λύκος*] Ita hic legendum docuere iam pridem Viri Clarissimi, qui de Graecis historicis scripsere: ad quos lectorem remitto. Caeterum quod ille de Philosophi nostri patria referebat, idem quoque Flav. Ios. affirmat lib. II. contra Appion. Aeque difficile esse Pythagorae patriam indicare atque Homeri.

12) *Φλιάσιον*] Vide Paus. lib. 2. Mnesarchi pater Euphron, auus Hippasus, qui occupata a Doribus Phliunte in Samum profugit. Diogenes alia et longiore serie recenset.

13) *γεωμετρίας*] Causam explicat Iamblich. l. 1. c. 29. *διὰ τοῦ Νείλου προσθέσεις καὶ ἀφαιρέσεις.* Sic enim legendum. Vnus instar omnium erit ad hunc locum illustrandum Proclus in Euclid. lib. II. cap. 4. Cui addas Iulianum ita de inuentoribus artium disserentem apud Cyrill. lib. V. *Ἡ μὲν περὶ τὰ φαινόμενα θεωρία παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐτελειώθη, τῶν πρώτων τηρήσεων παρὰ τοῖς βαρβάροις γενομένων ἐν Βαβυλῶνι. Ἡ δὲ περὶ τὴν γεωμετρίαν ἀπὸ τῆς γεωδαισίας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τὴν*

aedem conuertisse; angiportum vero Museum indigitasse. At Lycus Historiarum quarto commemorat diuersas de ipsius patria quorundam sententias esse, dum ait: *Patriam itaque et ciuitatem, cuius ciuem virum hunc esse contigit, nisi ipse videris, scire parum tua intersit: quidam enim Samium eum esse dicunt, alii vero Phliasium, nonnulli Metapontinum.* Praeterea de doctrina quoque eius vulgo tradunt, ipsum Mathematicas quas vocant scientias, ab Aegyptiis Chaldaeisque et Phoenicibus didicisse. Geometriae enim ab antiquis vsque temporibus studiosissimos fuisse Aegyptios; numerorum et proportionum Phoenices; Astronomiae autem mo-

*ἀρχὴν λαβοῦσα πρὸς τοσοῦτον μέγεθος ηὐξήθη· τὸ δὲ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς ἀπὸ τῶν Φοινίκων ἐμπόρων ἀρξάμενον τέως εἰς ἐπιστήμης παρὰ τοῖς Ἕλλησι κατέστη πρόσχημα. τὰ δὲ τρία μετὰ τῆς συναρίθμου μουσικῆς Ἕλληνες εἰς ἓν συνῆψαν, ἀστρονομίαν γεωμετρίᾳ προσυφαίναντες. ἀμφοῖν δὲ τοὺς ἀριθμοὺς προσαρμόσαντες, καὶ τὸ ἐν τούτοις ἐναρμόνιον καταστήσαντες, ἐντεῦθεν ἔθεντο τὴν παρὰ σφίσι μουσικήν· τοὺς ὅρους εὑρόντες τῶν ἁρμονικῶν λόγων πρὸς τὴν τῆς ἀκοῆς αἴσθησιν ἄπτιστον ὁμολογίαν, ἢ ὅτι μάλιστα τούτῳ ἐγγύς.* De Chaldaeorum Astrologicis Praedictionibus idem Cyrill. l. c. Iulian. Aelian. de Anim. lib. I. cap. 22. Sextus Empir. lib. V. adv. Mathem. Diogen. Laërt. in Prooemio: *Τοὺς Χαλδαίους περὶ ἀστρονομίαν καὶ πρόῤῥησιν ἀσχολεῖσθαι· τοὺς δὲ Μάγους περί τε θεραπείας θεῶν διατρίβειν, καὶ θυσίας, καὶ εὐχάς.* Vide et sequentia de alba veste victusque ratione: quae manifeste imitatus est Pythagoras. His adde et Theophrasti testimonium ex libro de Signis, apud Proclum lib. IV. in Timaeum p. 285.

*δαίους δὲ τὰ περὶ τὸν οὐρανὸν θεωρήματα· περὶ δὲ τὰς τῶν θεῶν ἁγιστείας, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν περὶ τὸν βίον ἐπιτηδευμάτων παρὰ τῶν*
7 *Μάγων φησὶ διακοῦσαί τε καὶ λαβεῖν. Καὶ ταῦτα μὲν σχεδὸν πολλοὺς ἐπιγινώσκειν, διὰ τὸ γεγράφθαι* 14) *ἐν ὑπομνήμασι. τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἧττον εἶναι γνώριμα. πλὴν τοσαύτῃ γε ἁγνείᾳ, φησὶν Εὔδοξος ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς γῆς περιόδῳ, κεχρῆσθαι, καὶ τῇ περὶ τοὺς φόνους φυγῇ καὶ τῶν φονευόντων, ὡς μὴ μόνον τῶν ἐμψύχων ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ μαγείροις καὶ θηράτορσι μηδέποτε πλησιάζειν. Ἀντιφῶν δ' ἐν τῷ περὶ τοῦ βίου τῶν*
(10) *ἐπ' ἀρετῇ πρωτευσάντων, καὶ* 15) *τὴν καρτε-*
(11) *ρίαν αὐτοῦ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ διηγεῖται λέγων·*

14) *ἐν ὑπομνήμασι*] Illos forte intelligit commentarios, quos a Pythagoreis relictos memorat infra pag. 40. v. 24. et Iambl. lib. I. cap. 29. Citantur etiam *τὰ Πυθαγορικὰ ὑπομνήματα* a Diogen. Laërtio ex Alexandro de Successionibus Philosophorum: quae morientem Pythagoram apud filiam Damo deposuisse Lysidis testimonio affirmat.

15) *τὴν καρτερίαν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ*] Non ex maligno et subdolo Sacerdotum ingenio factum arbitror, quominus homines exteri ad arcana sacra Aegyptiorum admitterentur, sed ex solenni initiationis ritu, et quod mysteria illa aliter non constarent. Nam cum in ipso recessu nihil sacrum vel admirandum continerent, externo caeremoniarum apparatu religiosa quaedam veneratio iis conciliandа fuit: ne, si absque sipario cuiuis paterent, iocus et ludus vulgo fierent: cum non solum pulchra difficilia sint, sed et difficilia pulchra habeantur. Nihil ego de sanctis et adorandis Ecclesiae mysteriis dicam: a quorum non solum participatione, sed conspectu etiam profani et *ἀμύητοι*

tuumque coelestium Chaldaeos. Deorum vero sacra et cultum caeteraque vitae instituta ex Magorum institutione eum accepisse aiunt. Atque haec plurimis quidem esse cognita, quandoquidem literarum monumentis perscripta sunt: reliqua autem eius instituta minus esse comperta. Caeterum Eudoxus, lib. VII. *de Situ Orbis*, tanta puritate Pythagoram vsum scribit, adeoque ab omni caede atque mactantibus abſhorruisse, vt non tantum animatis abstinuerit, sed nec coquis nec venatoribus vnquam appropinquarit. Antiphon autem libro *de Vita Virorum virtute illustrium*, eximiam eius tolerantiam in Aegypto commemorat, dum

sedulo arcebantur. De gentium sacris exemplo esse potest, quod de Mithrae initiis apud Suidam legitur, neminem illi deo consecrari potuisse, nisi per aliquot suppliciorum gradus sacrum et impassibilem sese ostenderet. Verba haec sunt: *Μίθραν νομίζουσιν οἱ Πέρσαι εἶναι τὸν ἥλιον*, etc. *οὐκ ἂν οὖν εἰς αὐτὸν δυνήσαιτό τις τελεσθῆναι, εἰ μὴ διά τινων βαθμῶν παρελθὼν τῶν κολάσεων δείξῃ ἑαυτὸν ὅσιον καὶ ἀπαθῆ.* Et Gregor. Nazianz. Orat. I. cont. Iulian. et in SS. Lumina, *τὰς ἐν Μίτρου βασάνους καὶ καύσεις ἐνδίκους τὰς μυστικὰς* commemorat. Quo loco Elias Cretensis annotat, initiandos per XII. cruciatus duci solitos: nimirum per ignem, per frigus, per famem, per sitim, per flagra, per itineris molestiam, aliaque id genus. Nonnus autem in *συναγωγῇ* historiarum cap. V. suppliciorum gradus LXXX fuisse scribit, partim remissiores, partim intentiores. *Primum enim*, inquit, *levioribus suppliciis, deinde atrocioribus afficiuntur: atque ita post decursa omnia tormenta ipsius sacris imbuuntur. Igni quippe et aqua atque huiusmodi suppliciorum generibus*

τὸν Πυθαγόραν ἀποδεξάμενον τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων τὴν ἀγωγὴν, σπουδάσαντά τε μετασχεῖν

*excruciantur*. Τὸ δυσπρόσδεκτον Aegyptiorum Pythagoras ipse postea imitatus fuit, teste Iamblicho lib. I. c. 17. qui postquam indolem, genus, moresque discipulorum diu multumque explorasset, triennium integrum eos solebat reiicere, vt constantiam probaret: admissis tandem in contubernium quinquennii silentium ὡς χαλεπώτατον ἐγκράτευμα iniungebat. Eamque consuetudinem a mysteriis translatam fuisse expresse notat: quae in reliquorum deinde philosophorum ac sophistarum scholas, Athenis praesertim, recepta fuit. Ad huiusmodi enim κακοπαθείας referendum, quod de balneo et pallio sophistico Olympiodorus apud Photium cod. 80. et Greg. Naz. Orat. in Basilium M. scribunt: qua de re videndus Vir Cl. Herib. Rosweedus ad lib. VI. *de Vitis Patrum*. In quibusdam Germaniae Academiis similes ritus cum ipsis literis, ni quid fallor, introducti pertinaciter retinentur, quam depositionem vulgo vocant: tum proteruae diuexationes, quibus anno integro recentiores literarum candidati a prouectioribus exagitantur. Quin et mercatorum collegia nonnulla in septentrionali Germania per similes suppliciorum gradus, flagra inquam, ignem et aquam tirones recipiunt. Sed vt ad Pythagoram redeamus; in hisce probationum generibus circumcisionem quoque ab eo susceptam autumo: quod Clem. Alexandr. I. Strom. testatur. Caeterum non solum philosophi probationes hasce in suas scholas transtulerunt: sed nascentis Ecclesiae temporibus in monachorum quoque coenobia per interiorem Aegyptum receptae fuerunt. Cuius rei testem oculatum habes, Ioann. Cassianum lib. IV. Institut. c. 3. *Ambiens quis*, inquit, *in coenobii recipi disciplinam non ante prorsus admittitur, quam diebus decem vel eo amplius pro foribus excubans indicium perseuerantiae ac desiderii sui, pariterque humilitatis ac patientiae dederit; iniuriis quoque et exprobrationibus multis affectus experimentum dederit constantiae suae: qualisque futurus sit in tentationibus opprobriorum tolerantia declaraverit.* Dein cap. 7. ait hac perseuerantia comprobatum non statim con-

ait, Pythagoram Aegyptiorum Sacerdotum instituta suscepturum, cum omni studio id ageret qui eorum particeps fieret, rogasse

gregationi fratrum commisceri, sed deputari seniori, qui haud longe a vestibulo monasterii curam habet peregrinorum et aduenientium. *Cumque ibidem*, inquit, *integro anno deseruiens absque vlla querela suum erga peregrinos exhibuerit famulatum, admiscendus ex hoc congregationi fratrum alii traditur seniori, qui decem iunioribus praeest. Hic illi semper imperare curabit*, vt ait cap. 8. *quae senserit animo eius esse contraria.* Quin plura etiam superflua, minusque necessaria, vel impossibilia frequentius iniungebantur. Cuius rei, si vis, exempla vide cap. 24. 27. et 29. Causas deinde huius difficultatis et refutationis exponit, cap. 33. et seqq. Similia instituta omnes ferme ascetici ordines ab Aegyptiis accepta seruant, et tanto quidem magis, quanto minus a districto primitiuae conuersationis rigore discedunt. Essaeos quoque Iudaeorum philosophos per similes probationum gradus olim in contubernium receptos fuisse ipse Porphyrius prolixe docet, lib. IV. *de Abst.* ex Fl. Iosepho. Qui et alia multa cum Pythagoreis communia habuere, silentium, bonorum communionem, vestem candidam, dogmatum suorum occultationem, abstinentiam ab animatorum esu, et similia. Quae et ipsi haud dubie ab Aegyptiis vt alia multa accepere. Nec miretur quisquam, quod a Iudaeis et Gentilibus sacrae conuersationis et perfectioris vitae instituta in Ecclesiam deriuata dixerim; cum et ipsum *φιλοσοφίας* atque *ἀσκήσεως* nomen religiosa vita inde traxerit. Nec minori iure Christiani saniora Gentilium instituta in suos vsus conuertere potuerunt, quam Hebraei Aegyptiorum spolia. Hoc enim argumento manifeste liquet, extitisse in singulis nationibus, qui agnita naturae humanae corruptione, strictiori genere viuendi ad perfectiorem aliquem pietatis gradum supra vulgus eniterentur: vnde Clementi Alexandrino haec Gentilium et Iudaeorum instituta *βαθμοὶ καὶ ὑποβάθραι τῆς κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίας* dicuntur: tantum abest, vt hoc nomine religiosam vitam nostri

ταύτης, δεηθῆναι Πολυκράτους τοῦ τυράννου
γράψαι πρὸς Ἄμασιν τὸν βασιλέα τῆς Αἰγύ-
πτου, φίλον ὄντα καὶ ξένον, ἵνα κοινωνήσῃ
τῆς τῶν προειρημένων παιδείας. ἀφικόμενον
(12) δὲ πρὸς Ἄμασιν, λαβεῖν γράμματα πρὸς τοὺς
ἱερέας· καὶ συμμίξαντα τοῖς Ἡλιουπολίταις,
ἐκπεμφθῆναι μὲν εἰς Μέμφιν ὡς πρὸς πρεσβυ-
τέρους· τῇ δ' ἀληθείᾳ σκηπτομένων τῶν Ἡλιου-
πολιτῶν τὰ τοιαῦτα· ἐκ δὲ Μέμφεως κατὰ τὴν
8 ὁμοίαν σκῆψιν πρὸς Διοσπολίτας ἐλθεῖν. Τῶν
δ' οὐ δυναμένων προΐσχεσθαι αἰτίας, διὰ τὸ
δέος τοῦ βασιλέως, νομισάντων δὲ ἐν τῷ με-
γέθει τῆς κακοπαθείας ἀποστήσειν αὐτὸν τῆς
ἐπιβολῆς, προστάγματα σκληρὰ καὶ κεχωρι-
σμένα τῆς ἑλληνικῆς ἀγωγῆς κελεῦσαι ὑπομεῖ-
ναι αὐτόν. τὸν δὲ ταῦτα ἐκτελέσαντα προ-
θύμως, οὕτως θαυμασθῆναι, ὡς ἐξουσίαν λα-
βεῖν θύειν τοῖς θεοῖς καὶ προσιέναι ταῖς τού-
των ἐπιμελείαις· ὅπερ ἐπ' ἄλλου ξένου γεγονὸς
9 οὐχ' εὑρίσκεται. Ἐπανελθόντα δ' εἰς τὴν Ἰω-
νίαν, κατασκευάσαι ἐν τῇ πατρίδι [16]) διδα-

seculi more condemnaret. Nec dubito, si quis altius haec vellet peruestigare, quin a Nazaraeis et priscis Hebracorum Patriarchis, hoc est, ex ipso veritatis fonte repeti possent. Sed haec obiter et in excursu fieri nequeunt. Addo *τὴν καρτερίαν*, cuius hoc loco meminit, intelligi posse promiscue de omnibus molestiis ac difficultatibus, quas sane maximas sacerdotia Aegyptiorum adiunctas habebant. De his ipse Porphyrius lib. IV. *de Abst.* *Πολλὰ κατὰ τὰς ἱερουργίας ἐνεδέχοντο βάρη, καὶ ὑπηρετήματα τῆς κοινῆς ἰσχύος μείζω.* Et postquam vigilias ac meditationes continuas, status-

Polycratem tyrannum, vt Amasi Aegyptiorum regi amico atque hospiti scriberet, vt ad doctrinam sacerdotum, quos diximus, admitteretur. Verum cum ad Amasim pervenisset, literas ab ipso ad sacerdotes accepisse: ab Heliopolitis autem, in quos primum inciderat, Memphin tanquam ad seniores fuisse ablegatum: atque id vere Heliopolitas praetendisse: Memphi eodem praetextu dimissum, ad Diospolitas accessisse. Illos vero, cum metu regis causam nullam obtendere possent, existimasse ipsum laboris et aerumnarum magnitudine a proposito recessurum: ideoque dura admodum, et a Graecorum religione prorsus aliena iniunxisse. At illum, cum promptissime ea exequeretur, vsque adeo admirationi ipsis fuisse, vt et sacrificare, et studiis illorum interesse ei liceret: quod nulli vnquam extero homini contigisse reperitur. Reuersum autem in Ioniam, ludum in patria aperuisse,

que preces recensuit, addit: *ὁ μὲν δὴ πόνος ὁ ἄτρυτός τε καὶ διηνεκὴς καρτερία ἀπομαρτυρεῖ τοῖς ἀνδράσι.*

16) *διδασκαλεῖον*] Ita etiam alibi. Nam Pythagorae scholam proprie *διδασκαλεῖον* appellant, vt Platonis Academiam, Aristotelis Lyceum vel *περίπατον*, Epicuri hortos, Zenonis porticum. Hinc sectatores Pythagorae, οἱ *ἀπὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ διδασκαλείου*, Nicomacho lib. I. Harm. et Iambl. lib. I. cap. 23. et 28. atque alibi. Sed vt a docendo *διδασκαλεῖον*, ita ab audiendo seu auscultando *τὴν ἀκρόασιν τοῦ Πυθαγόρου* vocat, cap. 29. et saepius *ὁμακόϊον*: de quo infra.

σκαλεῖον, τὸ Πυθαγόρου καλούμενον ἔτι καὶ νῦν ἡμικύκλιον· ἐν ᾧ Σάμιοι περὶ τῶν κοινῶν συνιόντες βουλεύονται. ἔξω δὲ τῆς πόλεως (13) [17]) ἄντρον οἰκεῖον τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας ποιήσαντα, ἐν τούτῳ τὰ πολλὰ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς διατρίβειν, συνόντα λόγοις τῶν ἑταίρων· γεγονότα δ' ἐτῶν τεσσαράκοντα, φησὶν ὁ Ἀριστόξενος, καὶ ὁρῶντα τὴν τοῦ [18]) Πολυκράτους τυραννίδα συντονωτέραν οὖσαν, ὥστε καλῶς ἔχειν ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ τὴν ἐπιστασίαν τε καὶ δεσποτείαν μὴ ὑπομένειν, οὕτως δὴ τὴν εἰς Ἰταλίαν ἄπαρσιν ποιήσασθαι. [19]) Διογένους δ' ἐν τοῖς ὑπὲρ Θούλην ἀπίστοις τὰ κατὰ τὸν φιλόσοφον ἀκριβῶς διελθόντος, ἔκρινα μηδαμῶς τὰ τούτου παρελθεῖν. φησὶ δὴ Μνήσαρχον Τυῤῥηνὸν ὄντα κατὰ γένος, τῶν Λῆμνον καὶ Οὔμβρον καὶ Σκύρον κατοικησάντων [20]) Τυῤῥηνῶν, κἀκεῖθεν μεταστάντα, πολλὰς μὲν πόλεις, πολλὰ δὲ χωρία ἐπιόντα, ἐπιτυχεῖν ποτε παιδὶ νηπίῳ, ὑπὸ λεύκῃ μεγάλῃ καὶ εὐφυεῖ κειμένῳ· ἐπιστάντα δὲ θεάσασθαι

17) ἄντρον οἰκεῖον] Hac quoque in re Magos imitatus videtur, qui sacra sua in antris et spelaeis colebant. Credo, vt secretum loci, et sacer horror doctrinae religionem aliquam conciliaret. Quam ob causam a Minoe et a Numa antra frequentata legimus. Aliter vero Diogenes ex Hermippo in aedicula subterranea eum habitasse aliquandiu refert, vt ab inferis se rediisse vulgo persuaderet. Sed de his abunde libro de Nympharum antro ipse Porphyrius agit.

18) Πολυκράτους τυραννίδα] Vide hanc ad rem luculentam narrationem Apuleii in *Floridis*, quae totam Pythagorae vitam mirum in modum illustrat.

quem Pythagorae Hemicyclum nunc quoque appellant: vbi Samii de publicis rebus consulturi congregantur. Antrum quoque proprium extra vrbem philosophiae suae constituisse, et in illo vt plurimum dies noctesque versatum fuisse, et amicorum colloquiis vacasse. Aristoxenus refert, eum, cum iam annos quadraginta natus esset, et Polycratis tyrannidem vehementiorem cerneret, quam vt sibi ingenuo homini imperium dominatumque illius ferre liceret, hac occasione in Italiam discessisse. Caeterum cum Diogenes libro *de Incredibilibus vltra Thulen* accurate de philosophi huius rebus exposuerit, illius quoque sententiam neutiquam mihi praetereundam censui. Refert is, Mnesarchum Tyrrhenum fuisse ex eorum genere, qui Lemnum, Imbrum, et Scyrum incoluere, cumque inde discedens multas vrbes variasque regiones circuiret, inuenisse aliquando infantulum sub magna et procera populo collocatum, iuxtaque adstan-

19) *Διογένους δ' ἐν τοῖς ὑπὲρ Θούλην*] Huius excerpta habemus apud Photium, cod. CLXVI. quo lectorem remitto.

20) *Τυῤῥηνῶν*] De Tyrrhenorum erroribus per Aegei maris insulas vide Cluuerium Ital. Ant. lib. II. cap. 1. Vnde Pelargi siue Pelasgi dicti, quod ciconiarum more hinc inde vagarentur. Sed ex Tyrrhenis Italis Pythagoram natum fuisse Lucius quidam Pythagoricus probare conatur, apud Plutarchum Sympos. lib. VIII. Quaest. 7. rationibus sane haud magni momenti.

ὕπτιον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέποντα πρὸς ἥλιον ἀσκαρδαμυκτεῖ, καὶ τῷ στόματι ἐνόντα κάλαμον σμικρὸν καὶ λεπτὸν, καθάπερ αὐλόν.
(14) θαυμάσαντα δὲ καὶ δρόσῳ ἐκ τῆς λεύκης κατασταζούσῃ θεασάμενον τρεφόμενον, ἀναλαβεῖν, θείαν τινὰ νομίζοντα τὴν τοῦ παιδίου εἶναι γένεσιν, ἀνδρωθὲν δ' ἐν Σάμῳ ἀναληφθῆναι ὑπὸ τοῦ Ἀνδροκλέους ἐπιχωρίου, ὃς τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῷ τῆς οἰκίας ἐνεχείρισεν. βιοῦντα δ' ἐν ἀφθόνοις, ἀνατρέφειν τὸ παιδίον, Ἀστραῖον καλέσαντα, μετὰ τῶν αὐτοῦ παίδων, τριῶν ὄντων, Εὐνόστου, καὶ Τυῤῥηνοῦ, καὶ Πυθαγόρου· ὃν καὶ υἱὸν ἔθετο Ἀνδροκλῆς
11 ὄντα νεώτατον. Παῖδα μὲν οὖν ὄντα ἔπεμπεν εἴς τε κιθαριστοῦ, καὶ παιδοτρίβου, καὶ ζωγράφου· νεανίαν δὲ γενόμενον εἰς Μίλητον πρὸς Ἀναξίμανδρον, μαθησόμενον τὰ γεωμετρικὰ καὶ ἀστρονομικά. ἀφίκετο δὲ καὶ πρὸς Αἰγυπτίους, φησὶν, ὁ Πυθαγόρας, καὶ πρὸς Ἄραβας, καὶ Χαλδαίους, καὶ [21]) Ἑβραίους,

21) καὶ Ἑβραίους] Apud Cyrillum lib. X. c. Iulian. hae duae voces desunt. Rectius tamen adesse existimo, cum Clem. Alex. Eusebius, D. Augustinus, aliique testentur, Pythagoram cum Hebraeis quoque fuisse conuersatum, et ab iis dogmata quaedam accepisse. Quin etiam genus ex iisdem duxisse plerique arbitrabantur, teste D. Ambrosio lib. I. quaest. 6. De somniorum interpretationibus exempla non pauca sacrae literae suggerunt. Sed ex diuina reuelatione, non peculiari gentis scientia profectas eaedem docent, quamuis nullam non curiosam artem Iudaeos excoluisse constet. De Aegyptiorum et Chaldaeorum ario-

tem spectasse puerum supino in coelum vultu, solemque inconniuentibus oculis intuentem; et calamum exiguum tenerumque instar fistulae ori insertum: et cum non sine admiratione rore ex populo destillante nutriri videret, sustulisse puerum, quod diuino quodam genere prosatum crederet; (hunc, cum virilem aetatem attigisset, in Samo ab Androcle indigena in familiam cooptatum aiunt, qui rei familiaris administrationem illi commisit:) Mnesarchum vero, cum opibus abundaret, educasse puerum, indito Astraei nomine, vna cum propriis tribus filiis, Eunosto, Tyrrheno, et Pythagora: quem, vt dixi, puerum adhuc Androcles filium sibi adoptauit. Puerulum itaque ad citharoedum, palaestram, et pictorem misit: at iuuenem postea Miletum ad Anaximandrum ablegauit, vt geometriam atque astronomiam addisceret. Pythagoras autem, inquit, ad Aegyptios quoque et Arabes, Chaldaees, et Hebraeos ac-

lis et coniectoribus vide Genes. cap. 41. et Daniel, cap. 2. Ad priorem locum sic habet Catena Graeca interpr. Lipomano: *Aegyptii ab antiquo diuinationibus et superstitiosis artibus intenti fuerunt. Quas qui Abraham illos docuisse dicunt, graui iniuria afficiunt sanctum, dum stulti illum laudare contendunt arrogantia Iudaica.* Similia Nicolaus Damascenus de Abrahamo prodidit, vt videre est apud Fl. Iosephum, et Euseb. Praep. lib. IX. cap. 16. et 17. quamuis nulla isthic peculiaris mentio de Oneirocriticis.

παρ' ὧν καὶ τὴν περὶ ὀνείρων γνῶσιν ἠκριβώ-
(15) σατο· καὶ [22]) τῇ διὰ λιβανωτοῦ μαντείᾳ πρῶτος ἐχρήσατο· καὶ ἐν Αἰγύπτῳ μὲν τοῖς ἱερεῦσι συνῆν καὶ τὴν σοφίαν ἐξέμαθε, καὶ τὴν Αἰ-
12 γυπτίων φωνήν. Γραμμάτων δὲ τρισσὰς διαφορὰς, ἐπιστολογραφικῶν τε, καὶ ἱερογλυφικῶν, καὶ συμβολικῶν· τῶν μὲν κοινολογουμένων κατὰ μίμησιν, τῶν δὲ ἀλληγορουμένων κατά τινας αἰνιγμούς. καὶ περὶ θεῶν πλέον τι ἔμαθεν. ἔν τε Ἀραβίᾳ τῷ βασιλεῖ συνῆν, ἔν τε Βαβυλῶνι τοῖς τ' ἄλλοις Χαλδαίοις συνεγένετο, καὶ πρὸς [23]) Ζάβρατον ἀφίκετο, παρ' οὗ καὶ ἐκαθάρθη τα τοῦ προτέρου βίου λύματα, καὶ ἐδιδάχθη ἀφ' οὗ ἁγνεύειν προσήκει τοὺς σπουδαίους· τόν τε περὶ φύσεως λόγον ἤκουσε, καὶ τίνες αἱ τῶν ὅλων ἀρχαί. ἐκ γὰρ τῆς περὶ ταῦτα τὰ ἔθνη [24]) πλάνης ὁ Πυθαγόρας τὸ πλεῖστον τῆς σοφίας ἐνεπορεύσατο.

22) *τῇ διὰ λιβανωτοῦ μαντείᾳ*] Idem testatur Laërtius. Qui hoc diuinandi genere vtebantur apud veteres, dicebantur *θυοσκόοι*. Homer. Iliad. Ω.

*Ἤ οἳ μάντιές εἰσι θυοσκόοι, ἢ ἱερῆες.*

Quo loco Eustathius: *εἰσὶ δὲ θυοσκόοι μὲν κατὰ τοὺς παλαιοὺς οἱ διὰ τῶν ἐπιθυμιωμένων μαντευόμενοι, οἱ καὶ ἐμπυροσκόποι καὶ λιβανομάντεις.* Similia apud Hesychium exstant.

23) *Ζάβρατον*] Idem Clem. Alexandr. Strom. I. ex Alexandri libro de Symbolis Pythagoricis prodidit, *Ναζαράτῳ τῷ Ἀσσυρίῳ μαθητεῦσαι τὸν Πυθαγόραν.* Vbi primam syllabam ex praecedenti voce male repetitam existimo. Apud Cyrill. lib. IV. c. Iulian. qui ex Clemente sua transcripsit, Zaran editum video. Vt non dubitem, quin idem quoque Plutarchi *Ζαράτας* sit, lib.

cessit; apud quos et somniorum interpretandorum scientiae accuratissime operam dedit; tum diuinatione, quae fit thure, primus ipse vsus est. Et in Aegypto quidem cum sacerdotibus vixit, et sapientiam, ac linguam Aegyptiorum perdidicit, atque triplex literarum genus, epistolicum scilicet, hieroglyphicum, et symbolicum. Quorum illud propriam et communem loquendi consuetudinem imitatur; reliqua per allegorias sub quibusdam aenigmatum inuolucris sensum exprimunt. Tum etiam de diis accuratiorem perfectioremque quandam doctrinam hausit. In Arabia cum rege versabatur. Babylone cum aliis Chaldaeis vixit: tum Zabratum quoque frequentabat: cuius ope a prioris vitae sordibus expurgatus fuit, et quibus rebus homini serio abstinendum, didicit, tum de rerum naturae et principiis vniuersi docentem audiuit, nam ex peregrinatione ad hasce gentes Pythagoras potissimam sapientiae partem acquisiuit. Astraeum

de Generat. Anim. in Timaeo: quem Theodoretus Therap. IX. nomine Zaradam, gente Persam vocat. Ab hoc Chaldaeo Pythagoram didicisse existimo τοὺς τελεστικοὺς καθαρμοὺς καὶ τὴν ἱερατικὴν ἀναγωγὴν τῆς ψυχῆς. De quibus Hierocles agit ad Aureum Carmen, pag. 305. et seq.

24) ἐκ τῆς πλάνης ἐνεπορεύσατο] Haud aliter Eusebius lib. X. Praep. cap. 4. postquam Pythagorae errores ad varias nationes recensuit, addit: καὶ ἄλλα παρ᾽

13 *Τὸν δὴ Ἀστραῖον τῷ Πυθαγόρᾳ χαρίζεται*
(16) *Μνήσαρχος· ὁ δὲ λαβὼν καὶ φυσιογνωμονήσας, καὶ τὰς κινήσεις, καὶ τὰς ἠρεμίας τοῦ σώματος ἐπισκεψάμενος ἐπαίδευσε. ταύτην γὰρ ἠκρίβου πρῶτος τὴν περὶ ἀνθρώπων ἐπιστήμην, ὁποῖος τὴν φύσιν ἕκαστος ἐκμανθάνων. καὶ οὔτ' ἂν φίλον οὔτε γνώριμον ἐποιήσατο οὐδένα, πρὶν πρότερον φυσιογνωμονῆσαι*[25]
14 *τὸν ἄνδρα, ὁποῖός ποτ' ἐστίν. Ἦν δ' αὐτοῦ καὶ ἕτερον μειράκιον, ὃ ἐκ Θράκης ἐκτήσατο, ᾧ*[26] *Ζάμολξις ἦν ὄνομα· ἐπεὶ γεννηθέντι αὐτῷ δορὰ ἄρκτου ἐπεβλήθη. τὴν γὰρ δορὰν οἱ Θρᾶκες ζαλμὸν καλοῦσιν. Ἀγαπῶν δ' αὐτὸν ὁ Πυθαγόρας, τὴν μετέωρον θεωρίαν ἐπαίδευσε, τά τε περὶ ἱερουργίας, καὶ τὰς ἄλ-*
(17) *λας εἰς θεοὺς θρησκείας. τινὲς δὲ καὶ θαλῆν*

*ἄλλων συλλεξάμενος μόνον παρὰ τῶν σοφῶν Ἑλλήνων ἔσχεν οὐδὲν, πενίᾳ σοφίας καὶ ἀπορίᾳ συνοικούντων. ἔμπαλιν δ' οὖν τῶν ἔξωθεν αὐτῷ πεπορισμένων αἴτιος αὐτὸς μαθήσεως κατέστη τοῖς Ἕλλησιν.* Ibidem quoque Platonem fateri ait: Sese *τὰ κάλλιστα ἐμπορευθῆναι εἰς φιλοσοφίαν παρὰ τῶν Βαρβάρων.* Quin adeo de omnibus philosophis aſſirmat, illos hinc inde toto vitae tempore oberrantes alienis plumis sese exornasse: *ὥστε αὐτοῖς ἤδη τὴν πᾶσαν φιλοσοφίαν ἐξ ἐράνου συστῆναι.* De peregrinationibus autem philosophorum deinde cap. 8. ex I. lib. Bibl. Diodori prolixe tractat. Caeterum vt hi collectas peregrinatione sapientiae opes *ἐμπορίαν* et *ἔρανον* vocant; ita Thales, qui Pythagorae peregrinandi consilium dedit, *ἐφόδιον* simili ratione dixit, apud Iambl. l. I. c. 2.

25) *φυσιογνωμονῆσαι*] Vide infra, Num. 54. et Iambl. lib. I. cap. 17. et Max. Tyr. Dissert. 15. vbi de Zopyro et huius coniecturalis scientiae incertitudine praeclare tractat. De Socrate quoque idem prodidit

vero Mnesarchus Pythagorae dono dedit, qui recepti naturam explorauit: et postquam corporis motum ac quietem probe considerasset, doctrina eum imbuit: primus enim hanc artem explorandi hominum ingenia excoluit, naturam vniuscuiusque perspiciens. Nec quenquam amicum aut familiarem sibi adsciuit, quin prius, quo ingenio esset, de exteriori vultus corporisque habitu coniectasset. Erat ipsi et alius puer, quem ex Thracia sibi comparauerat, cui nomen Zamolxis: quod recens nato pellis vrsina fuisset iniecta. Pellem enim Thraces zalmum vocant. Hunc quia charissimum sibi Pythagoras habebat, sublimiorem illam contemplationem, tum sacrorum ritus, caeterumque deorum cultum edocuit. Nonnulli

Apuleius: *Qui vbi Platonem puerum adspexit, ingenium intimum de exteriori conspicatus est facie.*

26) *Ζάμολξις*] Extat hic locus apud Cyrillum lib. VI. c. Iulian. De Zamolxi autem praeter Herodotum et Diogenem Laërt. vide Eustathium ad Dionys. pag. 43. vt et Suidam, et Etymologum, h. v. vbi Mnaseae et Hellanici antiquissimorum auctorum de eo testimonia habes. Meminit eiusdem Aeneas Gazaeus in Theophr. vbi *Ζαλμόξις* vitiose scribitur. Locus enim ille ex Herodoti lib. IV. expressus est. Hi tamen omnes non pro Hercule, sed Saturno cultum fuisse scribunt. Quod autem de fronte inusta seu literata subiungit, seruili genere natum fuisse ostendit. Hinc eleganti ioco Bion Borysthenites patrem suum *οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ συγγραφὴν ἐπὶ τοῦ προσώπου* habuisse dicebat, teste Laërtio.

τοῦτον φασὶν ὀνομάζεσθαι. ὡς Ἡρακλέα δ' αὐτὸν προσκυνοῦσιν οἱ βάρβαροι. Διονυσιφάνης δὲ λέγει, δουλεῦσαι μὲν αὐτὸν τῷ Πυθαγόρᾳ, ἐμπεσόντα δ' εἰς λῃστὰς καὶ στιχθέντα, ὅτε κατεστασιάσθη ὁ Πυθαγόρας καὶ ἔφευγε, δῆσαι τὸ μέτωπον διὰ τὰ στίγματα. τινὲς δ' ἑρμηνεύεσθαι τὸ ὄνομα φασὶ Ζάμολξιν, ξένος ἀνήρ. Νοσήσαντα δὲ τὸν Φερεκύδην ἐν Δήλῳ θεραπεύσας ὁ Πυθαγόρας, καὶ ἀποθανόντα θάψας, εἰς Σάμον ἐπανῆλθε πόθῳ τοῦ συγγενέσθαι Ἑρμοδάμαντι [27]) τῷ Κρεοφυλίῳ· χρόνον δέ τινα αὐτοῦ διατρίβων, Εὐρυμένους τοῦ Σαμίου ἀθλητοῦ ἐπεμελεῖτο· [28]) ὃς τῇ Πυθαγόρου σοφίᾳ, καίτοι σμικρὸς τὸ σῶμα ὤν, πολλῶν καὶ μεγάλων ἐκράτει, καὶ ἐνίκα Ὀλυμπιάσιν. τῶν γὰρ ἄλλων ἀθλητῶν κατὰ τὸν ἀρχαῖον ἔτι τρόπον τυρὸν καὶ σῦκα σιτουμένων, οὗτος Πυθαγόρου πυθόμενος, πρῶτος κρέας τεταγμένον ἐσθίων ἐφ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν, ἰσχὺν τῷ σώματι περιεποιήσατο. (18) καίτοι γε προϊὼν τῇ σοφίᾳ ὁ Πυθαγόρας, ἀθλεῖν μὲν παρήνει, νικᾷν δὲ μή· ὡς

27) Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεοφυλίῳ] Ita legendum, vt Num. 1. non Κρεοφύλῳ. Alii Κρεώφυλον et Κρεώφιλον scribunt. De quo praeter Strab. lib. XIV. vide Platonem X. Pol. Euseb. Praep. l. XII. c. 49. et Eustath. ad 2. Iliad.

28) ὃς τῇ Πυθαγόρου σοφίᾳ] Alius hic Pythagoras a philosopho fuit: licet multi male confundant. De quo vide Iamblichum lib. I. cap. 5. prolixe narrantem. Et Plinius lib. XIII. cap. 7. exercitatorem, non philosophum vocat, qui primus athletas ad carnem transtulit. Quod

Thaletis nomen huic puero fuisse affirmant: quem Herculis instar barbari venerantur. Dionysiphanes vero seruum quidem Pythagorae eum fuisse ait: sed quod stigmatis notatus esset a latronibus, in quos inciderat, cum Pythagoras seditiosorum factionibus exagitatus solum verteret, ideo frontem ob inustas notas obuelasse: alii Zamolxis nomen virum peregrinum significare aiunt. Caeterum Pythagoras, postquam Pherecydae in Delo aegrotanti opem suam in morbo praestiterat, mortuumque humarat, in Samum deinde rediit, quod Hermodamantis Creophylii contubernio frui aueret. Cumque aliquamdiu cum eodem vixisset, Eurymeni Samio athletae operam impendit: is licet statura exigua esset, Pythagorae sapientia multos, procero corpore, superauit, et Olympia vicit. Nam cum caeteri athletae adhuc ex veteri instituto caseo et ficubus vescerentur, hic de Pythagorae consilio primus certum quotidie carnis pondus comedens, magnum sibi corporis robur parauit. Quem et sapientia sua sensim imbuens Pythagoras, hortabatur quidem, vt certaret, ita tamen, ne vinceret: quod la-

et Diogenes Laërtius confirmat. Nam philosophus non solum esu, sed et mactatione animantium suos abstinere, et, vt Hierocles ait, τὴν ἀθλητικὴν ἀγωγὴν καὶ πᾶσαν τὴν λεγομένην σωμασκίαν fugere iubebat.

δέον τοὺς μὲν πόνους ὑπομένειν, τοὺς δ' ἐκ τοῦ νικᾷν [29]) φθόνους φεύγειν. συμβαίνει γὰρ καὶ ἄλλως μηδ' εὐαγεῖς εἶναι τοὺς νικῶν-
16 τας καὶ φυλλοβολουμένους. Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς Πολυκράτους τυραννίδος Σαμίους καταλαβούσης, [30]) οὐ πρέπον ἡγούμενος ὁ Πυθαγόρας ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ βιοῦν ἀνδρὶ φιλοσόφῳ, διενοήθη εἰς Ἰταλίαν ἀπαίρειν· [31]) ὡς δὲ πλέων Δελφοῖς προσέσχετο, ἐλεγεῖον τῷ τοῦ
(19) Ἀπόλλωνος τάφῳ ἐπέγραψε, δι' οὗ ἐδήλου, ὡς Σιληνοῦ μὲν ἦν υἱὸς ὁ Ἀπόλλων, ἀνῃρέθη δὲ ὑπὸ Πύθωνος, ἐκηδεύθη δὲ ἐν τῷ καλουμένῳ Τρίποδι, ὃς ταύτης ἔτυχε τῆς ἐπωνυμίας, δια

29) φθονους φεύγειν] Inuidiam omnium maxime fugiendam non hoc solum loco praecipit Pythagoras, sed et alibi: item in Aureo Carmine vers. 36.

*Καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον ἴσχει.*
*Quaecunque inuidiam pariunt, facere illo caueto.*

*Δεῖ γὰρ, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, τῶν ἐπιφθόνων ἀπέχεσθαι τῆς ἡσυχίας ἐρῶντα, καὶ μὴ ἐρεθίζειν ὥσπέρ τι θηρίον τὸν φθόνον, ἵνα ἀθορύβως ἐξῇ προκόπτειν τοῖς καλοῖς. Iis quae inuidiam pariunt, quantum fieri potest, tranquillitatis amatorem abstinere oportet, neque illam instar ferae irritare: vt absque vlla perturbatione in rebus honestis proficere liceat;* ait Hierocles. Vnde et Comicus sapienter ita vitam instituendam monet, *vt facillime sine inuidia inuenias laudem, et amicos pares.* Inuidia enim et aemulatio sine contendendi studium *ἔχθρας γονιμώτατα πάθη*, vt Plutarchi verbis vtar. Sed contra sentiunt illi, qui omnem virtutem et felicitatem ex inuidia, tanquam corpus ex vmbra, metiuntur: queis inuidiam meruisse felicitatis apex est. Quis, vt veterum quidam dixit, apud Stob. Serm. 38.

bores quidem sustinendos, inuidiam autem, quae victoria paratur, fugiendam existimaret. Contingit enim fere victores, eosque qui frondibus sparguntur pollutos esse. Postea vero cum Samii Polycratis tyrannide oppressi tenerentur, Pythagoras indecorum sibi viro philosopho arbitratus in eiusmodi republ. viuere, in Italiam cogitare coepit. Cumque inter nauigandum Delphos appulisset, elegos quosdam Apollinis sepulchro inscripsit: queis indicabat, Apollinem filium quidem Sileni fuisse, interfectum autem a Pythone, et in Tripode, vti vocant, conditum fuisse: cui hoc nomen obtigit, quod

*Τοῖς οὐδὲν οἶσιν οὐδὲ εἷς ὅλως φθονεῖ·*
*Ἀεὶ τὰ σεμνὰ πάντα κέκτηται φθόνον.*

Exstant ibidem elegantissimi versus Epicharmi: quorum primus frustra a doctis viris tentatus, restitui debet in eandem sententiam:

*Τίς δὲ βούλοιτ᾽ ἂν γενέσθαι μὴ φθονουμένοις φίλος,*
*Δῆλον ὡς ἀνὴρ γὰρ οὐδεὶς ἐσθ᾽ ὃ μὴ φθονούμενος.*

*Quis*, inquit, *amicus esse cupiat iis quibus nemo inuideat? certum enim est hominem nihili esse, cui a nullo inuidetur.* Simili argutia Plautinus adolescens optat, ne quis inuidus suis inuideat. Caeterum ad praeceptoris sui mentem Xystus Pythagoricus quoque dixit cap. 44. *Satage magnus quidem esse apud deum, apud homines vero inuidiam fuge.*

30) οὐ πρέπον] Cyrill. MS. *οὐ πρέπειν.*

31) ὡς δὲ πλέων] Hunc locum ex Cyrillo Cl. P. Sirmondi et MS. Vaticano suppleui. Vnde Hesychii verba explicanda: *Τρίοψ, ὁ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἐν Δελφοῖς τρίπους.*

τὸ τρεῖς κόρας τὰς Τριόπου θυγατέρας ἐν-
27 ταῦθα θρηνῆσαι Ἀπόλλωνα. Κρήτης δ' ἐπιβὰς [32] τοῖς Μόργου μύσταις προσῄει ἑνὸς τῶν [33] Ἰδαίων Δακτύλων, ὑφ' ὧν καὶ ἐκαθάρθη
(20) [34] τῇ κεραυνίᾳ λίθῳ, ἕωθεν μὲν παρὰ θαλάττῃ πρηνὴς ἐκταθείς· νύκτωρ δὲ παρὰ ποταμῷ, ἀρνειοῦ μέλανος μαλλοῖς ἐστεφανω-

32) τοῖς Μόργου μύσταις] Repraesentaui lectionem Manuscripti Vaticani; quamuis mihi tam Morgi quam Morgorum mystae aeque ignoti. Morgi tamen nescio cuius meminit Stephanus v. Γαλαρίνα. Suidae autem Μοργοὶ et Ἀμοργοὶ, quos etiam Μολγοὺς et Ἀμολγοὺς, ὡς ἀμέλγοντας τὰ δημόσια, Hesychius et Aristophanis Schol. appellant, nihil ad hunc locum faciunt.

33) Ἰδαίων Δακτύλων] De Idaeis Dactylis consulenda Strabonis digressio libro 10. de Curetibus, aliisque Iouis, Magnae Deum matris, et Liberi patris ministris ac sacerdotibus: vbi varias antiquorum sententias de ipsorum nomine, numero ac patria refert. Neque enim satis constat, vtrum a Phrygiae vel Cretae monte sic dicti fuerint, teste Hesychio. Sed nemo rectius quam Apollonius Rhodius lib. I. v. 1129. et eruditissimus eius Scholiastes; vbi aliquot versus ex Phoronidis auctore de iisdem adducit. His adde Lylium Gyraldum Syntagm. I. et Histor. Deor. qui omnia ferme veterum loca congessit.

34) τῇ κεραυνίᾳ λίθῳ] Ceraunius lapis vna cum fulmine de coelo decidere, vel potius trisulci teli cuspis esse creditur, quae obstantia quaeque magno impetu et vi prorsus admiranda diffindit et comminuit. De quo Ansel. Boëtius lib. II. cap. 261. Cur autem in Iouis fulminatoris initiationibus Curetes illum adhibuerint, vel ex ipso nomine colligi potest. Nec enim mirum lapidem a Ioue ex nubibus demissum eisdem sacris adhibitum fuisse, propter symbola mysteriis illis apta. Vnde etiam Poëta Barbarus apud Boëtium loco citato ad fulminis ictus auertendos gestari solitum refert. Ex huiusmodi enim sympathia Seleni-

tres puellae, Triopi filiae, Apollinem isthinc eluxerint. Verum vbi Cretam attigit, Morgi, vnius ex Idaeis Dactylis, sacerdotes accessit, a quibus Ceraunio lapide fuit purgatus: mane quidem pronus extensus iuxta mare, noctu autem iuxta flumen, agni nigri

tes, Heliotropius, Hephaestites, aliique lapides nomen inuenere. Multa autem similis vetustatis superstitiosa deliramenta legere est apud Plutarchum de Fluminibus, praesertim de Cylindro, Cryphio, Sicyono, et aliis. Quae autem sequuntur de lustrandi ritu per lauacrum marinum aut viuum flumen, nota sunt ex Cicerone *De Nat. Deor.* Apuleio lib. II. Milesior. et Virgilio 2. Aeneid. Idem quoque poëta non vno loco nigrae pecudis meminit, Georg. 4. et Aeneid. 5. et lib. 5.

*— — — — — Ipse atri velleris agnam*
*Aeneas matri Eumenidum, magnaeque sorori*
*Ense ferit.*

Tum etiam caput in sacris velari solitum ex eodem constat, Aeneid. 3.

*Purpureo velare comas adopertus amictu.*

Et paulo post:

*Et capite ante aras Phrygio velamur amictu.*

Niger autem amictus in seriis conuenit et funebribus, ac subterraneis sacris, qua de re viri docti ad citata poëtae loca: et ipse Porphyrius apud Euseb. Praeparat. Euang. lib. IV. cap. 9. Oraculi versum adducit:

*Φαιδρὰ μὲν οὐρανίοις, χθονίοις δ' ἐναλίγκια χροιῇ.*

Hoc est *μέλανα*, vt Eusebius deinde explicat: *Τοιαύτη γάρ ἡ γῆ φύσει σκοτεινή.* Quod addit de ter nouenis diebus, id quoque ad eadem sacra pertinet. Nam, vt Eusebius statim subiungit, *τοῦ σωματικοῦ καὶ γεώδους τὰ τρία σύμβολα.* De nouenario autem numero Proclus lib. I. in Timaeum pag. 45. *Καὶ τοῖς τεθνηκόσιν ἔννατα ποιοῦσι, καὶ τοῖς γεννωμένοις ὁμοίως τὰ ὀνόματα τίθενται*

*μένος. εἰς δὲ τὸ Ἰδαῖον [35]) καλούμενον ἄντρον καταβὰς, ἔρια ἔχων μέλανα [36]) τὰς νενομισμένας τριττας ἐννέα ἡμέρας ἐκεῖ διέτριψε, καὶ καθήγισε τῷ Διΐ, τόν τε στορνύμενον αὐτῷ κατ' ἔτος θρόνον ἐθεάσατο· [37]) ἐπίγραμμά τ' ἐνεχάραξεν ἐπὶ τῷ τάφῳ, ἐπιγράψας, ΠΥΘΑΓΟΡΑΣ ΤΩι ΔΙΙ· οὗ ἡ ἀρχὴ,*

(21) *Ὧδε θανὼν κεῖται Ζὰν, ὃν Δία κικλήσκουσιν.*

18 *Ἐπεὶ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐπιβὰς ἐν Κρότωνι ἐγένετο, φησὶν ὁ Δικαίαρχος, ὡς ἀνδρὸς ἀφικομένου πολυπλάνου τε καὶ περιττοῦ, καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ὑπὸ τῆς τύχης εὖ κεχορηγημένου, (τήν τε γὰρ ἰδέαν εἶναι ἐλευθέριον καὶ μέγαν, χάριν τε πλείστην, καὶ κόσμον ἐπί τε*

τινες ἐν τῇ ἐννάτῃ· *Mortuis sacra nouenario numero faciunt, et recens natis nomina nono die nonnulli imponunt.* Sic Virgilius 4. Georg.

*Post vbi nona suos Aurora induxerat ortus,*
*Inferias Orphei mittit.*

35) τὸ Ἰδαῖον ἄντρον] A Curetibus id antrum Ioui consecratum fuisse testatur lib. *de Antro Nympharum*: scilicet quod Iupiter isthic editus, et a Curetibus absconditus, et ab Adrastea Curetum sorore et apiculis enutritus esset. Vt inter alios testatur Apollonius Rhodius lib. II. v. 1237. et lib. III. v. 134. Posteriori autem hoc loco dubitat Scholiastes, vtrum a Cretae an vero a Troiae monte Ida nomen habuerit, quia et Troiani, inquit, Iouis incunabula sibi vendicant. Apollonius sane non dubitauit, qui priori loco Κρηταῖον ἄντρον simpliciter appellat. Apiculis Iouis nutricibus hoc antrum consecratum fuisse narrat Antoninus Liber. cap. 19. qui de huius antri natura consulendus.

vellere redimitus. Inde vbi in Idaeum antrum nigra lana amictus descendit, et ter nouenos dies ex more recepto isthic exegit, et Ioui parentauit, et puluinar vidit, quod quotannis ei sternitur. Quin et Epigramma sepulchro illius inscripsit, hoc titulo: PYTHAGORAS IOVI: cuius principium:

*Zan iacet hoc tumulo, qui vulgo Iupiter audit.*

Ast vbi ad Italiam accedens Crotonem devenit, ait Dicaearchus, quasi aduentante viro plurimarum regionum peragratione claro, et eximio, atque peculiari naturae beneficio fortunam prosperrimam ducem nacto, (quod et facie esset liberali, et statura procera, gratiaeque plurimum et decoris

86) *τὰς νενομισμένας τριττὰς*] Ita hunc locum ex Cyrillo restitui, quod commodior sensus videretur. Ex quo etiam sequentia suppleui, accedente insuper Vaticano MS.

87) *ἐπίγραμμα*] Meminit eiusdem inscriptionis Chrysost. Homil. 3. in Ep. ad Titum: *Οἱ Κρῆτες τάφον ἔχουσι τοῦ Διὸς ἐπιγράφοντα τοῦτο· ἐνταῦθα Ζὰν κεῖται, ὃν Δία κικλήσκουσι. Διὰ ταύτην οὖν τὴν ἐπιγραφὴν ὁ ποιητὴς ψεύστας τοὺς Κρῆτας κωμῳδῶν*, etc. Aliter refert Callimachi Scholiastes: *Ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Μίνωος ἐπεγέγραπτο, ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. Τῷ χρόνῳ δὲ τὸ τοῦ Μίνωος ἀπηλείφθη, ὥστε περιλειφθῆναι, Διὸς τάφος, ἐκ τούτου οὖν ἔχειν λέγουσι Κρῆτες τὸν τάφον τοῦ Διός. In Creta Minois sepulchro inscriptum:* MINOIS F. IOVIS SEPULCHRUM. *Extinctum autem fuit progressu temporis nomen Minois, ita vt remaneret,* IOVIS SEPULCHRUM. *Hinc Cretenses se Iouis sepulchrum habere aiunt.*

τῆς φωνῆς καὶ τοῦ ἤθους καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἔχειν) οὕτως διατεθῆναι τὴν Κροτωνιατῶν πόλιν, ὥστ' ἐπεὶ τὸ τῶν γερόντων ἀρχαῖον ἐψυχαγώγησε, πολλὰ καὶ καλὰ διαλεχθεὶς τοῖς νέοις, πάλιν ἡβητικὰς ἐποιήσατο παραινέσεις, ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κελευσθείς. μετὰ δὲ ταῦτα, τοῖς παισὶν ἐκ τῶν διδασκαλείων ἀθρόως συνελθοῦσιν· εἶτα ταῖς γυναιξὶ, καὶ γυναικῶν σύλλογος αὐτῷ κατεσκευάσθη.

19 Γενομένων δὲ τούτων μεγάλη περὶ αὐτὸν ηὐξήθη δόξα, καὶ πολλοὺς μὲν ἔλαβεν ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως ὁμιλητὰς, οὐ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας· ὧν μιᾶς γε [38]) Θεανοῦς καὶ

38) Θεανοῦς] De hac nihil habeo quod post accuratam Rittershusii diligentiam notem. Videndi tamen praeter ipsum Plutarch. *in Praec. Coniug.* Clem. Alexandr. Paedag. lib. I. cap. 10. Stromat. lib. IV. Theon *in Progymnas.* pag. 52. Anna Comnena lib. VIII. pag. 162. et Suidas. Apud Stobaeum *in Eclogis Phys.* cap. 2. extat locus in Theanus libro περὶ εὐσεβείας de numeris Pythagorae Dorice scriptus, vt caetera ferme omnia veterum Pythagoreorum. Aliam fuisse duco poëtriam Lyricam Locrensem, cuius Suidas et Eustathius ad Iliad. β. p. 327. meminerunt. Subiungam IV epistolas, quas sub Theanus nomine in MS. quodam Vaticano reperi. Antiquissimae illi Pythagoreae tribui non posse, vltima manifeste ostendit. Nisi potius sophistae cuiusdam μελέται sint, vt pleraeque Graecanicae epistolae, quae veterum philosophorum nomen praeferunt.

Ἐπιστολαὶ πρός τινας τῆς σοφωτάτης Θεανοῦς.

Εὐρυδίκῃ τῇ θαυμασίᾳ.

*Τίς λύπη κατέχει τὴν ψυχήν; ἀθυμεῖ δὲ δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ ᾧ συνοικεῖς ἐπὶ ἑταίραν ἥκει, καὶ ταύτῃ τὴν ἡδονὴν λαμβάνει τοῦ σώματος. Ἀλλ' οὐχ' οὕτω σε δεῖ ἔχειν, ὦ θαυ-*

cum in moribus, tum caeteris corporis gestibus inesset:) ita Crotoniatarum ciuitas affecta fuit, vt, postquam seniorum, ex quibus vrbis illius magistratus constabat, animos cepisset, habita longa et praeclara quadam apud adolescentulos dissertatione, rursus iussu magistratus adhortationes ad iuuentutem instituerit; postea ad pueros certatim e ludis literariis ad ipsum confluentes; tandem etiam ad foeminas: nam et muliebris coetus eius gratia cogebatur. Hoc facto magna de eo fama percrebuit, multosque nactus est auditores; partim ex ea ciuitate, non viros solum, sed et foeminas; ex quibus vnius Theanus nomen

*μασία τῶν γυναικῶν, ἤδη θαῦμα μᾶλλον καὶ μάλα. οὐχ' ὁρᾷς γάρ, ὅτι καὶ ἀκοὴ ὅτε πλησθῇ ἡδονῆς ὀργάνου καὶ μουσικῆς μελῳδίας πληροῦται, ὅτε δὲ κόρος γένηται ταύτῃ, αὐλοῦ ἐρᾷ, καὶ δόνακος ἀκροᾶται ἡδέως. Καί τοι ποία κοινωνία αὐλῷ καὶ χορδαῖς μουσικαῖς, καὶ ἠχοῖ θαυμασίᾳ τῆς ὀργάνου μελιχροτάτης ποιότητος; οὕτω δὲ κἀπὶ σοῦ οἷον καπὶ τῆς ἑταίρας, ἧ συνοικεῖ ὁ σὸς ἀνήρ. σοῦ μὲν γάρ, σχέσει, καὶ φύσει καὶ λόγῳ φροντιεῖ ὁ ἀνήρ. ὅτε δέ ποτε κόρον λήψεται κατὰ πάροδον τῇ ἑταίρᾳ συνοικήσει, ὅτι καὶ οἷς χυμὸς φθοροποιὸς ἐναπόκειται, τῶν τροφῶν ἔρως ἐστί τις τῶν οὐκ ἀγαθῶν. ἐῤῥωμένως διαβιῴης.*

*Theanus Epistolae quaedam ad familiares.*

*Eurydicae salutem.*

Quis dolor animum tuum inuasit? non enim alio discruciatur, quam quod is, in cuius contubernio viuis, ad meretriculam accedit, atque ea corporis voluptatem explet. Sed nequaquam ita te affectam esse decet, o mulierum decus, aut verius miraculum.

(22) *διεβοήθη τοὔνομα· πολλοὺς δ' ἀπὸ τῆς σύνεγγυς βαρβάρου χώρας βασιλεῖς τε καὶ δυνά-*

Nonne enim vides, quod et auris, vbi musici instrumenti iucunditate impleta est, musico quoque concentu expletur; vbi autem satietas eam cepit, tibiam amat, et fistulam libenter audit. Et quid tibia commune habet cum fidibus musicis, et admirando suavissimi instrumenti sono? Idem quoque de te existimes et de meretrice, qua maritus tuus fruitur. Nam te et officii maritalis, et naturae et rationis instinctu curabit vir tuus. Sed si quando satietas eum ceperit, tum ad meretricis contubernium diuertet: nam queis ciborum gustus corruptus est, etiam pessima quaedam appetere solent.

*Τιμαιωνίδῃ.*

*Καὶ τίς ἐμοὶ κοινωνία καὶ σοί; διὰ τί δὲ ἡμᾶς διαβάλλεις ἀεί; ἢ οὐκ οἶσθα, ὅτι ἐπὶ πάντων ἡμεῖς ἐπαινοῦμέν σε, εἰ καὶ σὺ τοὐναντίον ποιεῖς; ἀλλὰ γίνωσκε πάλιν, ὅτι, κἂν ἡμεῖς ἐπαινῶμεν, οὐδεὶς ἐστιν ὁ πιστεύων· κἂν σὺ διαβάλλῃς, οὐδείς ἐστιν ὁ ἀκούων. καὶ χαίρω διὰ τοῦτο, ὅτι οὕτω θεὸς ὁρᾷ καὶ δικάζει μάλιστα ἡ ἀλήθεια.*

*Timaeonidi.*

Et quid mihi tecum negotii est? quid me perpetuo calumniaris? an nescis, nos vbique te laudare, etiamsi tu contra facias? Sed et hoc scias: licet nos te laudemus, nemo tamen nobis credit; et licet tu calumnieris, nemo tamen tibi aurem praebet. Ideoque gaudeo, quod et deus ita nos intuetur, et veritas potissimum diiudicat.

*Εὐκλείδῃ ἰατρῷ.*

*Τὸ σκέλος τὶς ἐπεπήρωτο χθὲς, καὶ ὁ καλέσων ἦλθε πρὸς σέ. παρῆν δὲ καὶ αὐτή, τῶν συνήθων γὰρ ἦν ὁ τρωθείς· ἅμα δὲ τάχει ἀπήντησε λέγων, ὡς καὶ ὁ ἰατρὸς πονήρως ἔχει, καὶ ἀλγεῖ τὸ σῶμα, καὶ τὴν λύπην ἐγὼ (ὄμνυμες τοὺς θεοὺς) ἀφεῖσα τοῦ συνήθους ἐκείνου, τὸν ἰατρὸν κατὰ νοῦν εἶχον, καὶ ἠντιβόλουν τὴν Πανάκειαν, καὶ τὸν Κλυτότοξον Ἀπόλλωνα, μή τι συμβαίη τῷ ἰατρῷ ἀνιαρόν. καὶ ὅμως ἀθυμοῦσα, πέμπω σοι συλλαβὰς, μαθεῖν ἐθέλουσα, ὅπως ἔχεις,*

maxime illustre est: partim ex vicina barbarorum regione: quinimo reges ipsos atque

εἰ μήτε κεκάκωταί σοι τὸ στόμιον τῆς γαστρὸς, εἰ μή ποτε τὸ ἧπαρ τῆς θέρμης ἠλάττωται, εἰ μή ποτε ὀργανική σοι γέγονε βλάβη. ὡς ἐγὼ πολλῶν σκελῶν καταφρονήσασα τῶν συνήθων, ἀσπάσομαί σου τὴν φίλην ὑγίειαν, ὦ ἀγαθὲ ἰατρέ.

*Euclidi medico.*

Hesterna die cum quis crus fregisset, te accersitum aliquis accessit: aderam enim et ipsa, quod amicus mihi esset qui vulnus acceperat. Sed ille mox reversus ipsum quoque medicum male habere, et corporis aegritudine infestari affirmauit. Ibi ego, deos testor, amici illius dolore omisso, de medico sollicita esse coepi: et Panaceam, pharetraque celebrem Apollinem obtestabar, ne quid sequius medico eueniret: et nunc animo afflicta has ad te scribo, certior fieri desiderans, vt valeas: numquid ventriculi orificium male affectum sit, numquid hepatis calor imminutus, an aliqua pars corporis ministerio inseruiens sit laesa. Ita ego multa amicorum cura negligens, tuam, o optime medicorum, amicam sanitatem praeferam.

*Ῥοδόπη φιλοσόφῳ.*

Ἀθυμεῖς σύ; ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἀθυμῶ. δυσφορεῖς, ὅτι μήπω σοι τὸ Πλάτωνος βιβλίον, ὃ οὕτως ἐπιγέγραπται, Ἰδέαι, ἢ Παρμενίδου, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ μάλιστα ἀνιῶμαι, ὅτι μήπω τὶς ἀπήντησε περὶ Κέωτος ἡμῖν διαλεξόμενος. οὐ πρόσθεν γὰρ ἂν ἀποστεῖλαί μοι τὸ βιβλίον, πρὶν ἂν ἀφίκηταί τις περὶ τῶν τοιοῦδε σαφηνίσων ἀνδρὸς, ὡς λίαν γὰρ ἐρῶ τῆς ἐκείνου ψυχῆς, τοῦτο μὲν ὡς φιλοσόφου, τοῦτο δὲ ὡς φοβούμενος τοὺς καταχθονίους θεοὺς, καὶ μὴ ἄλλως λόγον οἰηθῇς τὸ λεγόμενον. Ἡμίθνητος γάρ εἰμι καὶ τὸ ἡεροφαὲς ἄστρον τοῦτο οὐ φέρω βλέπειν.

*Rhodopae philosopho.*

Animo discruciaris? discrucior et ipsa. Aegre fers, me nondum tibi misisse Platonis librum, qui de Ideis, siue Parmenides inscribitur; sed et ipsa aegerrime fero neminem adhuc a Ceote venisse, qui mecum

*σιας. Ἃ μὲν οὖν ἔλεγε τοῖς συνοῦσιν, οὐδὲ εἷς ἔχει φράσαι βεβαίως. καὶ γὰρ οὐδ' ἡ τυχοῦσα*
(23) *ἦν παρ' αὐτοῖς* [39]) *σιωπή. μάλιστα μέντοι*
(24) *γνώριμα παρὰ πᾶσιν ἐγένετο· πρῶτον μὲν ὡς* [40]) *ἀθάνατον εἶναι φησὶ τὴν ψυχήν· εἶτα,* [41]) *μεταβάλλουσαν εἰς ἄλλα γένη ζώων· πρὸς*

colloqueretur: neque enim librum ante ad te mittere poſſum, quam venerit qui de illo viro indicium mihi ſaciat. Amo enim efflictim ipſius animam, partim quidem vt viri ſapientis, partim vero vt qui bene agere nunquam ceſſat, partim etiam quod terrenos deos metuam. Nec mera verba eſſe exiſtimes id quod dico: nam ſemimortua ſum, nec diurni huius ſideris aſpectum fero.

39) *σιωπή*] De ſilentio Pythagorico Ritterſh. ſatis multa hoc loco, et Cl. And. Schottus lib. 2. *de Bono ſilentii.* Hinc etiam prouerbium, *καὶ σιωπηλότερος ἔσομαι τῶν Πυθαγόρᾳ τελεσθέντων*, de hominibus admodum taciturnis, apud Suidam. Quinquennale ſilentium ex Pythagorae veteri inſtituto ab Apollonio Tyaneo ſervatum fuiſſe ſcribit Philoſtratus lib. I. c. 5. et c. 9. cuius difficultatem hiſce elegantiſſimis verbis teſtatur, *τοῦτον ἐπιπονώτατον αὐτῷ φησὶ γενέσθαι βίον, ὅλων πέντε ἔτων ἀσκηθέντα· πολλὰ μὲν εἰπεῖν ἔχοντα μὴ εἰπεῖν· πολλὰ δὲ πρὸς ὀργὴν ἀκούσαντα μὴ ἀκοῦσαι· πολλοῖς δὲ ἐπιπλῆξαι προαχθέντα, τέτλαθι δή τε καὶ γλῶττα πρὸς ἑαυτὸν φάναι· λόγων τε προσκρουσάντων αὐτῷ παρεῖναι τὰς ἐλέγξεις τότε.* Vbi et hoc refert, eum tempore *ἐχιμυθίας* per ſigna nutusque capitis cum amicis verſari et colloqui ſolitum. Xenocratem quoque philoſophum ſingulis diebus horam ſilentio et meditationi dedicaſſe refert Laërtius. Pythagoricum hoc inſtitutum praedicat etiam D. Ambroſius in luculento commentario ad Pſalm. CXIX. 9.

40) *ἀθάνατον τὴν ψυχήν*] Sic ipſe Porphyrius apud Stobaeum in *Eclogis Phyſicis* cap. *de Statu Animar. poſt exitum: Ἡ δὲ τῆς ψυχῆς διαμονὴ καὶ ἀϊδιότης ἐν τοῖς μάλιστα τῶν Πυθαγορικῶν δογμάτων γνώριμόν ἐστι πᾶσιν*

magnates. Caeterum quid auditoribus suis tradiderit, nemo certo affirmare potest. Magnum enim et accuratum inter eos seruabatur silentium. Sed haec apud omnes peruulgata sunt: primo quidem, quod animam immortalem esse affirmauerit: deinde diuersa eam animantium genera subire: adhaec,

καὶ περιβόητον. Ὅν γε πρὸς τὸν εἰπόντα, ἔδοξα κατὰ τοὺς ὕπνους ἰδεῖν τεθνεῶτα τὸν πατέρα, φασὶν εἰπεῖν, οὐκ ἔδοξας, ἀλλ' εἶδες. *Animam permanere et sempiternam esse inter praecipua Pythagorae dogmata cuiuis notum est. Quem etiam cuidam dicenti, patrem vita functum in somnis videre mihi videbar, respondisse ferunt: non videre visus es, sed vidisti.* De eodem Pythagorae dogmata Diodorus Sic. princ. lib. XVIII. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος καί τινες ἕτεροι τῶν παλαιῶν φυσικῶν ἀπεφήναντο τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ὑπάρχειν ἀθανάτους. etc. Cicer. I. Tusc. Quaest. Pherecydem Syrum primum hoc apud Graecos affirmasse ait. Sed a Magis et Aegyptiis Pythagoram hoc quoque dogma cum sequentibus hausisse mox Herodoti auctoritate ostendam.

41) μεταβάλλουσαν εἰς ἄλλα γένη ζώων] Sic MS. Vatic. quod magis probo quam ἄλλα σώματα ἀνθρώπων. Neque enim aliis duntaxat humanis, sed et brutorum animantium corporibus animas insinuari credebat Pythagoras et Plato: quod praeter alios ipse Porphyrius apud Stobaeum loco citato etiam auctoritate Homeri confirmat: vbi Vlyssis socios in sues mutatos refert. Cui etiam Macrobium addas lib. I. *in Somn. Scip.* cap. 9. Inter posteriores Pythagoricos et Platonicos diuerticula fuere sententiarum, de quibus Proclus lib. V. in Timaeum, pag. 329. *Quaeri*, inquit, *solet, quomodo animae in bruta animantia descendere dicantur: et alii quidem hominum ad animantia similitudines quasdam esse putant, quas vitas ferinas appellant. Nam substantiam rationalem nequaquam feri animalis animam fieri posse. Alii autem ipsis quoque brutis eam immitti concedunt: animas enim omnes vnius eiusdemque generis esse: vt et*

(25) δὲ τούτοις, ὅτι [42]) κατὰ περιόδους τινὰς τὰ γινόμενα ποτὲ πάλιν γίνεται, νέον δ' οὐδὲν ἁπλῶς ἐστί· καὶ ὅτι πάντα τὰ γινόμενα [43]) ἔμψυχα ὁμογενῆ δεῖ νομίζειν. φαίνεται γὰρ εἰς

*lupi, et pardi, et ichneumones fiant. Vera autem ratio animam humanam brutis quidem immitti asserit, ita tamen vt propriam suam vitam illa obtineant, et anima immissa eidem quasi superinuchatur, et affectus propensione ac similitudine cum ea sit colligata. Et hoc multis rationibus a nobis probatum est in commentariis in Phaedrum: quod solus hic insinuationis modus sit. Si autem et illud manere oporteat, Platonis hanc sententiam esse, subiungendum, quod in Politia Thersitae animam simiam induisse dicat, non autem corpus simiae: et in Phaedro, descendere in vitam ferinam, non autem in corpus ferinum; vita enim cum propria anima coniuncta est: et hoc loco ait mutari in ferinam naturam: nam ferina natura non est corpus ferinum, sed vita ferina. Sed hoc, vt dixi, ex commentariis in Phaedrum petendum est.* Haec Latine adscripsi, quod admirandum illud opus a paucis legi, a paucioribus intelligi sciam. Hebraeorum Rabbini eandem sententiam de animae incorporatione, seu recidiuatu tenent, quae in libro Talmudico Baua Meziha non vno loco asseritur: et ipse audiui mordicus hanc opinionem tuentes historia Nabuchodonozoris, et verbis Psalmi XXI. v. 21. *et de manu canis vnicam meam:* quibus verbis Prophetam id a Deo expetere affirmabant, ne anima corpore soluta in canem aliudue brutum animal iterum demergeretur: dignum sane istis nugatoribus commentum. Caeterum Herodotus lib. 2. auctor est, Aegyptios primos affirmasse, animam hominis esse immortalem, et subinde aliud atque aliud animal immigrare, atque vbi per omnia circuisset terrestria, marina, volucria, rursus humanum corpus subire: atque hunc circuitum ab ea expleri intra annorum tria millia: vbi et hoc addit, quosdam ex Graecis hasce opiniones ab Aegyptiis mutuatos pro suis venditasse: animae circuitum alii alio temporis spatio definiebant. Proclus ex Porphyrio decem millium annorum esse tradidit lib. I. in Tim. pag. 45. Adde Macrob. lib. I. in Somn. Scip. cap. 9.

post certos temporum circuitus idem quod olim fuerat rursus fieri, et nihil omnino nouum existere: et animata omnia cognata inter se eiusdemque generis existimanda esse.

42) *κατὰ περιόδους*] Haec a Magis didicisse videtur Pythagoras, quibus Laërtius id dogma tribuit, auctore Theopompo. Sic enim ille in praefatione operis sui: *ὃς καὶ ἀναβιώσεσθαι κατὰ τοὺς Μάγους φησὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἔσεσθαι ἀθανάτους καὶ τὰ ὄντα ταῖς αὐτῶν ἐπικλήσεσι διαμένειν. Qui etiam homines reuiuiscere ex Magorum sententia, et immortales futuros asserit: et res omnes suis reuolutionibus permanere.* Ita hic locus legendus: nam *ἐπικλήσεσι*, quod in vulgatis codicibus extat, putidissimum est. Proclus lib. I. in Timaeum pag. 39. *ἐπὶ δὲ τοῦ παντὸς τὸ αὐτὸ θεωρήσειας ἄν, ἐνθυμηθείς, ὅτι τὰ γενόμενα πάντα καὶ φθείρεται· καὶ ταῖς περιόδοις εἴκει ταῖς κοσμικαῖς, καὶ ταῖς ἀνακυκλήσεσι τῆς ὅλης ζωῆς· καὶ ὅτι συνάπτουσιν ἀλλήλαις αἱ περίοδοι, καὶ μίαν καὶ συνεχῆ ζωὴν ἀποτελοῦσι.* Vide eundem pag. 9. Stoici quoque similes rerum periodos magni anni circuitu fieri statuerunt: de quibus praeter alios Euseb. Praep. lib. XV. cap. 19. M. Antoninus Imp. lib. XI. *τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν ὅλων* appellat.

43) *τὰ ἔμψυχα ὁμογενῆ*] Hoc fundamentum Pythagoricae *ἀποχῆς*, qua philosophos sectatores suos ad iustitiae obseruationem *καὶ πᾶσαν τὴν τοῦ συγγενοῦς τιμὴν* adhortabatur, teste Iamblicho lib. 2. quod argumentum latissime pertractatur ab ipso Porphyrio, opere *de abstinentia ab esu animalium:* praesertim lib. 3. vbi probare conatur ex mente Pythagorae, vt ait, omnem animam; sensus ac memoriae participem, rationabilem esse: et animantium animas nostris *ὁμοουσίους* non differre secundum substantiam, sed tantum secundum quod magis et minus de ratione participant. Idemque argumentum Plutarchus libro de *Solertia Animalium* tractat. Qui etiam lib. IV. de *Plac. Phil.* cap. 7. inter Pythagorae decreta refert, *τὴν ψυχὴν ἐξιοῦσαν εἰς τὴν τοῦ παντὸς ἀναχωρεῖν πρὸς τὸ ὁμογενές.*

*τὴν Ἑλλάδα τὰ δόγματα πρῶτος κομίσαι ταῦτα Πυθαγόρας. Οὕτως δὲ πάντας εἰς ἑαυτὸν ἐπέστρεψεν, ὥστε μιᾷ μόνον ἀκροάσει, ὡς φησὶ Νικόμαχος, ἣν ἐπιβὰς τῆς Ἰταλίας πεποίηται, πλέον ἢ δισχιλίους ἑλεῖν τοῖς λόγοις· ὡς μηκέτι οἴκαδ' ἀποστῆναι, ἀλλ' ὁμοῦ σὺν παισὶ* (26) *καὶ γυναιξὶν* 44) *ὁμακόϊόν τι παμμέγεθες ἱδρυσαμένους, πολίσαι τὴν πρὸς πάντων ἐπικληθεῖσαν μεγάλην Ἑλλάδα ἐν Ἰταλίᾳ· νόμους τε παρ' αὐτοῦ δεξαμένους καὶ προστάγματα, ὡσανεὶ θείας ὑποθήκας, ἐκτὸς τούτων πράττειν μηδέν. οὗτοι καὶ τὰς* 45) *οὐσίας κοινὰς ἔθεν-*

44) *ὁμακόϊον*] Ita proprie Pythagoreorum schola dicta. Clem. Alex. I. Strom. de Pythagora: *καὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν νῦν οὕτω καλουμένην τὸ παρ' αὐτῷ ὁμακόϊον αἰνίττεται.* Hierocles sub finem commentar. Pythag. ait, Aureum Carmen non vnius cuiusdam Pythagorei *ἀπομνημόνευμα* esse, *ὅλου δὲ τοῦ ἱεροῦ συλλόγου, καὶ, ὡς ἂν αὐτοὶ εἴποιεν, ὁμακοΐου παντὸς ἀπόφθεγμα κοινόν.* Ita enim recte interpretes pro *ὁμαΐου* legit. Et Proclus lib. I. in Timaeum: *πῶς δὲ οὐ Πυθαγόρειον τὸ διάφορα μέτρα τῶν ἀκροάσεων ἀφωρίσθαι, καὶ γὰρ τῶν εἰς τὸ ὁμακόϊον φοιτώντων, οἱ μὲν βαθυτέρων, οἱ δὲ ἐπιπολαιοτέρων ἥπτοντο δογμάτων. Nonne et hoc Pythagoricum est, diuersos auscultationum gradus distinctos fuisse? nam qui commune auditorium frequentabant, alii profundiora, alii leuiora dogmata percipiebant.* Hinc ipsi auditores Pythagorae communi nomine *ὁμάκοοι* dicti, teste Iambl. lib. I. cap. 17. *οὕτω γὰρ ἐκαλοῦντο πάντες οἱ περὶ τὸν ἄνδρα.* Ita enim legendum pro *ἐλαλοῦντο*, quod sensum vitiat.

45) *τὰς οὐσίας κοινὰς*] Hoc quoque institutum a barbaris ad suam *διαγωγὴν* transtulit. Nam quotquot ferme perfectius aliquod vitae genus supra vulgus hominum in quacunque natione affectarunt, priuato bonorum vsu sese abdicantes, communia illa cum aliis fecerunt: cuius rei exempla ac rationes ex sacra et profana an-

Primus enim omnium Pythagoras haec dogmata in Graeciam intulisse videtur. Atque ita omnes in ſe conuertit, vt vnica dissertatione, referente Nicomacho, quam primo ad Italiam aduentu instituit, plusquam duo millia hominum oratione sua ceperit. Qui ne domo amplius abessent, vna cum liberis atque coniugibus commune quoddam auditorium ingenti magnitudine statuerunt; et eam Italiae partem, quae Magna Graecia vulgo dicitur, conditis vrbibus occuparunt: leges quoque atque statuta ab ipso vt diuina praecepta accipientes, praeter quas quidquam facere nefas erat. Iidem bona sua

tiquitate suppetunt. Et quidem, si a fabulis incipiendum, poëtae inter caetera aurei seculi commoda id quoque numerant, quod communis vsus omnium rerum fuit, neque is sub argenteo Iouis seculo plane sublatus. Vnde etiam Iupiter princeps ac praeses esse creditur *τῶν πολιτικῶς ζώντων κατὰ τὴν ἀρίστην πολιτείαν τὴν πάντα κοινὰ τιθεμένην*, teste Proclo ad Hesiod. *ἔργ. α΄.* Philosophi haud procul discedunt ab opinione poëtarum: nam Dicaearchus apud Porphyrium lib. IV. *Abst.* triplex vitae genus eodem modo recenset. Quorum primum et ipse aureum vocat; alterum *τὸ νομαδικὸν*, tertium vero *τὸ γεωργικόν*. Sed licet in secundo genere habendi cupidinem publicas opes priuatas fecisse affirmet: constat tamen, multas Nomadicas gentes promiscuum rerum vsum habuisse. De Scythis vltra Maeotin pulchri versus sunt Scymni Chii vetusti geographi, cum multis aliis hactenus non editi:

*Τὸν Παντικάπη διαβάντι λιμναίων ἔθνος,*
*Ἕτερά τε πλεῖον', οὐ διωνομασμένα,*
*Νομαδικὰ δ' ἐπικαλοῦμεν', εὐσεβῆ πάνυ,*
*Ὡς οὐδὲν ἐμψύχων ἀδικῆσαι ποτ' ἄν·*

(28) το, καὶ μετὰ 46) τῶν θεῶν τὸν Πυθαγόραν

*Οἰκοφόρα δ' ὡς εἴρηκε, καὶ σιτούμενα*
*Γάλακτι ταῖς Σκυθικαῖς τε ἱππομολγίαις.*
*Ζῶσι δὲ τήν τε κτῆσιν ἀναδεδειχότες*
*Κοινὴν ἁπάντων, τήν τε ὅλην οὐσίαν·*
*Καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν*
*Φησὶ γενέσθαι τῶν σφόδρα εὐσεβεστάτων.*

Quos, sic verti:

*Vtraque Panticapen paludis accolae,*
*Aliique plures nomine haud noti suo;*
*Vulgus Nomadicos dicit, admodum pii,*
*Vt nec animantibus afferant iniuriam:*
*Plaustrisque, vt asserit, vagas trahunt domos:*
*Rituque Scythico lacte equarum victitant:*
*Vitamque de communibus bonis agunt,*
*Opesque cunctas publicas cunctis habent:*
*Ex his Nomadicis, gente quam piissima,*
*Anacharsis ortus dicitur sapiens homo.*

De Essaeis ipse Porphyrius lib. IV. *de Abst.* ex Flavio Iosepho. *Diuitias,* inquit, *contemnunt, et admiranda inter eos rerum omnium communio, nec vllum reperias, qui caeteros opibus antecellat. Nam, qui sectam ingreditur, ex lege bona sua publicare iubetur. Vnde fit, vt nec paupertatis sordes, nec diuitiarum splendor in iis appareat, cum permixtis singulorum facultatibus vna eademque omnibus tanquam fratribus sit possessio.* Nec dissimilia fuere Samanaeorum apud Indos et Aegyptiorum sacerdotum instituta, de quibus noster dicto loco, aliique consulendi. Inter Graecos bonorum, si non communionem, saltem possessionem aequalem introduxit Lycurgus, vti etiam conuictum publicum et communem, quae *συσσίτια* et *φιδίτια* dicebantur, *ὥστε δειπνεῖν μετ' ἀλλήλων συνιόντας ἐπὶ κοινοῖς καὶ τεταγμένοις ὄψοις καὶ σιτίοις,* inquit Porphyrius. *Φιδίτια* autem eodem teste vocabantur, *ὡς φιλίας καὶ φιλοφροσύνης ὑπάρχοντα αἴτια:* quo singulis mensibus de suis bonis singuli aequaliter conferebant. Sed Plato, cum Pythagorae doctrinam et instituta in omnibus ferme sibi imitanda proposuisset, etiam bonorum communionem in suam remp. hoc est in hominum sapientiae

in commune conferebant; et Pythagoram inter

studiis deditorum societatem, ad diuinum exemplar, et totius vniuersi similitudinem institutam recepit. Falluntur enim qui Platonem in quauis ciuitate communem vsum rerum omnium introducere voluisse existimant. Falluntur, inquam, cum Platoni propositum fuerit exemplar vitae quam felicissimae et deo simillimae animi cogitationibus conceptum mortalibus proponere. Ideoque cum deum non solum semetipso contentum, ac sibi ipsi sufficientem, nec indigentem vlla re externa, hoc est, bonorum omnium fontem vberrimum esse didicisset; sed diffundere se ac bona sua et aliis, vt ipse in Timaeo loquitur, absque invidia communicare; ita hominem publice ac priuatim credebat fore beatissimum, si ad diuinae bonitatis exemplum conformaretur, et bona sua cum quamplurimis haberet communia: et hac communione ad divinae vnitatis similitudinem quam proxime accedere existimabat. A qua tanto longius disceditur, quanto magis vnusquisque ad particulare ac proprium aliquod bonum fertur. Ita Proclus l. 1. Tim. p. 14. *Διὰ τί οὖν παρ' ἀνθρώποις μεριστῶς ταῦτα σπουδάζεται; διότι ζωὴν ἔχουσιν ἔνυλον, καὶ πρὸς τὸ μερικὸν ἀποτείνονται τοῦ ὅλου ἀποστάντες. Διὰ γὰρ τοῦτο τὸ ἐμὸν καὶ οὐκ ἐμὸν πολὺ παρ' αὐτοῖς, ἕνωσις δὲ καὶ κοινωνία ζωῆς ἐκλέλοιπεν. Cur particularibus bonis acquirendis homines student? quia vitam obtinent rebus materialibus immersam, et ab vniuerso deficientes ad particulare feruntur. Hac enim de causa frequens apud illos est, meum et non meum: vnio autem et communio vitae defecit.* Plura apud ipsum legi possunt, quibus Platonis mens luculenter explicatur. Et sane si rem recte expendamus, videbimus profecto, omnem hominum societatem eo feliciorem esse ac tranquilliorem, quanto maior inter omnes bonorum aequalitas et communio viget; vbi non pauci aliquot opibus affluunt, caeteris egestate oppressis: quae iniqui et tyrannici imperii nota certissima esse solet. De vxorum communione nihil dico. Operae pretium tamen erit videre quae Bessarion Card. scripsit, lib. IV. cap. 5. nunquam satis laudati operis contra Trapezuntium *Πλατωνομάστιγα*. Caeterum inter Christianos haud dis-

(29) κατηρίθμουν. διόπερ ἕν τι τῶν παρ' αὐτοῖς

similis bonorum communio, non introducta postmodum, sed vna cum religione ipsa nata videtur, cum certum sit Christum seruatorem nostrum cum discipulis suis externa vitae subsidia communia habuisse. Atque idem primitiuae Ecclesiae institutum, sacrae literae disertim testantur. Cuius communionis vsus, vel similitudo, remittente charitatis feruore, inter solos asceticos remansit. Nec dubitauerim affirmare, communionem illam non minus religionis nostrae, quam Pythagoricae scholae fundamentum esse; qui proximum eodem vnionis affectu quo nosmetipsos prosequi iubemur: et bonorum tam possessores quam dispensatores a deo nos constitutos credimus, et piam erga alios liberalitatem professionis nostrae caput, ac virtutem praecipuam ponimus. Nec saue aliam originem causamque tot piae fundationes habent, et tot egregia charitatis Christianae monumenta, quibus religio nostra prae caeteris gloriatur. Sed hoc fortasse est ὑπὲρ βαθμῶν πόδα ῥίπτειν, iuxta prouerbium Graecorum. Id profecto nemo inficias iuerit, Pythagoreos quam proxime ad religionem nostram hac bonorum communione accessisse, si quis ea legat quae Iamblichus lib. I. cap. 33. retulit. Epicurum Pythagoricum hoc institutum improbasse testatur Laërtius lib. X. quod non tam amicorum quam diffidentium id esse videretur. *Τόν τε Ἐπίκουρον μὴ ἀξιοῦν εἰς τὸ κοινὸν κατατίθεσθαι τὰς οὐσίας, καθάπερ τὸν Πυθαγόραν, κοινὰ τὰ τῶν φίλων λέγοντα. ἀπιστούντων γὰρ εἶναι τοιοῦτον, εἰ δ' ἀπίστων, οὐ φίλων.* Cuius argumenti vim non satis me perspicere fateor: conferebant enim sua in commune, vt omnibus promiscue vtendi facultas esset, non vt publica fide depositi instar seruarentur: nam qui alteri diffidit, vt Comicus Euclio, domi sua premit, et draconis instar solus thesauris incubat.

46) *μετὰ τῶν θεῶν τὸν Πυθαγόραν*] Viros sapientiae laude celebres pro diis habitos a rudiori vulgo vel disciplinae suae sectatoribus, Zamolxis, Abaris, Orphei, Lini, aliorumque exempla testantur: et Lucretius lib. V. potiori iure diuinos honores sapientiae inventoribus deberi ostendit, quam Ceteri, Baccho, vel Herculi, ac similibus. De Pythagora idem testatur

deos numerabant. Ideoque quotiescunque

Philostratus principió operis de vita Apoll. Καὶ ὅτι ἀποφήναιτο Πυθαγόρας, νόμον τοῦτο οἱ ὁμιληταὶ ἡγοῦντο, καὶ ἐτίμων αὐτὸν ὡς ἐκ Διὸς ἥκοντα. Caeterum de iuramento Pythagoreorum per praeceptorem sic scribit Hierocles in *Aureum Carm.* pag. 225. Ἔπειτα καὶ ὁ ὅρκος αὐτῷ γίνεται δόγμα, ὅτι τὸν διδάσκαλον τῆς ἀληθείας οὕτω δέοι τιμᾶν, ὡς καὶ ὀμνύναι αὐτὸν, εἴ του δέοι πρὸς βεβαίωσιν τῶν δογμάτων. καὶ μὴ μόνον τὸ Αὐτὸς ἔφα περὶ αὐτοῦ λέγειν, ἀλλὰ καὶ ταῦτα οὕτως ἔχει, Νὴ τὸν αὐτόν. *Porro et iusiurandum ipsi pro dogmate habetur: nam veritatis magistro is honor tribuendus, vt per ipsum iuretur, si quando ad dogmatum confirmationem opus sit: nec tantum Ipse dixit, de eo vsurpare: sed rem ita se habere per ipsum affirmare.* Et pag. 230. ait, Pythagoreos singulari religione coluisse iuramenta per deos immortales: peculiariter vero iurasse per magistrum, qui quaternarium ipsis tradiderat: licet neque ex deorum, neque ex heroum numero esset, ἀλλ' ἄνθρωπος ὁμοιώσει θεοῦ κοσμηθεὶς, καὶ πρὸς τοὺς ἀφ' ἑαυτοῦ θεῖαν ἀποσώζων εἰκόνα. Et hoc iuramento, inquit, tacite innui, in quanta veneratione apud auditores suos fuerit Pythagoras, quantumque dignitatis sibi peperisset disciplinis quas tradidit. Sed cum Hierocles expresse dicat, discipulos iurasse κατὰ τοῦ παραδόντος αὐτοῖς τὴν τετρακτὺν διδασκάλου, quod et Iamblichus confirmat, lib. I. 28. putabam versu 33. legendum δι' αὐτοῦ pro δι' αὐτῆς, quod sensus loci manifeste requirere videtur. Sed ne quid mutem, facit Plutarchi, Luciani, Macrobii, aliorumque auctoritas, qui per quaternarium, non autem per Pythagoram eos iurasse affirmant, de quo dissidio veterum vide Marcilium Comment. ad *Aureum Carm.* quod componere nititur Nicetas Gregorii Nazianzeni Scholiastes Hom. v. in Pentecosten. Et per vtrumque iurasse Theon Platonicus affirmat, libro de *Locis Mathematicis in Tim. Plat.* capite περὶ τετρακτύος καὶ δεκάδος, quem manuscriptum legi in Illustriss. Cardinalis Barberini bibliotheca. Postquam enim ostendit, intra quaternarium omnes consonantias reperiri, addit, οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον πᾶσι τοῖς Πυθαγορικοῖς προτετίμηται, ἀλλ' ἐπεὶ καὶ δοκεῖ τὴν τῶν ὅλων φύσιν συνέχειν. διὸ καὶ ὅρκος ἦν αὐ-

ἐν τοῖς μαθήμασιν ἀποῤῥήτων προχειρισάμενοι, γλαφυρὸν ἄλλως γὰρ πρὸς πολλὰ διατεῖνον φυσικὰ συντελέσματα, τήν τε λεγομένην τετρακτὺν, δι' αὐτῆς ἐπώμνυον, ὡς θεόν τινα τὸν Πυθαγόραν ἐπιφθεγγόμενοι πάντες. ἐπεὶ φασὶ τοῖς ὑπ' αὐτῶν βεβαιουμένοις,

*Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν,*
*Παγὰν ἀενάου φύσιος ῥιζώματ' ἔχουσαν.*

21 Ἃς δ' ἐπιδημήσας Ἰταλίᾳ τε καὶ Σικελίᾳ κατέλαβε πόλεις δεδουλωμένας ὑπ' ἀλλήλων, τὰς μὲν πολλῶν ἐτῶν, τὰς δὲ νεωστὶ, φρονήματος ἐξελευθερίου πλήσας διὰ τῶν ἐφ' ἑκάστης ἀκουστῶν αὐτοῦ, ἠλευθέρωσε, Κρότωνα, καὶ Σύβαριν, καὶ Κατάνην, καὶ Ῥήγιον, καὶ Ἱμέραν, καὶ Ἀκράγαντα, καὶ 47) Ταυρομένην,
(30) καὶ ἄλλας τινὰς, αἷς καὶ νόμους ἔθετο διὰ Χαρώνδα τε τοῦ Κατανείου, καὶ Ζαλεύκου

τοῖς, οὐ μὰ τὸν etc. τὸν παραδόντα Πυθαγόραν λέγουσιν, ἐπεὶ δοκεῖ τοῦτο εὕρημα ὁ περὶ αὐτῆς λόγος. De ipso autem quaternario nihil mihi dicendum superest post curiosissimam eiusdem Marcilii diligentiam, et Hieroclem Pythagorici carminis commentatorem, qui post longam de huius numeri proprietatibus dissertationem tandem pag. 229. haec addit, *καὶ ἁπλῶς, τὰ ὄντα πάντα ἡ τετρὰς ἀνεδήσατο, στοιχείων ἀριθμὸν, ὡρῶν τοῦ ἔτους, ἡλικιῶν, συνοικισμῶν.* Hoc est: *Denique, vt vno verbo dicam, quaternarius omnia quae in rerum natura existunt, complectitur: numerum elementorum, tempestatum anni, aetatum, et contuberniorum siue societatum.* Ita enim locus partim corruptus, partim male ab interpretibus intellectus restitui debet. Quos autem συνοικισμοὺς intelligat, ex eodem Theonis libro didici; cuius haec verba sunt: *Ἑβδόμη δὲ τετρακτὺς ἡ τῶν κοινωνιῶν· ἀρχὴ μὲν καὶ οἷον μονὰς, ἄνθρωπος· δυὰς δὲ, οἶκος· τριὰς δὲ,*

ex scientiae suae secretis scitum aliquid et elegans aliis essent tradituri, et ex quo multae physicae conclusiones deducerentur, tum inprimis tetractyn, quam vocant, siue quaternionem, iurabant per eam, et Pythagoram dei instar, veluti testem iurisiurandi appellantes, omnibus abs se confirmatis addebant:

*Iuro tibi hunc, a quo datus ille quaternio menti*
*Nostrae, ex quo natura fluit ceu fonte perenni.*

Quascunque vero ciuitates in itinere suo per Italiam atque Siciliam, partim quidem iam a multis annis, partim recens adeo, seruitute a se inuicem oppressas offendit, animo ad libertatem adspirante complens, per auditores suos, quos e singulis ciuitatibus habebat, in libertatem asseruit: Crotonem scilicet, et Sybarin, Catanam, Rhegium, Himeram, Agrigentum, et Tauromenium, aliasque nonnullas: quibus etiam leges sciuit per Charondam Catanaeum et Zaleucum

*κώμη· τετρὰς δὲ, πόλις· τὸ γὰρ ἔθνος ἐκ τούτων σύγκειται. Septimus quaternarius est societatum. Principium quidem et quasi vnitas est homo: binarius est domus: ternarius, pagus: quaternarius, ciuitas: nam ex hisce gens integra consistit.* MS. Vaticanus priorem versum Pythagorici iuramenti sic legit: *Οὐ μὰ τὸν ἡμετέρᾳ γενεᾷ* etc. pro *ψυχᾷ*.

47) *Ταυρομένην*] Sic ex eiusdem MS. fide edidi: qua inflexione in multis recentioribus notitiis huius ciuitatis nomen scriptum reperi.

τοῦ Λοκροῦ, δι' ὧν ἀξιοζήλωτοι τοῖς περιοί-
κοις ἄχρι πολλοῦ γεγόνασι. 48) Σύμιχος δ' ὁ
Κεντοροπίων τύραννος ἀκούσας αὐτοῦ, τήν τ'
ἀρχὴν ἀπέθετο, καὶ τῶν χρημάτων τὰ μὲν τῇ
22 ἀδελφῇ, τὰ δὲ τοῖς πολίταις ἔδωκε. Προσῆλ-
θον δ' αὐτῷ, ὥς φησιν Ἀριστόξενος, καὶ Λευ-
κανοὶ, καὶ Μεσσάπιοι, καὶ Πευκέτιοι, καὶ
Ῥωμαῖοι. ἀνεῖλε δ' ἄρδην στάσιν, οὐ μόνον
ἀπὸ τῶν γνωρίμων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπογόνων
αὐτῶν ἄχρι πολλῶν γενεῶν, καὶ καθόλου ἀπὸ
τῶν ἐν Ἰταλίᾳ τε καὶ Σικελίᾳ πόλεων πασῶν,
πρός τε ἑαυτὰς, καὶ πρὸς ἀλλήλας. πυκνὸν
γὰρ ἦν πρὸς ἅπαντας αὐτῷ πολλοὺς καὶ ὀλί-
γους τόδε τὸ ἀπόφθεγμα· φυγαδευτέον πάσῃ
μηχανῇ, καὶ περικοπτέον πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ
μηχαναῖς παντοίαις ἀπὸ μὲν σώματος νόσον,
ἀπὸ δὲ ψυχῆς ἀμαθίαν, κοιλίας δὲ πολυτέ-
λειαν, πόλεως δὲ στάσιν, οἴκου δὲ διχοφρο-
25 σύνην, ὁμοῦ δὲ πάντων ἀμετρίαν. Εἰ δὲ δεῖ
πιστεύειν τοῖς ἱστορήσασι περὶ αὐτοῦ, παλαιοῖς
(31) δὲ οὖσι καὶ ἀξιολόγοις, μέχρι καὶ τῶν ἀλόγων
ζώων διϊκνεῖτο αὐτοῦ ἡ νουθέτησις. τὴν μὲν
γὰρ Δαυνίαν ἄρκτον λυμαινομένην τοὺς ἐνοί-
κους κατασχὼν, ὥς φασι, καὶ ἐπαφησάμενος
χρόνον συχνὸν, ψωμίσας τε μάζῃ καὶ ἀκρο-

48) Σύμιχος ὁ Κεντοροπίων τύραννος] Centorupini Siciliae populi Plinio sunt: oppidum ipsum *Κεντόρπα*: de quo vide Cluuerium. In quatuor antiquis nummis Philippi Parutae legitur *ΚΕΝΤΟΡΙΠΙΝΩΝ*: atque ita forte hoc quoque loco scribendum. Sequen-

Locrum; quarum gratia vicini longo tempore ipsarum instituta sequi ac aemulari voluerunt. Symichus vero Centorupinorum tyrannus, ipso audito, imperium deposuit: opesque suas partim sorori, partim ciuibus donauit. Venere autem ad ipsum, vt Aristoxenus refert, et Lucani, et Messapii, et Picentini, et Romani: sustulitque penitus omnes discordias, non a notis solum et familiaribus, eorumque posteris ad aliquot secula, sed ab omnibus omnino Italiae atque Siciliae ciuitatibus, tam intestinas quam externas. Crebro enim ei in ore erat apud quosuis, siue plures ii simul essent siue pauci, hoc apophthegma: fugandum omni conatu, et igni atque ferro, et quibuscunque denique machinis praescindendum a corpore quidem morbum, ab anima ignorantiam, a ventre luxuriam, a ciuitate seditionem, a familia discordiam, a cunctis denique rebus excessum. Quod si illis fides adhibenda, qui de eo scripsere, auctoribus sane antiquis et praejudicatae auctoritatis, etiam ad bruta animalia vsque praecepta admonitionesque eius sese extendebant. Vrsam enim Dauniam, quae incolas maximo damno afficiebat, comprehensam, et diu contrectatam, panis quoque offulis et pomis quibusdam

tia ex Vaticano Codice suppleui: quae totidem verbis Iamblichus transcripsit.

δρύοις, ὀρκώσας τε μηκέτι ἐμψύχου ἐφάπτεσθαι, ἀπέλυσεν. ἡ δ' εὐθὺς εἰς τὰ ὄρη καὶ τοὺς δρυμοὺς ἀπαλλαγεῖσα, οὐκέτ' ὤφθη πα-
24 ράπαν ἐπιοῦσα οὐδ' ἀλόγῳ ζώῳ. Βοῦν δ' ἐν Τάραντι ἰδὼν παμμιγεῖ νομῇ κυάμων χλωρῶν ἐφαπτόμενον, τῷ βουκόλῳ παραστὰς, συνεβούλευσεν εἰπεῖν τῷ βοῒ τῶν κυάμων ἀποσχέσθαι· προσπαίξαντος δ' αὐτῷ τοῦ βουκόλου, καὶ φήσαντος οὐκ εἰδέναι [49] βοϊστὶ λαλεῖν, προσελθόντα, καὶ εἰς τὸ οὖς προσψιθυρίσαντα τῷ ταύρῳ, οὐ μόνον τότ' ἀποστῆσαι τοῦ κυαμῶνος, ἀλλὰ καὶ αὖθις μηδέποτε κυάμων θίγειν· μακροχρονιώτατον δ' ἐν Τάραντι κατα τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν γηρῶντα διαμεμενηκέναι, τὸν ἱερὸν καλούμενον βοῦν, τροφὰς σιτούμε-
25 νον, ἃς οἱ ἀπαντῶντες ὤρεγον. Ἀετὸν δ' ὑπεριπτάμενον Ὀλυμπιάσι, προσομιλοῦντος αὐτοῦ τοῖς γνωρίμοις ἀπὸ τύχης τε περὶ οἰωνῶν, καὶ συμβόλων, καὶ διοσημειῶν, ὅτι παρὰ θεῶν ἀγγελίαι τινὲς, καὶ αὗται τοῖς ὡς ἀληθῶς
(32) θεοφιλέσι τῶν ἀνθρώπων, καταγαγεῖν λέγεται, καὶ καταψήσαντα πάλιν ἀφεῖναι. δικτυουλκοῖς τ' ἐπιστάντα, ἔτι τῆς σαγήνης ἐκ βυθοῦ πολὺν φόρτον ἐπισυρομένης, ὅσον πλῆθος ἐπισπῶνται προειπεῖν, τῶν ἰχθύων ὁρίσαντα τὸν ἀριθμόν· καὶ τῶν ἀνδρῶν ὑπομεινάντων ὅτι

49) *βοϊστὶ λαλεῖν*] Ipse Porphyrius lib. 3. *de Abstin.* κυνικῶς ἢ βοϊκῶς loqui dixit, pro eo quod vulgo dicimus canum vel boum vocem proferre. Aristophani

pastam, adiuratamque, ne quicquam animatum amplius attingeret, rursum dimisit. Illa vero in montes syluasque se abdidit, nullumque postea ne brutum quidem animal inuadere visa fuit. Cumque bouem iuxta Tarentum temere et promiscue pascentem fabas virides attigisse videret, bubulcum accessit, suasitque boui edicere, vt a fabis abstineret. At cum bubulcus eum irridens responderet, nescire se bouinari: ipse accessit, et boui in aurem insusurrauit, adeo vt non solum agro fabis consito abscederet, sed nunquam in posterum fabas attingeret: qui postea plurimis annis Tarenti circa Iunonis templum obversatus consenuit, Bos sacer vulgo appellatus, cibis vescens, quos obuius quisque offerret. Aquilam vero in ludis Olympicis caput eius superuolitantem, cum forte fortuna de auguriis et symbolis signisque diuinis ad familiares dissereret, quodque dii hominibus vera pietate praeditis quaedam significent, atque praenuncient, ex aëre deduxisse, manuque pertractatam rursum dimisisse dicitur. Cumque piscatoribus adstaret verriculum bene onustum e fundo extrahentibus, quantam piscium copiam attraherent, praedixit, ipsum quoque numerum expresse definiens. Cumque illi facturos se promitterent, quodcun-

*βόεια ῥήματα*, verba grandia. Malui *bouinari*, quam *boare* vertere, vel *boere*, vt Varro loquitur.

*ἂν κελεύῃ πρᾶξιν, εἴθ᾽ οὕτως ἀποβαίῃ, ζῶντας ἀφεῖναι πάλιν κελεῦσαι τοὺς ἰχθύας, πρότερόν γε ἀκριβῶς διαριθμήσαντα· καὶ το θαυμασιώτερον, ὅτι οὐδεὶς ἐν τοσούτῳ τῆς ἀριθμήσεως χρόνῳ τῶν ἰχθύων ἐκτὸς ὕδατος*
26 *μεινάντων ἀπέπνευσεν, ἐφεστῶτος αὐτοῦ. Πολλοὺς δὲ τῶν ἐντυγχανόντων ἀνεμίμνησκε τοῦ προτέρου βίου, ὃν αὐτῶν ἡ ψυχὴ πρὸ τοῦ τῷδε τῷ σώματι ἐνδεθῆναι πάλαι ποτ᾽ ἐβίωσε. καὶ ἑαυτὸν δὲ ἀναμφιλέκτοις τεκμηρίοις ἀπέφηνε Εὔφορβον τὸν Πάνθου υἱόν. καὶ τῶν Ὁμηρικῶν στίχων ἐκείνους μάλιστα ἐξύμνει, καὶ μετὰ λύρας ἐμμελέστατα ἀπέπεμπεν·*

*Αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι,*
*Πλοχμοί θ᾽, οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο.*
*Οἷον δὲ τρέφει ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης*
*Χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, ὅθ᾽ ἅλις ἀναβέβρυχεν ὕδωρ,*
(33) *Καλὸν, τηλεθάον· τόδε τε πνοιαὶ δονέουσι*
*Παντοίων ἀνέμων, καί τε βρύει ἄνθεϊ λευκῷ·*
*Ἐλθὼν δ᾽ ἐξαπίνης ἄνεμος σὺν λαίλαπι πολλῇ*
*Βόθρου τ᾽ ἐξέστρεψε, καὶ ἐξετάνυσσ᾽ ἐπὶ γαίῃς·*
*Τοῖον Πάνθου υἱὸν* [50]) *ἐϋμμελίην Εὔφορβον*
*Ἀτρείδης Μενέλαος, ἐπεὶ κτάνε, τεύχε᾽ ἐσύλα.*

50) *ἐϋμμελίην Εὔφορβον*] Facere non possum, quin oraculum Oenomao datum apud Euseb. *Praep. Euang.* lib. V. cap. 23. quod interpres doctissimus pro desperato et conclamato reliquit, hoc loco emendem. Legendum enim,

*Ἔν τε τοῖσιν εὐμελίεσσιν ἠδ᾽ Ἀχαιοῖς τὸ χρέος*
*Θήσεται, τὸ δ᾽ ἐκτεκμαρθὲν οὐδὲ μικρὸν ἕξεται.*

Nam *εὐμελίεσσιν* pro voce nihili *εὐπαλέεσσιν* substituendum sensus loci manifeste ostendit: nam Oenomaus oraculum vt ineptum et *ἄκαιρον* ridet, quod cum ipse quaesiisset, quam potissimum gentem adiret, vt

que tandem imperaret, si haec ita se haberent, praecepit, vt pisces viuos mari redderent, prius tamen exacte eos dinumerans: et quod multo magis mirandum, toto illo tempore, quo numerabantur, nullus ex piscibus extra aquam degentibus ipso adstante expirauit. Multis quoque, qui eum accedebant, in memoriam reuocauit priorem vitam, quam anima ipsorum, antequam isti corpori illigaretur, ólim vixerat: et irrefragabilibus argumentis ostendebat, se ipsum Euphorbum Panthi filium fuisse. Et ex Homericis versibus illos maxime praedicabat, et suauissime ad lyram accinebat:

*Grataque caesaries maduit consperſa cruore,*
*Atque auro rutili cinni argentoque decori.*
*Quale per aestatem viridantis germen oliuae*
*Sedulus agricola in campo producit amoeno,*
*Quam rigat allapsu vicinae riuulus vndae,*
*Et blandae mulcent animae clementibus auris,*
*Laetaque canenti vestit ſese vndique flore;*
*At si forte ruat vehementi turbine ventus,*
*Sternit humi affligitque ima de stirpe reuulsam:*
*Talem Panthoidem deiectum vulnere acerbo,*
*Atrides vita exutum spoliabat et armis.*

lucrum mercimoniis faceret, Apollo respondisset, ἐν εὐμελίεσσιν Ἀχαιοῖς, hoc est, *inter concinno corpore Achiuos:* nam si statuarius, inquit, aut pictor rogasset de magistro, vbi artem recte addisceret, non male in ista verba respondisset: quippe cum artifices istiusmodi corpora maxime concinna quaerant, quae fingendo vel pingendo imitentur: quae ad lucrum et mercaturam nihil faciunt. Sed quia semel Apollinis oracula explicare coepi: addam et alterum ex prae-

27 *Τὰ γὰρ ἱστορούμενα περὶ τῆς ἐν Μυκήναις ἀνακειμένης σὺν Τρωϊκοῖς λαφύροις τῇ Ἀργείᾳ Ἥρᾳ Εὐφόρβου τοῦ Φρυγὸς τούτου ἀσπίδος, παρίεμεν ὡς πάνυ δημώδη. Καύκασον δ' ἔφα-*
(34) *σαν τὸν ποταμὸν σὺν πολλοῖς τῶν ἑταίρων διαβαίνοντά ποτε προσειπεῖν· καὶ ὁ ποταμὸς γεγωνός τι καὶ τρανὸν ἀπεφθέγξατο, πάντων ἀκουόντων· Χαῖρε Πυθαγόρα. μιᾷ τε καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἔν τε Μεταποντίῳ τῆς Ἰταλίας καὶ ἐν Ταυρομενίῳ τῆς Σικελίας συγγεγονέναι, καὶ διειλέχθαι κοινῇ τοῖς ἑκατέρωθι ἑταίροις αὐτῷ διαβεβαιοῦνται σχεδὸν ἅπαντες, σταδίων ἐν μεταιχμίῳ παμπόλλων καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν ὑπαρχόντων, οὐδ' ἡμέραις*
28 *ἀνυσίμων πάνυ πολλαῖς. Τὸ μὲν γάρ, ὅτι τὸν μηρὸν χρυσοῦν ἐπέδειξεν Ἀβάριδι τῷ ὑπερβορέῳ, εἰκάσαντι αὐτὸν Ἀπόλλωνα εἶναι τὸν ἐν ὑπερβορέοις, οὗπερ ἦν ἱερεὺς ὁ Ἄβαρις, βεβαιοῦντα ὡς τοῦτο ἀληθές, τεθρύλληται· καὶ ὅτι νεὼς καταπλεούσης, καὶ τῶν φίλων εὐχομένων τὰ κομιζόμενα γενέσθαι αὐτοῖς, ὁ Πυθαγόρας εἶπεν, ἔσται τοίνυν ὑμῖν νεκρός· καὶ ἡ ναῦς κατέπλευσεν ἔχουσα νεκρόν. μυρία δ' ἕτερα θαυμαστότερα καὶ θειότερα περὶ τ' ἀν-*

cedenti cap. 22. eiusdem libri, quod versibus trochaicis editum, ita constituendum puto:

*Ἔστιν ἐν Τρηχῖνος αἴη κῆπος Ἡρακλήϊος,*
*Πάντ' ἔχων θάλλοντα, πᾶσι δρεπόμενος πανημαδόν,*
*Οὐδ' ὀλιζοῦται. βέβριθε δ' ὕδασι διηνεκές.*

Addo et tertium lib. VI. cap. 7. eiusdem operis Alc-

Ea enim, quae de Euphorbi Phrygis scuto, Mycenis in honorem Argiuae Iunonis cum aliis spoliis Troianis suspenso, referuntur, vt nimis peruulgata praeterimus. Caucasus quoque fluuius transeuntem cum multis amicorum allocutus, et clara atque liquida voce cunctis audientibus dixisse fertur: *Salue Pythagora.* Quin etiam vna eademque die et Metaponti in Italia, et Tauromenii in Sicilia, amicis quos vtrobique habebat adfuisse, et in publico coetu adlocutum fuisse, omnes propemodum affirmant; cum multorum stadiorum, qua terra qua mari, interuallum intercedat, non nisi complurium dierum itinere conficiendum. Quod enim Abaridi Hyperboreo, qui Apollinem Hyperboreum eum esse credebat, cuius sacerdos Abaris erat, aureum ostenderit femur, qui verum id esse confirmaret, nemo non nouit. Quodque naui quadam appellente, et amicis precantibus sibi merces quas vehebat obtingere, Pythagoras dixerit: ergo mortuus vobis erit: nauisque accedens mortuum tulerit; et sexcenta alia multo admirabiliora atque diuiniora de hoc viro constanter atque vno

maeoni Amphiarai filio datum: qui Ἀμφιαρηΐδης patronymica voce appellatur. Neque enim Alcmaeon de Arcadia, quod loci nomen nusquam terrarum exstat, quaesierat: vt eruditissimus interpres accepit: sed oraculorum ambagibus falli humanum est.

δρὸς ὁμαλῶς καὶ συμφώνως εἴρηται. ὡς ἁπλῶς
εἰπεῖν, κατ' οὐδενὸς ὑπενοήθη πλείονα, οὐδὲ
29 περιττότερα. Προῤῥήσεις τε γὰρ ἀπαράβατοι
σεισμῶν διαμνημονεύονται αὐτοῦ, καὶ λοιμῶν
ἀποτροπαὶ σὺν τάχει, καὶ ἀνέμων βιαίων χα-
λαζῶν τ' ἐκχύσεως καταστολαὶ, καὶ κυμάτων
(35) ποταμίων τε καὶ θαλαττίων ἀπευδιασμοὶ πρὸς
εὐμαρῆ τῶν ἑταίρων διάβασιν. ὧν μεταλα-
βόντας Ἐμπεδοκλέα τε καὶ Ἐπιμενίδην, καὶ
Ἄβαριν, πολλαχῆ ἐπιτετελεκέναι τοιαῦτα· δῆ-
λα δ' αὐτῶν τὰ ποιήματα ὑπάρχειν. ἄλλως
τε καὶ ἀλεξάνεμος μὲν ἦν τὸ ἐπώνυμον Ἐμ-
πεδοκλέους· καθαρτὴς δὲ, τὸ Ἐπιμενίδου· αἰ-
θροβάτης δὲ, τὸ Ἀβάριδος· ὅτι ἄρα διστῷ
τοῦ ἐν Ὑπερβορέοις Ἀπόλλωνος δωρηθέντι αὐ-
τῷ ἐποχούμενος, ποταμούς τε καὶ πελάγη, καὶ
τὰ ἄβατα διέβαινεν, ἀεροβατῶν τρόπον τινά.
ὅπερ ὑπενόησαν καὶ Πυθαγόραν τινὲς πεπον-
θέναι τότε, ἡνίκα ἐν Μεταποντίῳ καὶ ἐν Ταυ-
ρομενίῳ τοῖς ἑκατέρωθι ἑταίροις ὡμίλησε τῇ
30 αὐτῇ ἡμέρᾳ. Κατεκήλει δὲ ῥυθμοῖς, καὶ μέ-
λεσι, καὶ ἐπῳδαῖς τὰ ψυχικὰ πάθη καὶ τὰ
σωματικά. καὶ τοῖς μὲν ἑταίροις ἡρμόζετο
ταῦτα· αὐτὸς δὲ τῆς τοῦ παντὸς ἁρμονίας
ἠκροᾶτο, συνεὶς τῆς καθολικῆς τῶν σφαιρῶν,
καὶ τῶν κατὰ ταύτας κινουμένων ἀστέρων ἁρ-
μονίας, ἧς ἡμᾶς μὴ ἀκούειν, διὰ σμικρότητα

ore affirmantur. Vt simpliciter loquendo de nemine quoquam plura et praeclariora credantur. Illius enim praedictiones terraemotuum certissimae commemorantur, et pestis auerruncationes praesentissimae: ventorum quoque violentorum, grandinisque profusissimae compressiones, et tempestatum, tam in fluminibus, quam in mari serenationes, ad facilem et secundum amicorum traiectum. Empedoclem quoque et Epimenidem, atque Abarim, cum haec ab illo hausissent, talia passim perpetrasse aiunt: et poëmata illorum hoc manifeste testari. Quin et Empedocli cognomen erat Alexanemi siue Auerrunci ventorum; Epimenidi vero, Purgatoris; Abaridi, Aethrobatae siue Aërambuli. Quandoquidem is sagittae Apollinis Hyperborei, quam dono acceperat, inequitans, fluuios et maria, aliaque loca inaccessa, per aërem quasi volitans transibat: quod et Pythagoram fecisse nonnulli suspicantur, cum Metaponti et Tauromenii amicos vna eademque die vtrobique conueniret. Animi vero corporisque affectus rhythmis, carminibusque et incantationibus sedabat. Et haec quidem adhibebat amicis: ipse vero vniuersi concentum auribus percipiebat. Intelligebat enim totam illam et generalem orbium coelestium, stellarumque quae in orbibus istis mouentur harmoniam: quam nos ob naturae

τῆς φύσεως. τούτοις καὶ Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ, λέγων περὶ αὐτοῦ·

*Ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδώς,*
*Ὃς δὴ μήκιστον πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,*
(36) *Παντοίων τε μάλιστα σοφῶν ἐπιήρανος ἔργων.*
*Ὁππότε γὰρ πάσῃσιν ὀρέξαιτο πραπίδεσσι,*
*Ῥεῖά γε τῶν ὄντων πάντων λεύσσεσκεν ἕκαστα,*
*Καί τε δέκ' ἀνθρώπων καί τ' εἴκοσιν αἰώνεσσι.*

31 Τὸ γὰρ περιώσια, καὶ τῶν ὄντων λεύσσεσκεν ἕκαστα, καὶ πραπίδων πλοῦτον, καὶ τὰ ἐοικότα, ἐμφατικὰ μάλιστα τῆς ἐξαιρέτου καὶ ἀκριβεστέρας παρὰ τοὺς ἄλλους διοργανώσεως ἔν τε τῷ ὁρᾶν, καὶ τῷ ἀκούειν, καὶ τῷ νοεῖν τοῦ Πυθαγόρου. τὰ δ' οὖν τῶν ἑπτὰ ἀστέρων φθέγματα, καὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν, ἐπὶ ταύτης τε τῆς ὑπὲρ ἡμᾶς, λεγομένης δὲ κατ' αὐτοὺς ἀντίχθονος, τὰς ἐννέα Μούσας εἶναι διεβεβαιοῦτο. τὴν δὲ πασῶν ἅμα σύγκρισιν καὶ συμφωνίαν, καὶ ὡσανεὶ σύνδεσμον, ἧσπερ ὡς ἀϊδίου τε καὶ ἀγεννήτου μέρος ἑκάστη καὶ
32 ἀπόῤῥοια, Μνημοσύνην ὠνόμαζεν. Τὴν δὲ καθ' ἡμέραν αὐτοῦ διαγωγὴν ἀφηγούμενος ὁ Διογένης φησὶν, ὡς ἅπασιν μὲν παρηγγύα, φιλοτιμίαν φεύγειν καὶ φιλοδοξίαν, τώπερ μάλιστα φθόνον ἐργάζεσθον. ἐκτρέπεσθαι δὲ τὰς μετὰ τῶν πολλῶν ὁμιλίας. τὰς γοῦν διατριβὰς καὶ αὐτὸς ἕωθεν μὲν ἐπὶ τῆς οἰκίας
(37) ἐποιεῖτο, ἁρμοζόμενος πρὸς λύραν τὴν ἑαυτοῦ

imbecillitatem non audimus. Haec Empedocles quoque de Pythagora hisce versibus testatur:

*Horum de numero quidam praestantia norat*
*Plurima, mentis opes amplas sub pectore seruans,*
*Omnia vestigans sapientum docta reperta.*
*Nam quoties animi vires intenderet omnes,*
*Solerti subito perspexit singula mente,*
*Vsque decem aut viginti etiam mortalia secla.*

Quod enim inquit, *praestantia*, et *entia singula perspexit*, et *mentis* siue *sapientiae opes*, et similia, indicant exquisitam et accuratissimam in Pythagora prae aliis corporis animique constitutionem, in videndo, audiendoque, et intelligendo. Sonos ergo illos, quos edunt septem stellae errantes, et orbis stellarum fixarum, tum terra nostrae huic opposita, quam antichthona appellant, nouem Musas esse affirmabat. Coetum vero et concentum omnium simul, et veluti nexum mutuum, cuius vtpote aeterni et ingeniti pars vnaquaeque est et portio, Mnemosynem appellabat. At Diogenes quotidianam eius viuendi rationem exponens, refert, illum omnes admonuisse, vt ambitionem, gloriaeque cupidinem fugerent: quod his omnium maxime inuidia conflaretur: vulgique colloquia, atque commercia devitarent. Quin et exercitationes matutinas domi propriae habebat, animum suum ad lyram componens, et veteres quasdam

ψυχὴν, καὶ ᾄδων παιᾶνας ἀρχαίους τέ τινας
Θάλητος. καὶ ἐπῆδε τῶν Ὁμήρου, καὶ Ἡσιό-
δου, ὅσα καθημεροῦν τὴν ψυχὴν ἐδοκίμασε.
καὶ ὀρχήσεις δέ τινας ὑπωρχεῖτο, ὁπόσας εὐ-
κινησίαν καὶ ὑγείαν τῷ σώματι παρασκευά-
ζειν ᾤετο· τοὺς δὲ περιπάτους οὐδ' αὐτὸς
ἐπιφθόνως μετὰ πολλῶν ἐποιεῖτο, ἀλλὰ δεύ-
τερος ἢ τρίτος ἐν ἱεροῖς ἢ ἄλσεσιν, ἐπιλεγό-
μενος τῶν χωρίων τὰ ἡσυχιαίτατά τε καὶ πε-
33 ρικαλλέστατα. Τοὺς δὲ φίλους ὑπερηγάπα,
κοινὰ μὲν τὰ τῶν φίλων εἶναι πρῶτος ἀπο-
φηνάμενος, τὸν δὲ φίλον ἄλλον ἑαυτόν. καὶ
ὑγιαίνουσι μὲν αὐτοῖς ἀεὶ συνδιέτριβεν, κά-
μνοντας δὲ τὰ σώματα ἐθεράπευε, καὶ τὰς
ψυχὰς δὲ νοσοῦντας παρεμυθεῖτο, καθάπερ
ἔφαμεν, τοὺς μὲν ἐπῳδαῖς καὶ μαγείαις, τους
δὲ μουσικῇ· ἦν γὰρ αὐτῷ μέλη καὶ πρὸς
νόσους σωμάτων παιώνια, ἃ ἐπᾴδων ἀνίστη
τοὺς κάμνοντας. ἦν ἃ καὶ λύπης λήθην εἰρ-
γάζετο, καὶ ὀργὰς ἐπράϋνε, καὶ ἐπιθυμίας
34 ἀτόπους ἐξῄρει. Τῆς δὲ διαίτης τὸ μὲν ἄρι-
στον ἦν κηρίον ἢ μέλι· δεῖπνον δ' ἄρτος ἐκ
κέγχρων, ἢ μᾶζα, καὶ λάχανα ἑφθὰ καὶ
ὠμά· σπανίως δὲ κρέας ἱερείων θυσίμων, καὶ
τοῦτο οὐδ' ἐκ παντὸς μέρους. τά γε μὴν
(38) πλεῖστα ὁπότε θεῶν ἀδύτοις ἐγκαταδύεσθαι

Thaletis Paeanas accinens. Homeri quoque et Hesiodi carmina accinebat, quibus animus emolliri, atque tranquillior reddi videbatur. Quin et saltationes quasdam saltitabat, quas agilitatem, atque sanitatem corpori conciliare existimabat. Nec deambulationes promiscue cum multis conficiebat, sed vno tantum vel altero comite in templis aut lucis; seligens sibi loca ab omni strepitu remotissima et amoenissima. Amicorum amantissimus erat; quippe qui primus pronunciauit: Amicorum omnia esse communia, et amicum esse alterum ipsum. Et dum quidem recte valerent, semper cum iis conuersabatur: si quo corporis morbo laborarent, eos curabat; sin animo aegrotarent, solabatur, vt diximus, dolorem partim incantationibus, magicisque carminibus, partim vero musica. Erant enim ei peculiaria quaedam carmina, quibus corporum morbis medebatur: quae cum accineret, aegros pristinae sanitati restituebat. Erant enim quibus doloris obliuionem inducebat, et iram mitigabat, et libidinem importunam eximebat. Quod ad victum pertinet, prandium quidem eius fauo aut melle constabat: coena vero pane ex milio, et pulte, et coctis crudisque oleribus: rarissime autem carne ex victimis sacrificiorum: neque ea promiscue ex quauis parte. Deorum penetralia subiturus, ibique aliquandiu commoratu-

μέλλοι, καὶ ἐνταῦθα χρόνου τινὸς ἐνδιατρίψειν, ἀλίμοις ἐχρῆτο καὶ ἀδίψοις τροφαῖς· τὴν μὲν ἄλιμον συντιθεὶς ἐκ μήκωνος σπέρματος καὶ σησάμου, καὶ φλοιοῦ σκίλλης πλυνθείσης ἀκριβῶς, ἕως τ' ἂν τοῦ περὶ αὐτὴν ὀποῦ καθαρθείη· καὶ ἀσφοδέλων ἀνθερικῶν, καὶ μαλάχης φύλλων, καὶ ἀλφίτων, καὶ κριθῶν, καὶ ἐρεβίνθων· ἅπερ κατ' ἴσον πάντα σταθμὸν κοπέντα μέλιτι ἀνέδευεν Ὑμεττίῳ. τὴν δ' ἄδιψον ἐκ σικύων σπέρματος, καὶ ἀσταφίδος λιπαρᾶς, ἐξελὼν αὐτῆς τὰ γίγαρτα, καὶ ἄνθους κορίου, καὶ μαλάχης ὁμοίως σπέρματος, καὶ ἀνδράχνης, καὶ τυροῦ κνήστεως, καὶ ἀλεύρου πάλης, καὶ γάλακτος λίπους· ἅπερ πάντα ἀνε-
35 μίγνυε μέλιτι νησιωτικῷ. Ταῦτα δ' Ἡρακλέα παρὰ Δήμητρος ἔφασκε μαθεῖν, στελλόμενον εἰς τὴν Λιβύην τὴν ἄνυδρον. ὅθεν αὐτῷ καὶ τὸ σῶμα ὥσπερ ἐπὶ στάθμῃ τὴν αὐτὴν ἕξιν διεφύλαττεν· οὐ ποτὲ μὲν ὑγιαίνων, ποτὲ δὲ νοσοῦν· οὐδὲ αὖ ποτὲ μὲν πιανόμενον καὶ αὐξανόμενον, ποτὲ δὲ λεπτυνόμενον καὶ ἰσχναινόμενον. ἥ τε ψυχὴ τὸ ὅμοιον ἦθος ἀεὶ διὰ τῆς ὄψεως παρεδήλου. οὔτε γὰρ ὑφ' ἡδονῆς διεχεῖτο πλέον, οὔθ' ὑπ' ἀνίας συνεστέλλετο· οὐδ' ἐπίδηλος ἦν χαρᾷ ἢ λύπῃ κάτοχος· ἀλλ' οὐδὲ γε-
(59) λάσαντα ἢ κλαύσαντά τίς ποτ' ἐκεῖνον ἐθεάσατο.
36 Θύων τε θεοῖς ἀνεπαχθὴς ἦν, ἀλφίτοις τε καὶ

rus, cibis famem sitimque arcentibus vt plurimum vtebatur. Et fami quidem arcendae componebat ex semine papaueris et sesamo, ac cortice scillae probe lotae, donec a succo exteriori repurgaretur; ex floribus asphodelorum, et foliis maluae; ex polenta, hordeo atque cicere. Quae omnia aequali pondere minutim concisa Hymettio melle in massam redigebat. Contra sitim autem praeparabat ex semine cucumeris, et vua passa pinguiori, exemptis acinis, et flore coriandri, item ex semine maluae et portulaca, ac casei ramentis, ex polline farinae, et pinguedine lactis: cuncta haec melle insulano inter se commiscebat. Eam rationem Herculem a Cerere edoctum affirmabat, cum in Libyam aridam mitteretur. Vnde et corpus, quasi in quodam aequilibrio, habitum eundem constanter seruabat; non vt modo sanum, modo aegrum; modo pingue et crassum, modo tenue et macilentum esset. Animi etiam similes semper mores ex vultu relucebant. Nec is voluptate largius diffundebatur, nec moerore contrahebatur: neque vnquam gaudio vel dolore occupatus apparuit. At nec ridentem illum vel flentem vnquam quis vidit. Cumque diis sacrificaret, non molesta et inuidiosa

ποπάνῳ καὶ λιβανωτῷ καὶ μύῤῥᾳ τοὺς θεοὺς
ἐξιλασκόμενος, ἐμψύχοις δ' ἥκιστα· πλὴν εἰ
μή ποτε ἀλεκτορίσιν, καὶ τῶν χοίρων τοῖς ἁπα-
λωτάτοις. ἐβουθύτησε δέ ποτε σταίτινον, ὥς
φασι, βοῦν, οἱ ἀκριβέστεροι, ἐξευρὼν τοῦ
ὀρθογωνίου τὴν ὑποτείνουσαν ἴσον δυναμένην
ταῖς περιεχούσαις. ὅσα γε μὴν τοῖς προσιοῦσι
διελέγετο, ἢ διεξοδικῶς, ἢ συμβολικῶς πα-
37 ρῄνει. Διττὸν γὰρ ἦν αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας
τὸ σχῆμα. καὶ τῶν προσιόντων οἱ μὲν ἐκα-
λοῦντο μαθηματικοὶ, οἱ δ' ἀκουσματικοί.
καὶ μαθηματικοὶ μὲν, οἱ τὸν περιττότερον
καὶ πρὸς ἀκρίβειαν διαπεπονημένον τῆς ἐπι-
στήμης λόγον ἐκμεμαθηκότες. ἀκουσματικοὶ
δ', οἱ μόνας τὰς κεφαλαιώδεις ὑποθήκας τῶν
γραμμάτων ἄνευ ἀκριβεστέρας διηγήσεως ἀκη-
38 κοότες. Παρῄνει δὲ, περὶ μὲν τοῦ θείου καὶ
δαιμονίου καὶ ἡρώου γένους εὔφημον εἶναι,
καὶ ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν· γονεῦσι δὲ καὶ
εὐεργέταις εὔνουν. νόμοις δὲ πείθεσθαι. προς-
κυνεῖν δὲ μὴ ἐκ παρέργου τοὺς θεοὺς, ἀλλ'
οἴκοθεν ἐπὶ τοῦτο ὡρμημένους. καὶ τοῖς μὲν
οὐρανίοις θεοῖς περιττὰ θύειν· τοῖς δὲ χθο-
νίοις, ἄρτια. ἐκάλει γὰρ τῶν ἀντικειμένων
(40) δυνάμεων τὴν μὲν βελτίονα, μονάδα, καὶ
φῶς, καὶ δεξιὸν, καὶ ἴσον, καὶ μένον, καὶ
εὐθύ· τὴν δὲ χείρονα, δυάδα, καὶ σκότος,

profusione, sed farre, et libo, item thure atque myrrha deos placabat, nequaquam vero animalibus: nisi forte gallis gallinaceis, et porcellis tenellulis. Quin et bouem ex farina confectum, vt accuratiores affirmant, immolauit: cum reperisset, latus subtensum trianguli rectanguli lateribus continentibus aequiualere. Quaecunque apud auditores disserebat, aut perspicua et copiosa oratione, aut obscure et per aenigmatum inuolucra praecipiebat. Duplex enim illi docendi modus erat: atque ex discipulis alii mathematici, alii vero auscultatores vocabantur. Mathematici quidem, quotquot pleniorem atque elaboratam scientiae rationem percipiebant. Auscultatores vero, qui summa tantum capita praeceptaque literarum sine accuratiori enarratione audiebant. Praecipiebat autem, de deorum quidem daemonumque atque heroum genere summa cum reuerentia loquendum, et quam optime sentiendum. Parentibus atque benefactoribus beneuolentiam exhibendam: legibus obtemperandum: deos obiter non adorandos, nec nisi domo eo animo egressus accedas. Diis coelestibus imparia, terrestribus autem paria sacrificanda. Oppositarum enim potentiarum alteram quidem meliorem, vnitatem, lucem, dexterum, aequale, stabile, et rectum appellabat; deteriorem vero, binarium, tene-

καὶ ἀριστερὸν, καὶ ἄνισον, καὶ περιφερὲς, καὶ
39 φερόμενον. Παρῄνει δὲ καὶ τοιάδε. φυτὸν
ἥμερον καὶ ἔγκαρπον, ἀλλὰ μηδὲ ζῶον, ὃ
μηδὲ βλαβερὸν εἶναι πέφυκε τῷ ἀνθρωπείῳ
γένει, μήτε φθείρειν, μήτε βλάπτειν. παρα-
καταθήκην δὲ μὴ χρημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ
λόγων, πιστῶς τῷ παρακαταθεμένῳ φυλάσσειν.
τρισσὰς δ' ἡγεῖσθαι διαφορὰς τῶν ἀξίων σπου-
δῆς πραγμάτων, ἃ καὶ μετιτέον καὶ μεταχει-
ριστέον. πρῶτον μὲν τῶν εὐκλεῶν καὶ καλῶν·
εἶτα τῶν πρὸς τὸν βίον συμφερόντων· τρίτην
δὲ καὶ τελευταίαν τὴν τῶν ἡδέων· ἡδονὴν δὲ
οὐ προσίετο τὴν δημώδη καὶ γοητευτικὴν, ἀλ-
λὰ τὴν βέβαιον καὶ σεμνοτάτην, καὶ καθα-
ρεύουσαν διαβολῆς. Διττὴν γὰρ εἶναι δια-
φορὰν ἡδονῶν· τὴν μὲν γαστρὶ καὶ ἀφροδι-
σίοις διὰ πολυτελείας κεχαρισμένην ἀπείκαζε
ταῖς ἀνδροφόνοις τῶν Σειρήνων ᾠδαῖς· τὴν δ'
ἐπὶ καλοῖς καὶ δικαίοις, τοῖς πρὸς τὸ ζῆν
ἀναγκαίοις, ὁμοίως καὶ παραχρῆμα ἡδεῖαν,
καὶ εἰς τὸ ἐπιὸν ἀμεταμέλητον· ἣν ἔφασκεν
40 ἐοικέναι μουσῶν τινι ἁρμονίᾳ. Δύο τε μάλι-
στα καιροὺς παρηγγύα ἐν φροντίδι θέσθαι·
(41) τὸν μὲν, ὅτε εἰς ὕπνον τρέποιτο· τὸν δὲ, ὅτε
ἐξ ὕπνου διανίστατο. ἐπισκοπεῖν γὰρ προσή-
κει ἐν ἑκατέρῳ τούτοιν, τά τε ἤδη πεπραγμένα,

bras, sinistrum, inaequale, instabile et mobile. Praeterea et haec praecipiebat, plantam satiuam atque fructiferam, tum et animalia hominum generi innoxia, nec perdenda, nec laedenda esse. Non solum pecuniarum, sed et sermonum depositum depositori bona fide seruandum. Tria constituenda genera rerum omni studio prosequendarum atque comparandarum. Primum quidem earum, quae gloriosae atque honestae sunt: alterum vitae vsui inseruientium: tertium vero atque postremum rerum iucundarum, siue coniunctarum cum voluptate. Voluptatem autem non plebeiam atque fascinantem, sed solidam grauemque atque omni crimine puram admittebat. Duplex enim voluptatum discrimen esse; quarum illam, quae ventri, et Veneris libidinibus opum profusione indulget, Sirenum homicidis cantionibus comparabat. Alteram vero, quae in rebus honestis atque iustis et ad vitam necessariis consistit, eam pariter et in praesentiarum iucundam esse, neque postmodum poenitentiam comitem habere. Hanc ille musarum cuidam concentui similem esse dicebat. Duorum temporum potissimum curam rationemque habendam monebat: eius scilicet, quo cubitum itur; et quo cubitu rursum surgitur. Vtroque enim tempore cum animo perpendendum, et iam ante

καὶ τὰ μέλλοντα· τῶν μὲν γενομένων εὐθύνας παρ' ἑαυτοῦ ἕκαστον λαμβάνοντα· τῶν δὲ μελλόντων πρόνοιαν ποιούμενον. προ μὲν οὖν τοῦ ὕπνου ταῦτα ἑαυτῷ τὰ ἔπη ἐπᾴδειν ἕκαστον·

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν·
Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

πρὸ δὲ τῆς ἐξαναστάσεως ἐκεῖνα·

Πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπαναστὰς,
Εὖ μάλα ποιπνεύειν, ὅσ' ἐν ἤματι ἔργα τελέσσεις.

41 Τοιαῦτα παρῄνει· μάλιστα δ' ἀληθεύειν. τοῦτο
γὰρ μόνον δύνασθαι τοὺς ἀνθρώπους ποιεῖν
θεῷ παραπλησίους· ἐπεὶ καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ,
ὡς παρὰ τῶν μάγων ἐπυνθάνετο, ὃν Ὡρο-
μάζην καλοῦσιν ἐκεῖνοι, ἐοικέναι τὸ μὲν σῶ-
μα φωτί· τὴν δὲ ψυχὴν ἀληθείᾳ. καὶ ἄλλ'
ἄττα ἐπαίδευεν, ὅσα παρὰ Ἀριστοκλείας τῆς
ἐν Δελφοῖς ἔλεγεν ἀκηκοέναι. ἔλεγε δέ τινα
καὶ μυστικῷ τρόπῳ συμβολικῶς, ἃ δὴ ἐπι-
πλέον Ἀριστοτέλης ἀνέγραψεν. οἷον, ὅτι τὴν
(42) θάλατταν μὲν ἐκάλει εἶναι δάκρυον· τὰς δὲ
ἄρκτους, Ῥέας χεῖρας· τὴν δὲ Πλειάδα, μου-
σῶν λύραν· τοὺς δὲ πλανήτας, κύνας τῆς Περ-
σεφόνης. τὸν δ' ἐκ χαλκοῦ κρουομένου γινό-
μενον ἦχον, φωνὴν εἶναι τινὸς τῶν δαιμόνων,
42 ἐναπειλημμένην τῷ χαλκῷ. Ἦν δὲ καὶ ἄλλο
εἶδος τῶν συμβόλων τοιοῦτον· Ζυγὸν μὴ ὑπερ-

peracta, et mox peragenda. Atque actorum quidem rationes vnicuique a semetipso exigendas: futuris autem caute prouidendum. Ideoque vnumquemque hos versus ante somnum sibi ipsi occinere voluit:

*Nec fessa in dulcem declines lumina somnum,*
*Quin ter cuncta prius reputaueris acta diei:*
*Quae praetergressus, quid gessi in tempore? quid non?*

illos vero, antequam surgeret:

*E somno primum euigilans cum strata relinquis,*
*Disponas animo luce expedienda futura.*

Talia praecipere solebat: inprimis autem veritati studendum. Solum enim illud homines deo similes efficere posse. Nam et deum ipsum, vti ex magis cognouerat, quem illi Oromasdem appellant, corpore quidem lumini, anima autem veritati similem esse. Docebat et alia huiusmodi, quae Delphis ex Aristoclea se audiuisse dicebat. Quaedam etiam arcano modo quasi per aenigmata proferebat; quorum pleraque Aristoteles perscripsit. Verbi gratia, cum mare lacrymam appellaret: vrsas vero polares, Rheae manus: Pleiadem, Musarum lyram: planetas, canes Proserpinae: sonum autem, qui aeris percussu redditur, daemonis cuiusdam vocem esse in ipso aere inclusam. Erat et aliud quoddam symbolorum genus huiusmodi: Stateram non esse transiliendam;

βαίνειν· τοῦτ' ἔστι, μὴ πλεονεκτεῖν. Μὴ τὸ πῦρ τῇ μαχαίρᾳ σκαλεύειν· ὅπερ ἦν, μὴ τὸν ἀνοιδοῦντα καὶ ὀργιζόμενον κινεῖν λόγοις παρατεθηγμένοις. Στέφανόν τε μὴ τίλλειν· τουτέστι, τοὺς νόμους μὴ λυμαίνεσθαι· στέφανοι γὰρ πόλεων οὗτοι. πάλιν δ' αὖ ἕτερα τοιαῦτα, οἷον, Μὴ καρδίαν ἐσθίειν· οἷον, μὴ λυπεῖν ἑαυτὸν ἀνίαις. Μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθέζεσθαι· οἷον, μὴ ἀργὸν ζῆν. Μηδ' ἀποδημοῦντα ἐπιστρέφεσθαι· μὴ ἔχεσθαι τοῦ βίου τούτου ἀποθνήσκοντα. τὰς δὲ λεωφόρους μὴ βαδίζειν· δι' οὗ ταῖς τῶν πολλῶν ἕπεσθαι γνώμαις ἐκώλυεν· τάς τε τῶν ὀλίγων καὶ πεπαιδευμένων μεταθεῖν. Μηδὲ χελιδόνας ἐν οἰκίαις δέχεσθαι· τουτέστι, λάλους ἀνθρώπους καὶ περὶ γλῶτταν ἀκρατεῖς ὁμωροφίους μὴ ποιεῖσθαι. φορτίον δὲ συνανατιθέναι μὲν τοῖς βαστάζουσιν, συγκαθαιρεῖν δὲ μή. δι' οὗ παρῄνει, μηδενὶ πρὸς ῥαστώνην, ἀλλὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ πόνους συμ-
(43) πράττειν. θεῶν τε εἰκόνας ἐν δακτυλίοις μὴ φορεῖν. τουτέστι, τὴν περὶ θεῶν δόξαν καὶ λόγον μὴ πρόχειρον μηδὲ φανερὸν ἔχειν, μηδ' εἰς πολλοὺς φέρειν. Σπονδάς τε ποιεῖσθαι τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ οὖς τῶν ἐκπωμάτων· ἐντεῦθεν γὰρ ἠνίττετο τιμᾶν τοὺς θεοὺς καὶ ὑμνεῖν τῇ μουσικῇ. αὕτη γὰρ διὰ ὤτων χωρεῖ. Μηδ' ἐσθίειν ὅσα μὴ θέμις· γένεσιν, αὔξησιν, ἀρχήν,

hoc est, auaritiam fugiendam. Ignem gladio non fodiendum: id est, tumidum et iracundum asperis verbis non commouendum. Coronam non vellicandam: hoc est, leges non violandas: illae enim ciuitatum coronae sunt. Praeter haec et alia huiusmodi: Cor non comedendum: hoc est, non oportere semetipsum moerore conficere. Choenici seu modio non insidendum: siue non ignauiter viuendum. Vbi profectus fueris, non reuertendum: hoc est, in mortis articulo vitam non desiderandam. Publica via non incedendum: quo vulgi opiniones sequi vetabat, sed paucorum atque eruditorum sectandas. Hirundines in aedes non recipiendas: hoc est, garrulos et intemperantioris linguae homines in contubernium non admittendos. Homines onera imponendo, non dètrahendo, iuuandos: quo admonebat, non ad ignauiam, sed ad virtutem operam aliis commodandam. Deorum imagines in annulis non ferendas: id est, sapientiam sermonemque de diis non temere passim in promptu habendum, nec in vulgus efferendum. Libamina diis facienda iuxta auriculam poculorum. Eo enim indicabat, deos musica honorandos ac celebrandos esse: ea enim aures penetrat. Nec edenda ea, quae nefas est edere; generationem scilicet, incrementum, principium,

τελευτὴν, μηδ' ἐξ ὧν ἡ πρώτη τῶν πάντων
43 ὑπόθεσις γίνεται. Ἔλεγε δ' ἀπέχεσθαι τῶν
καταθυομένων ὀσφύος, καὶ διδύμων, καὶ
αἰδοίων, καὶ μυελοῦ, καὶ ποδῶν, καὶ κε-
φαλῆς. ὑπόθεσιν μὲν γὰρ τὴν ὀσφὺν ἐκάλει·
διότι ἐπὶ ταύτῃ ὡς ἐπὶ θεμελίῳ συνίσταται
τὰ ζῶα. γένεσιν δὲ τοὺς διδύμους καὶ αἰδοῖα·
ἄνευ γὰρ τῆς τούτων ἐνεργείας οὐ γίνεται
ζῶον. αὔξησιν δὲ τὸν μυελὸν ἐκάλει, ὃς τοῦ
αὔξεσθαι πᾶσι ζῴοις αἴτιος. ἀρχὴν δὲ τοὺς
πόδας· τὴν δὲ κεφαλὴν τελευτήν· ἅπερ τὰς
μεγίστας ἡγεμονίας ἔχει τοῦ σώματος. ἴσα δὲ
κυάμων παρῄνει ἀπέχεσθαι, καθάπερ ἀνθρω-
44 πίνων σαρκῶν. Ἱστοροῦσι δ' αὐτὸν ἀπαγο-
ρεύειν τὸ τοιοῦτο, ὅτι τῆς πρώτης ἀρχῆς καὶ
γενέσεως ταραττομένης, καὶ πολλῶν ἅμα συν-
ενεγμένων καὶ συσπειρομένων, καὶ συσσηπο-
μένων ἐν τῇ γῇ, κατολίγον γένεσις καὶ διά-
κρισις συνέστη, ζώων τε ὁμοῦ γενομένων, καὶ
(44) φυτῶν ἀναδιδομένων, τότε δὴ ἀπὸ τῆς αὐτῆς
σηπεδόνος ἀνθρώπους συστῆναι, καὶ κυάμους
βλαστῆσαι. τούτου τε φανερὰ ἐπῆγε τεκμή-
ρια· εἰ γάρ τις διατρώγων κύαμον, καὶ τοῖς
ὀδοῦσι λεάνας, ἐν ἀλέᾳ τῆς τοῦ ἡλίου βολῆς
καταθείη πρὸς ὀλίγον, εἶτ' ἀποστὰς ἐπανέλ-
θοι μετ' οὐ πολὺ, εὕροι ἂν ὀδωδότα ἀνθρω-
πείου φόνου· εἰ δὲ καὶ ἀνθοῦντος ἐν τῷ βλα-

finem: neque ea ex quibus prima rerum omnium basis atque fundamentum constat. Abstinendum enim dicebat a victimarum lumbis, testiculis, pudendis, medulla, pedibus atque capite; nam lumbos basin vocabat, quod animalia eis tanquam fundamento innixa subsistant: ortum vero siue generationem, testiculos, atque pudenda: absque horum enim opera nullum animal generatur. Incrementum appellabat medullam: quae cunctis animalibus incrementi causam praestat. Principium vocabat pedes; caput autem finem, quod iis potissimum corpus regatur. Fabis vero aeque atque humanis carnibus abstinendum monebat. Referunt autem ipsum huiusmodi ob causam hoc interdixisse. Cum primum rerum principium atque origo inuicem conturbata essent, multaque simul in terra confusa inter se coaluissent, simulque computruissent, paulatim singula exorta atque discreta fuisse. Cumque simul et animalia nascerentur, et plantae producerentur; tum ex eadem putredine et homines extitisse, et fabas effloruisse. Cuius rei manifesta adducebat argumenta. Si quis enim fabam arrodat, dentibusque comminutam feruentibus solis radiis paululum exponat, et post exiguum temporis interuallum redeat, humani cruoris odorem in eo percipiet. Praeterea si quis eo tempore,

στάνειν τοῦ κυάμου, λαβὼν τις περκάζοντος τοῦ ἄνθους βραχὺ, ἐνθείη ἀγγείῳ κεραμίῳ, καὶ ἐπίθεμα ἐπιθεὶς ἐν γῇ κατορύξειεν, καὶ ἐννενήκοντα παραφυλάξειεν ἡμέρας μετὰ τὸ κατορυχθῆναι, εἶτα μετὰ ταῦτα ὀρύξας λάβοι, καὶ ἀφέλοι τὸ πῶμα, εὕροι ἂν ἀντὶ τοῦ κυάμου, ἢ παιδὸς κεφαλὴν συνεστῶσαν, ἢ γυ-
45 ναικὸς αἰδοῖον. Ἀπέχεσθαι δὲ καὶ ἄλλων παρῄνει· οἷον μήτρας τε καὶ τριγλίδος, καὶ ἀκαλήφης, σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄλλων θαλασσίων ξυμπάντων. ἀνέφερεν δ' αὐτὸν εἰς τοὺς πρότερον γεγονότας· πρῶτον μὲν Εὔφορβος λέγων γενέσθαι· δεύτερον δ' Αἰθαλίδης· τρίτον Ἑρμοτιμος· τέταρτον δὲ Πύῤῥος· νῦν δὲ Πυθαγόρας· δι' ὧν ἐδείκνυεν, ὡς ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, καὶ τοῖς κεκαθαρμένοις εἰς μνήμην τοῦ παλαιοῦ βίου ἀφικνεῖται.

46 Φιλοσοφίαν δ' ἐφιλοσόφησεν, ἧς ὁ σκοπὸς,
(45) ῥύσασθαι καὶ διελευθερῶσαι τῶν τοιούτων εἱργμῶν τε καὶ συνδέσμων τὸν καταχεχωρισμένον ἡμῖν νοῦν· οὗ χωρὶς ὑγιὲς οὐδὲν ἂν τις οὐδ' ἀληθὲς τὸ παράπαν ἐκμάθοι, οὐδ' ἂν κατίδοι δι' ἡστινοσοῦν ἐνεργῶν αἰσθήσεως· Νοῦς γὰρ, κατ' αὐτὸν, πάνθ' ὁρᾷ καὶ πάντ' ἀκούει· τὰ δὲ ἄλλα χωλὰ καὶ τυφλά. καθαρθέντι δὲ τότε δεῖ προσάγειν τι τῶν ὀνησιφόρων. προσῆγε δὲ ταυτὰ μηχανὰς ἐπινοῶν·

cum fabae florem emittunt, paululum aliquid floris iam nigricantis accipiat, et in vas fictile immissum et operculo obtectum humi defodiat, atque ita defossum dies nonaginta conseruet, tumque effossum rursum promat, atque operculum tollat, loco fabae, aut pueruli caput, aut pudendum muliebre enatum videbit. Sed et aliis quibusdam abstinendum praecipiebat, scilicet vulua, mullo, atque vrtica, caeterisque fere marinis omnibus. Quin et semetipsum ad quosdam iam vita functos referebat: primo quidem Euphorbum se fuisse asserens, deinde Aethalidem, tertio Hermotimum, quarto Pyrrhum, tandem vero Pythagoram: quibus ille animam immortalem esse ostendebat. Et queis animus erat rite perpurgatus, iis vitam iam olim exactam in memoriam reuocabat.

Philosophiam autem profitebatur, cuius scopus erat, insitam nobis mentem ex huiusmodi impedimentis vinculisque eruere atque in libertatem vindicare: sine qua nullus omnino sanum aliquid verumque, cuiuscunque tandem sensus ope atque beneficio, discere atque perspicere potest. Nam *mens*, ex ipsius sententia, *cuncta cernit, cunctaque audit: surda, caeca, caetera.* Perpurgatae autem deinde vtilia quaedam et profutura exhibenda sunt. Exhibebat autem ea certis quibusdam machinis rationibus excogitatis. Princi-

πρῶτον μὲν παιδαγωγῶν ἑαυτὸν ἠρέμα πρὸς τὴν τῶν ἀϊδίων καὶ ὁμοφύλων αὐτῶν ἀσωμάτων ἀεὶ καὶ κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων θέαν· ἐκ τῶν κατολίγον προσβιβάζων· μὴ συνταραχθεὶς τῇ ἄφνω καὶ ἀθρόως μεταβολῇ ἀποστραφῇ καὶ ἀπείπῃ, διὰ τὴν τοσαύτην τε καὶ τοσούτῳ χρόνῳ
47 τροφῆς κακίαν. Μαθήμασι τοίνυν, καὶ τοῖς ἐν μεταιχμίῳ σωμάτων τε καὶ ἀσωμάτων θεωρήμασι (τριχῇ μὲν διαστατὰ ὡς σώματα, ἄνευ δ' ἀντιτυπίας ὡς ἀσώματα) προεγύμναζε κατὰ βραχὺ πρὸς τὰ ὄντως ὄντα, ἀπὸ τῶν μηδέποτε κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἐν ταυτῷ μηδ' ἐφ' ὁσονοῦν διαμενόντων σωματικῶν, τὰ τῆς ψυχῆς ὄμματα μετὰ τεχνικῆς ἀγωγῆς εἰς τὴν ἔφεσιν τῶν τροφῶν προσάγων. δι' ὧν ἀντεισάγων τὴν τῶν
(46) ὄντως ὄντων θέαν, μακαρίους ἀπετέλει. ἡ μὲν οὖν περὶ τὰ μαθήματα γυμνασία εἰς
48 τοῦτο παρείληπτο. Ἡ δὲ περὶ τῶν ἀριθμῶν πραγματεία, ὡς ἄλλοι τε φασὶ, καὶ Μοδέρατος ὁ ἐκ Γαδείρων πάνυ συνετῶς ἐν ἕνδεκα βιβλίοις συναγαγὼν τὸ ἀρέσκον τοῖς ἀνδράσι, δια τοῦτο ἐσπουδάσθη. μὴ δυνάμενοι γὰρ, φησὶ, τὰ πρῶτα εἴδη καὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς σαφῶς τῷ λόγῳ παραδοῦναι,

pio quidem semetipsum sensim ad rerum aeternarum eiusdemque generis et incorporearum, perpetuo secundum idem atque eodem modo se habentium contemplationem assuefaciens: a minutioribus ordine progrediens: ne subita, atque repentina mutatione auertatur atque renuat, ob tantam tamque diuturnam nutrimenti prauitatem. Mathematicis itaque scientiis, et speculationibus illis, quae inter corpora atque incorporea mediae sunt, et quasi in vtrorumque confinio (triplicem enim dimensionem corporum instar habent, sed absque resistentia tanquam incorporea) veluti praeexercitationibus paulatim vtebatur, ad contemplationem eorum quae vere existunt: artificiosa quadam ratione mentis oculos a rebus corporeis, nunquam secundum idem atque eodem modo in vno eodemque statu vel tantillulum permanentibus, ad alimentorum desiderium abducens. Quorum ope contemplationem eorum quae vere existunt introducendo, homines beatos reddebat. Mathematicarum ergo artium vsus in hunc finem adhibebatur. Doctrinam numerorum autem, vt inter alios Moderatus Gaditanus affirmat, qui Pythagoreorum placita XI libris eruditissime complexus est, hanc ob causam studiose excoluerunt: Cum enim primas, inquit, formas, primaque principia oratione perspicue explicare nequirent, quod

διά τε τὸ δυσπερινόητον αὐτῶν καὶ δυσέξοι-
στον, παρεγένοντο ἐπὶ τοὺς ἀριθμοὺς, εὐσή-
μου διδασκαλίας χάριν, μιμησάμενοι τοὺς γεω-
μέτρας καὶ τοὺς γραμματιστάς. ὡς γὰρ οὗ-
τοι τὰς δυνάμεις τῶν στοιχείων καὶ αὐτὰ
ταῦτα βουλόμενοι παραδοῦναι, παρεγένοντο
ἐπὶ τοὺς χαρακτῆρας, τούτους λέγοντες ὡς
πρὸς τὴν πρώτην διδασκαλίαν στοιχεῖα εἶναι·
ὕστερον μέντοι διδάσκουσιν, ὅτι οὐχ οὗτοι
στοιχεῖά εἰσιν οἱ χαρακτῆρες, ἀλλὰ διὰ τού-
των ἔννοια γίνεται τῶν πρὸς ἀλήθειαν στοι-
49 χείων. Καὶ οἱ γεωμέτραι μὴ ἰσχύοντες τὰ
σωματοειδῆ λόγῳ παραστῆσαι, παραγίνονται
ἐπὶ τὰς διαγραφὰς τῶν σχημάτων, λέγοντες
εἶναι τρίγωνον Δ τόδε· οὐ τοῦτο βουλόμενοι
τρίγωνον εἶναι τὸ ὑπὸ τὴν ὄψιν ὑποπίπτον·
ἀλλὰ τὸ τοιοῦτο, καὶ διὰ τούτου τὴν ἔννοιαν
τοῦ τριγώνου παριστᾶσι. καὶ ἐπὶ τῶν πρώτων
οὖν λόγων καὶ εἰδῶν τὸ αὐτὸ ἐποίησαν οἱ
Πυθαγόρειοι, μὴ ἰσχύοντες λόγῳ παραδοῦναι
(47) τὰ ἀσώματα εἴδη καὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς, πα-
ρεγένοντο ἐπὶ τὴν κατὰ τῶν ἀριθμῶν δήλωσιν.
καὶ οὕτω τὸν μὲν τῆς ἑνότητος λόγον, καὶ
τὸν τῆς ταυτότητος καὶ τῆς ἰσότητος, καὶ τὸ
αἴτιον τῆς συμπνοίας καὶ τῆς συμπαθείας καὶ
τῆς σωτηρίας τῶν ὅλων, τοῦ κατὰ ταυτὰ καὶ
ὡσαύτως ἔχοντος, ἓν προσηγόρευσαν· καὶ γὰρ
τὸ ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἓν τοιοῦτον ὑπάρχει,
ἡνωμένον τοῖς μέρεσιν, καὶ σύμπνουν, κατὰ
50 μετουσίαν τοῦ πρώτου αἰτίου. Τὸν δὲ τῆς

et intellectu et prolatu difficillima sint; ad numeros, manifestioris doctrinae causa, confugere, geometras atque literatores imitati. Vt enim hi literas earumque potestatem tradituri, ad notas illas confugiunt; easque veluti prima docendi elementa esse dicunt. Nihilominus postea docent, notas illas non esse elementa; sed illarum opera vera elementa cognosci. Et geometrae cum formas incorporeas verbis proponere non valeant, ad figurarum descriptiones confugiunt: dicentes hoc Δ triangulum esse; non quod hoc ipsum, quod sub aspectum cadit, triangulum esse velint; sed istud, quod eiusmodi figuram obtinet, quodque huius ope conceptum atque cognitionem trianguli animo repraesentat. Idem ergo et Pythagorei in primis rationibus siue affectionibus formisque fecere. Cum enim incorporeas formas ac prima principia verbis tradere non possent, ad demonstrationem per numeros confugerunt: atque ita vnitatis quidem, et identitatis atque aequalitatis rationem, causamque amicae conspirationis atque mutuae affectionis et conseruationis vniuersi, secundum idem atque eodem modo se habentis, vnum appellabant. Vnum enim illud, quod in particularibus conspicitur, tale existit; partibus vnitum et conspirans, ob primae causae participationem. Di-

ἑτερότητος καὶ ἀνισότητος, καὶ παντὸς τοῦ μεριστοῦ, καὶ ἐν μεταβολῇ, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντος, δυοειδῆ λόγον, καὶ δυάδα προσηγόρευσαν· τοιαύτη γὰρ κᾂν τοῖς κατὰ μέρος ἡ τῶν δύο φύσις. καὶ οὗτοι οἱ λόγοι οὐ κατὰ τούτους μέν εἰσι, κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς οὐκέτι· ἀλλ' ὅτι ἰδεῖν καὶ τοὺς ἄλλους φιλοσόφους δυνάμεις τινὰς ἀπολιπόντας ἑνοποιοὺς καὶ διακρατητικὰς τῶν ὅλων οὔσας, καὶ εἰσί τινες καὶ παρ' ἐκείνοις λόγοι ἰσότητος, καὶ ἀνομοιότητος, καὶ ἑτερότητος. τούτους οὖν τοὺς λόγους, εὐσήμου χάριν διδασκαλίας, τῷ τοῦ ἑνὸς ὀνόματι προσαγορεύουσιν, καὶ τῷ τῆς δυάδος· οὐ διαφέρει δέ γε τοῖς αὐτοῖς ἢ δυοειδὲς ἢ ἀνισοειδὲς εἰπεῖν, ἢ ἑτεροειδές.

51 Ὁμοίως δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀριθμῶν ὁ αὐτὸς λόγος. πᾶς γὰρ κατὰ τινῶν δυνάμεων τέτα-
(48) κται. πάλιν γὰρ ἔστι τὶ ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἔχον ἀρχὴν καὶ μέσον καὶ τελευτήν· κατὰ τοῦ τοιούτου εἴδους, καὶ κατὰ τῆς φύσεως, τὸν τρία ἀριθμὸν κατηγόρησαν. διὸ καὶ πᾶν τὸ μεσότητι προσκεχρημένον, τριοειδὲς εἶναι φασίν. οὕτως δὲ καὶ πᾶν τὸ τέλειον προσηγόρευσαν. καὶ εἴ τι ἐστὶ τέλειον, τοῦτό φασιν ἐκείνῃ τῇ ἀρχῇ προσκεχρῆσθαι, καὶ κατ' ἐκείνην κεκοσμῆσθαι· ἣν ἄλλως μὴ δυνάμενοι ὀνομάσαι, τῷ τῆς τριά-

versitatis autem atque inaequalitatis, omnisque diuidui et in continua mutatione versantis, et modo hoc, modo illo modo sese habentis biformem rationem, binarium vocabant. Nam et binarii in rebus particularibus talis natura est. Neque rationes istae a Pythagoricis solum agnoscuntur, ab aliis vero non item: sed et caeteros philosophos potentias quasdam vnitiuas, atque vniuersa haec continentes, reliquisse videmus. Et extant apud eos rationes quaedam aequalitatis, dissimilitudinis, atque diuersitatis. Hasce ergo rationes, vt docendi modus magis perspicuus foret, vnitatis atque binarii nomine appellarunt. Nihil autem apud eos differt, siue biforme, siue inaequaliforme, siue diuersimodum dicatur. Atque eadem ratio in caeteris quoque numeris obtinet. Singuli enim certarum quarundam potentiarum locum vicemque sustinent. Etenim in rerum natura aliquid principio, medio, atque fine praeditum existit: tali formae atque naturae ternarium numerum attribuebant. Ideoque quodcunque medium aliquid habet, triforme dicebant esse. Ita etiam omne perfectum appellabant. Et si quid perfectum sit atque absolutum, illud ab hoc principio aliquid ad vsum suum trahere, iuxtaque id ipsum exornatum dicunt. Quod cum aliter appellare nequirent, ternarii nomine in ex-

δος ὀνόματι ἐπ' αὐτῆς ἐχρήσαντο· καὶ εἰς ἔν-
νοιαν αὐτῆς βουλόμενοι εἰσαγαγεῖν ἡμᾶς, διὰ
τοῦ εἴδους τούτου ταύτῃ ἤγαγον. καὶ ἐπὶ
τῶν ἄλλων δ' ἀριθμῶν ὁ αὐτὸς λόγος. οὗ-
τοι οὖν οἱ λόγοι, καθ' ὧν οἱ ῥηθέντες ἀρι-
52 θμοὶ ἐτάγησαν. Καὶ οἱ ἑξῆς περιέχονται ὑπὸ
μιᾶς τινος ἰδέας καὶ δυνάμεως, ταύτην δὲ
δεκάδα, οἷον δεχάδα, προσηγόρευσαν. διὸ
καὶ τέλειον ἀριθμὸν τὸν δέκα εἶναι λέγου-
σιν· μᾶλλον δὲ τελειότατον ἁπάντων, πᾶσαν
διαφορὰν ἀριθμοῦ, καὶ πᾶν εἶδος λόγου, καὶ
ἀναλογίαν ἐν ἑαυτῷ περιειληφότα. εἰ γὰρ ἡ
τοῦ παντὸς φύσις κατ' ἀριθμῶν λόγους τε
καὶ ἀναλογίας περατοῦται· καὶ πᾶν τὸ γενό-
μενον, καὶ αὐξανόμενον, καὶ τελειούμενον
κατ' ἀριθμῶν λόγους διεξάγει· πάντα δὲ λό-
γον, καὶ πᾶσαν ἀναλογίαν, καὶ πᾶν εἶδος
49) ἀριθμοῦ περιέχει ἡ δεκάς· πῶς οὐ καὶ τέλειος
53 ὁ δέκα ἀριθμὸς λέγοιτο αὔτη; Ἡ μὲν δὴ πε-
ρὶ τῶν ἀριθμῶν πραγματεία τοιαύτη τοῖς
Πυθαγορείοις. καὶ διὰ ταύτην πρωτίστην οὖ-
σαν τὴν φιλοσοφίαν, ταύτην συνέβη σβεσθῆ-
ναι. πρῶτον μὲν διὰ τὸ αἰνιγματῶδες· ἔπει-
τα διὰ τὸ καὶ τὰ γεγραμμένα Δωρίδι γεγρά-
φθαι· ἐχούσης τι καὶ ἀσαφὲς τῆς διαλέκτου·
καὶ μηδὲν διὰ τοῦτο ὑπονοεῖσθαι, καὶ τὰ ὑπ'

primendo eo vtebantur: cumque ad illius cognitionem nos perducere conarentur, per ternarii formam eo ducebant. Atque eadem de caeteris quoque numeris ratio est. Hae igitur rationes sunt, secundum quas praedicti numeri ordine suo collocabantur. Sed et sequentes sub vna quadam forma atque potestate comprehenduntur; quam decadem, quasi dechadem, siue comprehensionem appellabant. Ideoque denarium numerum perfectum esse affirmabant: quinimo numerorum omnium perfectissimum: omnem numerorum differentiam, omnemque rationem, species atque proportiones in se comprehendentem. Nam si vniuersi natura iuxta numerorum rationes proportionesque definitur; atque id quod fit, quodque augetur, ac perficitur, iuxta numerorum rationes procedit: et denarius omnem numeri rationem, omnemque proportionem cunctasque species complectitur; cur non ipsa natura denarii numeri perfecti nomine appelletur? Atque huiusmodi quidem vsus erat arithmetices apud Pythagoreos: quae cum prima quaedam philosophia esset, eius causa ipsa tandem philosophia Pythagorica fuit extincta. Primum quidem, quod aenigmatibus inuoluta esset. Deinde quod commentaria ipsorum Dorice essent scripta; cum et ipsa dialectus nescio quid obscuritatis habeat: atque hanc ob causam nec

αὐτῆς ἀνιστορούμενα δόγματα, ὡς νόθα καὶ παρηκουσμένα· τῷ μὴ ἄντικρυς Πυθαγορικοὺς εἶναι τοὺς ἐκφέροντας ταῦτα. πρὸς δὲ τούτοις τὸν Πλάτωνα, καὶ Ἀριστοτέλη, Σπεύσιππόν τε καὶ Ἀριστόξενον, καὶ Ξενοκράτην, ὥς φασιν οἱ Πυθαγόρειοι, τὰ μὲν κάρπιμα σφετερίσασθαι διὰ βραχείας ἐπισκευῆς· τὰ δ' ἐπιπόλαια καὶ ἐλαφρὰ, καὶ ὅσα πρὸς διασκευὴν καὶ χλευασμὸν τοῦ διδασκαλείου ὑπὸ τῶν βασκάνως ὕστερον συκοφαντούντων προβάλλεται, συναγαγεῖν, καὶ ὡς ἴδια τῆς αἱρέσεως καταχωρίσαι· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀπέβη ὕστερον.

54 Πυθαγόρας δ' ἄχρι πολλοῦ κατὰ τὴν Ἰταλίαν οὕτως ἐθαυμάζετο, αὐτός τε καὶ οἱ συνόντες αὐτῷ ἑταῖροι, ὥστε καὶ τὰς πολιτείας τοῖς ἀπ' αὐτοῦ ἐπιτρέπειν τὰς πόλεις. ὀψὲ δέ ποτε ἐφθονήθησαν, καὶ συνέστη κατ' αὐτῶν ἐπιβουλὴ τοιάδε τις. Κύλων ἀνὴρ Κροτωνιά-
(50) της κατὰ μὲν τὸ γένος, καὶ δόξαν προγονικὴν, καὶ βίου περιουσίαν πάντας ὑπερβάλλων τοὺς πολίτας, χαλεπὸς δ' ἄλλως καὶ τυραννικὸς, τῇ τε τῶν φίλων περιβολῇ, καὶ τῇ τοῦ πλούτου δυνάμει πρὸς ἰσχὺν ἀδικημάτων χρώμενος· οὗτος τῶν τ' ἄλλων ἁπάντων, ἃ ἐδόκει καλὰ, ἑαυτὸν ἠξίου· ἡγεῖτο δὲ καὶ τῆς Πυθαγόρου φιλοσοφίας ἀξιώτατον εἶναι μετασχεῖν. πρόςεισι τῷ Πυθαγόρᾳ ἑαυτὸν ἐπαινῶν, καὶ βου-

dogmata ea dialecto consignata intelligi possent, tanquam spuria, et male percepta; quia nec ii, qui in vulgus ea proferebant, veri Pythagorici erant. Accedit etiam, quod Plato, Aristoteles, et Speusippus, item Aristoxenus et Xenocrates, vt Pythagorei affirmant, vtilissima quidem pro suis venditarint, paucis quibusdam immutatis: vulgaria autem ac leuiora, et quaecunque ad subuertendam atque irridendam Pythagoreorum scholam ab inuidis et calumniatoribus postea excogitata fuere, coaceruarint, et vt sectae eius propria reliquerint. Sed haec postea contigerunt.

Pythagoras autem cum ipse, tum amici ac familiares, diu in Italia tanta in admiratione fuere, vt et ciuitates discipulis eius respublicas regendas commiserint. Tandem vero inuidia laborare coeperunt, et seditio aduersus ipsos hac ratione concitata fuit. Cylo Crotoniates, genere quidem et maiorum gloria opibusque facile totius ciuitatis princeps, caeterum asperis moribus, et dominandi cupidus: tum amicorum copia, diuitiarumque adminiculo ad iniustitiam improbitatemque abusus. Is cum caeteris praeclaris rebus omnibus dignum sese existimaret: tum vero longe dignissimum iudicabat, qui Pythagoricae philosophiae particeps esset. Accedit Pythagoram semetipsum depraedi-

λόμενος συνεῖναι αὐτῷ. ὁ δ' εὐθὺς φυσιογνω-
μονήσας τὸν ἄνδρα, καὶ ὁποῖος ἦν συνιδὼν
ἐκ τῶν σημείων, ἃ διὰ τοῦ σώματος ἐθήρα
τῶν προσιόντων, ἀπιέναι ἐκέλευσε, καὶ τὰ
ἑαυτοῦ πράττειν. τοῦτο τὸν Κύλωνα οὐ με-
τρίως ἐλύπησεν, ὥσπερ ὑβρισμένον, καὶ τα
55 ἄλλα χαλεπὸν ὄντα καὶ ὀργῆς ἀκρατῆ. Συνα-
γαγὼν οὖν τοὺς φίλους διέβαλλε τὸν Πυθα-
γόραν, καὶ παρεσκεύαζεν, ὡς ἐπιβουλεύσων
αὐτῷ τε καὶ τοῖς γνωρίμοις. τοὐντεῦθεν δ'
οἱ μὲν φασὶ τῶν ἑταίρων τοῦ Πυθαγόρου
συνηγμένων ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ τοῦ ἀθλη-
τοῦ, παρὰ τὴν Πυθαγόρου ἀποδημίαν (ὡς γὰρ
Φερεκύδην τὸν Σύριον, αὐτοῦ διδάσκαλον γε-
νόμενον, εἰς Δῆλον ἐπεπόρευτο, νοσοκομήσων
αὐτὸν περιπετῆ γενόμενον τῷ ἱστορουμένῳ τῆς
φθειριάσεως πάθει, καὶ κηδεύσων,) πάντας
πανταχῇ ἐνέπρησαν αὐτοῦ τε, καὶ κατέλευσαν,
(51) δύο ἐκφυγόντων ἐκ τῆς πυρᾶς, Ἀρχίππου τε
καὶ Λύσιδος, ὥς φησι Νεάνθης, ὧν ὁ Λύσις
ἐν Ἑλλάδι ᾤκησεν, Ἐπαμινώνδᾳ τε συγγέγονεν,
56 οὗ καὶ διδάσκαλος γέγονε. Δικαίαρχος δὲ καὶ
οἱ ἀκριβέστεροι, καὶ τὸν Πυθαγόραν φασὶ
παρεῖναι τῇ ἐπιβουλῇ. Φερεκύδην γὰρ πρὸ τῆς
ἐκ Σάμου ἀπάρσεως τελευτῆσαι. τῶν δὲ ἑταί-
ρων ἀθρόους μὲν τετταράκοντα ἐν οἰκίᾳ τινὸς
παρεδρεύοντας ληφθῆναι. τοὺς δὲ πολλοὺς

cans, et conuersationem eius expetens. At ille cum naturam moresque hominis continuo explorasset, atque ex indiciis, quae ex accedentium corpore captabat, quali ingenio esset, perspexisset, iussit ipsum abire, et suas sibi res agere. Id non mediocri dolore Cylonem commouit, ac si contumelia affectus fuisset; virum alias satis asperum et animi impotentioris. Coactis ergo in vnum amicis, Pythagoram criminari coepit, et insidias ipsi et amicis eius parare. Ac proinde, vt nonnulli referunt, Pythagorae familiares in Milonis athletae aedibus congregatos, absente tum Pythagora (nam ad Pherecydem Syrium, quo praeceptore olim fuerat vsus, in Delum discesserat, vt pediculari morbo, quam phthiriasin vocant, correpto adesset, curamque eius gereret) onmes igne immisso exusserunt, et lapidibus obruerunt; duobus tantum ex incendio elapsis, Archippo et Lyside, vt Neanthes prodidit. Ex hisce Lysis in Graecia habitauit, et ad Epaminondam se contulit, cuius olim praeceptor fuit. Sed Dicaearchus et accuratiores auctores ipsum quoque Pythagoram adfuisse aiunt, cum insidiae illae struerentur, Pherecydem enim iam diem suum obiisse, antequam ex Samo discederet. Ex familiaribus autem quadraginta quidem simul in domo quadam insidiis circumuentos: plerosque

σποράδην κατὰ τὴν πόλιν ὡς ἔτυχον εἰς ἄστυ
διαφθαρῆναι. Πυθαγόραν δὲ, κρατουμένων τῶν
φίλων, τὸ μὲν πρῶτον εἰς Καυλωνίαν τὸν ὅρ-
μον σωθῆναι· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν εἰς Λοκρούς.
πυθομένους δὲ τοὺς Λοκροὺς τῶν γερόντων
τινὰς ἐπὶ τὰ τῆς χώρας ὅρια ἀποστεῖλαι. τού-
τους δὲ πρὸς αὐτὸν ἀπαντήσαντας εἰπεῖν· ἡμεῖς,
ὦ Πυθαγόρα, σοφὸν μὲν ἄνδρα σε καὶ δεινὸν
ἀκούομεν· ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἰδίοις νόμοις οὐθὲν
ἔχομεν ἐγκαλεῖν. αὐτοὶ μὲν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόν-
των πειρασόμεθα μένειν. σὺ δ' ἑτέρωθί που
βάδιζε, λαβὼν παρ' ἡμῶν εἴ του κεχρημένος
τῶν ἀναγκαίων τυγχάνεις. ἐπεὶ δ' ἀπὸ τῆς
τῶν Λοκρῶν πόλεως τὸν εἰρημένον ἀπηλλάγη
τρόπον, εἰς Τάραντα πλεῦσαι. πάλιν δὲ κἀκεῖ
παραπλήσια παθόντα τοῖς περὶ Κρότωνα, εἰς
Μεταπόντιον ἐλθεῖν. πανταχοῦ γὰρ ἐγένοντο
(52) μεγάλαι στάσεις, ἃς ἔτι καὶ νῦν οἱ περὶ τοὺς
τόπους μνημονεύουσί τε καὶ διηγοῦνται, τας
ἐπὶ τῶν Πυθαγορείων καλοῦντες. Πυθαγό-
ρειοι δ' ἐκλήθησαν ἡ σύστασις ἅπασα, ἡ συνα-
57 κολουθήσασα αὐτῷ. Ἐν δὲ τῇ περὶ Μεταπόν-
τιον καὶ Πυθαγόραν αὐτὸν λέγουσι τελευτῆ-
σαι, καταφυγόντα ἐπὶ τὸ Μουσῶν ἱερὸν, σπά-
νει τῶν ἀναγκαίων τεσσαράκοντα ἡμέρας δια-
μείναντα· οἱ δέ φασιν, ὅτι τοῦ πυρὸς νεμο-
μένου τὴν οἴκησιν, ἐν ᾗ συνειλεγμένοι ἐτύγ-

vero, cum ad vrbem accessissent, sparsim in ciuitate interemptos fuisse. Pythagoram autem, comprehensis amicis, primum in Caulonio portu seruatum, inde Locros rursum se contulisse. Locrenses autem ex senioribus aliquot ad limites suae regionis misisse percunctatum: atque illos his verbis ipsi respondisse: Nos quidem, o Pythagora, te virum sapientem et magni ingenii esse audivimus: sed in legibus nostris nihil habemus quod reprehendi possit: ideoque eas seruare conabimur. Tu vero alio quocunque placuerit abito, accepto a nobis, si quo rerum necessariarum tibi vsus sit. Relicta autem hoc modo Locrensium ciuitate, Tarentum nauigasse. Cumque isthic idem ei rursus euenisset, quod Crotone, Metapontum venisse. Vbique enim magnae seditiones concitabantur: quarum etiam nunc locorum incolae meminere, et seditiones contra Pythagoreos, vt vocant, commemorare solent. Pythagorei enim vocabantur tota illa factio, quae Pythagorae partes sequebatur. Caeterum in Metapontina factione ipsum Pythagoram obiisse dicunt, cum ad Musarum aedem confugiens, amicorum inopia quadraginta dies illic permansisset. Alii autem referunt, cum domus illa, in quam frequentes conuenerant, igne defla-

χανον, θέντας αὐτοὺς εἰς τὸ πῦρ τοὺς ἑταίρους δίοδον παρέχειν τῷ διδασκάλῳ, γεφυρώσαντας τὸ πῦρ τοῖς σφετέροις σώμασι. διεκπεσόντα δ' ἐκ τοῦ πυρὸς τὸν Πυθαγόραν, διὰ τὴν ἐρημίαν τῶν συνήθων ἀθυμήσαντα ἑαυτὸν τοῦ βίου ἐξαγαγεῖν. τῆς δὲ συμφορᾶς οὕτως κατασχούσης τοὺς ἄνδρας, συνεξέλιπε καὶ ἡ ἐπιστήμη, ἄῤῥητος ἐν τοῖς στήθεσιν ἔτι φυλαχθεῖσα ἄχρι τότε, μόνων τῶν δυσσυνέτων παρὰ τοῖς ἔξω διαμνημονευομένων. οὔτε γὰρ τοῦ Πυθαγόρου σύγγραμμα ἦν· οἵ τ' ἐκφυγόντες Λύσις τε καὶ Ἄρχιππος, καὶ ὅσοι ἀποδημοῦντες ἐτύγχανον, ὀλίγα διέσωσαν ζώπυρα τῆς φιλοσοφίας, 
58 ἀμυδρά τε καὶ δυσθήρατα. Μονωθέντες γὰρ καὶ ἐπὶ τῷ συμβάντι ἀθυμήσαντες, διεσπάρησαν ἄλλος ἀλλαχοῦ, τὴν πρὸς ἀνθρώπους κοινωνίαν ἀποστραφέντες. διευλαβούμενοι δὲ μὴ παντελῶς ἐξ ἀνθρώπων ἀπόλοιτο τὸ φιλοσοφίας ὄνομα, καὶ θεοῖς αὐτοῖς διὰ τοῦτο ἀπεχθάνωνται, ὑπομνήματα κεφαλαιώδη συνταξάμενοι, τά τε τῶν πρεσβυτέρων συγγράμματα, καὶ ὧν διεμέμνηντο, συναγαγόντες, κατέλειπεν ἕκαστος οὗπερ ἐτύγχανε τελευτῶν· ἐπισκήψαντες υἱοῖς ἢ θυγατράσιν ἢ γυναιξὶ, μηδενὶ δοῦναι τῶν ἐκτὸς τῆς οἰκίας· αἱ δὲ μέχρι πολλοῦ χρόνου τοῦτο διετήρησαν, ἐκ διαδοχῆς τὴν

graret, familiares semetipsos in ignem mittentes magistro suo exitum aperuisse, corporibus ponte per ignem strato: Pythagoram vero ex incendio elapsum, familiaribus omnibus destitutum, prae animi moerore semetipsum e viuis sustulisse. Viris autem istis hac calamitate oppressis, defecit etiam vna cum eis scientia, quam hucusque in pectoribus arcanam reconditamque custodierant; praeter quaedam intellectu difficilia, quae exterioris admissionis auditores memoria repetebant. Neque enim vllum Pythagorae scriptum extabat. Lysis praeterea atque Archippus, et quotcunque forte fortuna domo tum peregre aberant, exiguos quosdam philosophiae igniculos conseruarunt, obscuros eos admodum, et peruestigatu difficiles. Soli enim iam derelicti, et dolore ob patratum scelus exanimati, alius alio dispersi, humanam societatem auersabantur: verentes autem, ne philosophiae nomen inter homines penitus interiret, atque eam ob rem deos quoque ipsos haberent infensos, commentaria quaedam summatim composuerunt, et antiquorum scriptis, et iis quorum ipsi meminerant in vnum redactis, quae eo quo quisque loco obiit reliquerunt: praecipientes filiis filiabusque, aut vxoribus, ne cuiquam extra familiam eorum copiam facerent. Idque continua quadam successione

αὐτὴν ἐντολὴν διαγγέλλουσαι τοῖς ἀπογόνοις.
59 Τεκμηραίμεθα δὲ, φησὶ Νικόμαχος, περὶ τοῦ
μὴ παρέργως αὐτοὺς τὰς ἀλλοτρίας ἐκκλίνειν
φιλίας, ἀλλὰ πάνυ σπουδαίως περικάμπτειν αὐ-
τὰς, καὶ φυλάττεσθαι· καὶ μὴν περὶ τοῦ μέχρι
πολλῶν γενεῶν τὸ φιλικὸν πρὸς ἀλλήλους ἀνέν-
δοτον αὐτοὺς διατετηρηκέναι· καὶ ἐξ ὧν Ἀρι-
στόξενος ἐν τῷ περὶ τοῦ Πυθαγόρου βίου αὐ-
τὸς διακηκοέναι φησὶ Διονυσίου τοῦ Σικελίας
τυράννου, ὅτ' ἐκπεσὼν τῆς μοναρχίας γράμ-
ματα ἐν Κορίνθῳ ἐδίδασκεν· φησὶ δ' οὕτως·
Οἴκτων καὶ δακρύων, καὶ πάντων τῶν τοιού-
των εἴργεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐκείνους, ὡς ἐνδέ-
χεται μάλιστα. ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ θω-
πείας καὶ δεήσεως, καὶ λιτανίας, καὶ πάντων
60 τῶν τοιούτων. Βουλόμενος οὖν ποτὲ Διονύσιος
(54) πεῖραν αὐτῶν λαβεῖν, λεγομένων τινῶν, ὡς συλ-
ληφθέντες οὐκ ἐμμένουσι τῇ πρὸς ἀλλήλους πί-
στει, τῷδ' ἐποίησεν· συνελήφθη μὲν Φιντίας,
καὶ ἀνήχθη πρὸς τὸν τύραννον. κατηγορεῖν δ'
αὐτὸν Διονύσιον ὡς ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ· καὶ
δὴ τοῦτο ἐξεληλέγχθαι, κεκρίσθαι τ' ἀποθνή-
σκειν αὐτόν. τὸν δὲ, ἐπεὶ οὕτως αὐτῷ δέδοκται,
εἰπεῖν, δοθῆναί γε τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας, ὅπως
οἰκονομήσηται τά τε καθ' ἑαυτὸν, καὶ τα κατὰ
Δάμωνα· εἶναι γὰρ αὐτῷ ἑταῖρον καὶ κοινωνόν·
πρεσβύτερον δ' αὐτὸν ὄντα, πολλὰ τῶν περὶ

priuatim posteris denunciantes, permulto tempore obseruarunt. Atque hinc, ait Nicomachus, coniicimus, ipsos studiosissime externas amicitias declinasse: et ad multas etiam aetates amicitiam inter se fidam atque constantem conseruasse: praeterea ex iis, quae Aristoxenus, libro de vita Pythagorae, semetipsum ex Dionysio Siciliae tyranno audiuisse testatur, cum Corinthi, postquam regno excidisset, literas doceret. Ait autem, viros istos luctibus, lacrymis, aliisque huiusmodi omnibus quam maxime abstinuisse: eadem vero etiam ratio est de blanditiis, precibus, atque obsecratione, aliisque id genus omnibus. Dionysius autem cum aliquando reipsa experiri eos cuperet: quod nonnulli dicerent, ipsos nequaquam fidem sibi inuicem seruaturos, si quis forte eorum comprehensus foret: hoc modo rem instituit. Phintias comprehensus, et coram tyranno adductus fuit. Dionysius vero eum accusabat, quod vitae suae struxisset insidias: cuius rei conuictus, et morti adiudicatus fuit. Hic illum rogasse, quandoquidem ipsi ita visum fuisset, reliquum diei sibi concedi, vt et propriam rem familiarem et Damonis constitueret: eum enim amicum fortunarumque participem esse. Verum sese vtpote aetate prouectiorem potissima rei familiaris onera

τὴν οἰκονομίαν εἰς αὐτὸν ἀνειληφέναι. ἠξίου
δ᾽ ἀφεθῆναι, ἐγγυητὴν παρασχὼν τὸν Δάμω-
να. συγχωρήσαντος δὲ τοῦ Διονυσίου, μετα-
πεμφθεὶς ὁ Δάμων, καὶ τὰ συμβάντα ἀκού-
σας, ἐνεγγυήσατο, καὶ ἔμεινεν, ἕως ἂν ἐπανέλ-
61 θῃ ὁ Φιντίας. Ὁ μὲν οὖν Διονύσιος ἐξεπλήτ-
τετο ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις. ἐκείνους δὲ τοὺς
ἐξαρχῆς εἰσαγαγόντας τὴν διάπειραν, τὸν Δά-
μωνα χλευάζειν, ὡς ἐγκαταλειφθησόμενον.
ὄντος δὲ τοῦ ἡλίου περὶ δυσμάς, ἥκειν τὸν
Φιντίαν ἀποθανούμενον· ἐφ᾽ ᾧ πάντας ἐκπλα-
γῆναι. Διονύσιον δὲ περιβαλόντα καὶ φιλή-
σαντα τοὺς ἄνδρας, ἀξιῶσαι τρίτον αὐτὸν εἰς
τὴν φιλίαν παραδέξασθαι· τοὺς δὲ μηδενὶ τρό-
πῳ, καίτοι πολλὰ λιπαροῦντος αὐτοῦ, συγκα-
(55) ταθεῖναι εἰς τοιοῦτο. καὶ ταῦτα μὲν Ἀριστό-
ξενος ὡς παρ᾽ αὐτοῦ ἀκούσας Διονυσίου ἀπήγ-
γειλε. Ἱππόβοτος δὲ καὶ Νεάνθης περὶ Μυλ-
λίου καὶ Τιμύχας ἱστοροῦσι. * * * * *

ΤΕΛΟΣ.

in semet recepisse. Rogauit ergó, vt Damone vade dato dimitteretur. Permittente id ipsum Dionysio, Damon accersitus, audito quid acciderat, vadem se stitit, permansitque, donec Phintias rediret. Dionysium quidem rei nouitate perculsum fuisse: illos vero, qui principio tentandi gratia haec instituerant, Damonem irrisisse, quasi in periculo derelinquendum. Sole autem in occasum iam vergente venisse Phintiam, vt mortem oppèteret. Ad id cunctos obstupuisse. Dionysium vero complexum deosculatumque viros rogasse, vt tertius in amicitiam reciperetur. Illos autem quamuis obnixe roganti nulla ratione ea in re consensisse. Atque haec quidem Aristoxenus vt ex ipso Dionysio audita prodidit. Hippobotus autem atque Neanthes de Myllia et Timycha referunt.

CAETERA DESIDERANTUR.

---

# ANONYMUS
DE
# VITA PYTHAGORAE
APUD
PHOTIUM, COD. CCLIX.

INTERPRETE

L. HOLSTENIO.

1 "Ὅτι ἔννατος ἀπὸ Πυθαγόρου διάδοχος γέ-
(56) γονε, φησὶ, Πλάτων, Ἀρχύτου τοῦ πρεσβυτέρου μαθητὴς γενόμενος· δέκατος δὲ Ἀριστοτέλης. τῶν δὲ Πυθαγόρου, οἱ μὲν ἦσαν περὶ τὴν θεωρίαν καταγινόμενοι, οἵπερ ἐκαλοῦντο Σεβαστικοί· οἱ δὲ περὶ τὰ ἀνθρώπινα, οἵπερ ἐκαλοῦντο Πολιτικοί· οἱ δὲ περὶ τὰ μαθήματα, γεωμετρικὰ, καὶ ἀστρονομικὰ, οἵπερ ἐκαλοῦντο Μαθηματικοί. καὶ σὺν μὲν αὐτῷ τῷ Πυθαγόρᾳ οἱ γενόμενοι ἐκαλοῦντο Πυθαγορικοί· οἱ δὲ τούτων μαθηταὶ, Πυθαγόρειοι· οἱ δὲ ἄλλως ἔξωθεν ζηλωταὶ, Πυθαγορισταί. ἀπείχοντο δὲ ἐμψύχων, καὶ κατὰ καιρὸν μόνων θυσιῶν ἐγεύοντο.

2 Ὅτι ἑκατὸν καὶ τεσσάρων ἐτῶν λέγεται ἐζηκέναι τὸν Πυθαγόραν. καὶ ὁ μὲν Μνήσαρχος εἷς τῶν υἱῶν αὐτοῦ λέγεται νεώτερος τελευτῆσαι. Τηλαυγὴς δὲ ὁ ἕτερος διεδέξατο.
(57) καὶ Σάρα, καὶ Μυία αἱ θυγατέρες. καὶ ἡ Θεανὼ δὲ λέγεται οὐ μαθήτρια μόνον, ἀλλὰ καὶ μία τῶν θυγατέρων αὐτοῦ εἶναι.

Plato, inquit, nonus successor fuit a Pythagora, Archytae senioris discipulus: decimus Aristoteles. Ex Pythagorae vero discipulis alii contemplationi dediti erant, qui Sebastici, siue Religiosi vocabantur: alii res humanas tractabant, ii Politici dicebantur: alii circa mathematicas scientias, geometriam, et astronomiam versabantur, qui Mathematici audiebant. Ipsius Pythagorae familiares Pythagorici dicuntur: horum discipuli Pythagorei: exteri autem eius sectatores Pythagoristae. Animalibus abstinebant, et ex solis victimis certo tempore gustabant.

Pythagoram centum et quatuor annos vixisse aiunt, et alter filiorum eius Mnesarchus etiamnum iuuenis obiisse dicitur. Alter vero Telauges patris successor fuit. Filiae eius fuerunt Sara et Myia. Quin et Theano non discipula modo, sed et filiarum vna fuisse memoratur.

3 Ὅτι διαφέρειν ἔλεγον οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου μονάδα καὶ ἕν. μονὰς μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ἐνομίζετο ἡ ἐν τοῖς νοητοῖς οὖσα· ἓν δὲ, τὸ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς· ὁμοίως δὲ καὶ δύο τὸ ἐν τοῖς ἀριθμητοῖς· ἔλεγον δὲ τὴν δυάδα ἀόριστον.

4 Ὅτι ἡ μὲν μονὰς κατὰ τὴν ἰσότητα καὶ τὸ μέτρον λαμβάνεται· ἡ δὲ δυὰς καθ' ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν. μεσότης μὲν οὖν καὶ μέτρον οὐ δύναται μᾶλλον καὶ ἧττον γενέσθαι· ἡ δὲ ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, ἐπειδὴ ἐπ' ἄπειρον προχωρεῖ, διὰ τοῦτο ἀόριστον αὐτὴν ἔλεγον δυάδα· καὶ ἐπειδὴ πάντα εἰς τοὺς ἀριθμοὺς ἀνῆγον, ἔκ τε τῆς μονάδος καὶ τῆς δυάδος, καὶ τὰ ὄντα πάντα ἀριθμοὺς προσηγόρευον. ὁ δὲ ἀριθμὸς συμπληροῦται τοῖς δέκα· ὁ δὲ δέκα σύνθεσις τῶν τεσσάρων, κατὰ τὸ ἑξῆς ἀριθμούντων ἡμῶν· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἀριθμὸν πάντα τετρακτὺν ἔλεγον.

5 Ἔλεγον δὲ τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ἑαυτοῦ βελτίω κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεσθαι. πρῶτον μὲν, τῇ ὁμιλίᾳ τῇ πρὸς τοὺς θεούς. ἀνάγκη γὰρ, προσιόντα αὐτοῖς, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, χωρίζεσθαι αὐτὸν πάσης κακίας, εἰς δύναμιν (58) ὁμοιοῦντα ἑαυτὸν τῷ θεῷ. δεύτερον, ἐν τῷ εὖ ποιεῖν. θεοῦ γὰρ τοῦτο, καὶ θείας μιμήσεως. τρίτον, ἐν τῷ ἀποθνήσκειν. εἰ γὰρ κατὰ ποσόν τι ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος, ἐν τῷ ζῆν τὸ ζῶον, χωριζομένη βελτίων γίνεται ἑαυτῆς· ἔν τε τοῖς ὕπνοις κατὰ τοὺς ὀνείρους,

Pythagorei aiebant differre vnitatem et vnum. Vnitas enim ab iis existimabatur, quae in intellectualibus existit: vnum vero id quod in numeris. Eodem modo duo in numeris; dualitatem vero infinitum dicebant.

Vnitas quidem secundum aequalitatem modumque sumitur; dualitas autem secundum excessum et defectum. Itaque medium modusque non possunt recipere magis et minus. Sed excessus et defectus, cum in infinitum procedant, id recipiunt. Ideoque ipsam dualitatem vocabant infinitum. Et cum omnia ex vnitate et dualitate ad numeros referant, omnia enim entia numeros appellabant. Numerus autem denario completur. Denarius vero componitur, vbi ordine quatuor numeramus. Ideoque omnem numerum quaternarium dicebant.

Tribus modis hominem seipso meliorem euadere affirmabant. Primo quidem, colloquio deorum. Necesse enim est accedentem ad eos illo tempore ab omni se maleficio abstinere, assimilantem sese deo pro viribus. Secundo, benefaciendo. Hoc enim dei proprium est, et in eo deum imitatur. Tertio denique, moriendo. Si enim animus, dum haec vita viuitur, paulum a corpore separatus, se ipso melior euadit: et in somnis per insomnia, et ecstasibus mor-

καὶ ἐν ταῖς ἐκστάσεσι τῶν νόσων μαντικὴ γίνεται· πολλῷ μᾶλλον βελτιοῦται, ὅταν τέλεον χωρισθῇ ἀπὸ τοῦ σώματος.

6 Ὅτι τὴν μονάδα πάντων ἀρχὴν ἔλεγον Πυθαγόρειοι· ἐπεὶ τὸ μὲν σημεῖον ἀρχὴν ἔλεγον γραμμῆς· τὴν δὲ, ἐπιπέδου· τὸ δὲ, τοῦ τριχῆ διαστατοῦ, ἤτοι σώματος· τοῦ δὲ σημείου προεπινοεῖται ἡ μονάς. ὥστε ἀρχὴ τῶν σωμάτων ἡ μονάς. ὥστε τὰ σώματα πάντα ἐκ τῆς μονάδος γεγένηται.

7 Ὅτι οἱ Πυθαγόρειοι τῶν ἐμψύχων ἀπείχοντο, τὴν μετεμψύχωσιν ἀφρόνως ὡς ἀληθῆ ὑπολαμβάνοντες. καὶ ὅτι τὰ τοιαῦτα τῶν βρωμάτων παχύνει τὸν νοῦν, τροφιμώτερα ὄντα, καὶ πολλὴν ἀνάδοσιν ποιοῦντα· διὰ τοῦτο καὶ τοῦ κυάμου ἀπείχοντο, ὅτι φυσώδης, καὶ τροφιμώτατος. καὶ ἄλλας δέ τινας αἰτίας πλείους ἀποδιδόασιν, αἳ αὐτοὺς ἐνῆγον ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων.

8 Ὅτι τὸν Πυθαγόραν πολλὰ φασὶ προειπεῖν, καὶ πάντα ἐκβῆναι. Ὅτι τὴν μὲν θεωρητικὴν καὶ φυσικὴν Πλάτωνά φασι παρὰ τῶν ἐν Ἰτα-
(59) λίᾳ Πυθαγορείων ἐκμαθεῖν· τὴν δὲ ἠθικὴν μάλιστα παρὰ Σωκράτους· τῆς δὲ λογικῆς σπέρματα καταβαλεῖν αὐτῷ Ζήνωνα καὶ Παρμενίδην τοὺς Ἐλεάτας· καὶ οὗτοι δὲ τῆς Πυθαγορείου ἦσαν διατριβῆς.

9 Ὅτι ἡ ὄψις, κατὰ Πυθαγόραν, καὶ Πλάτωνα, καὶ Ἀριστοτέλην, τῶν δώδεκα χρωμά-

borum diuinare incipit; multo sane fit praestantior, vbi penitus a corpore seiungitur.

Pythagorei vnitatem principium omnium rerum vocabant. Punctum enim dicebant esse principium lineae, lineam superficiei, superficiem tripliciter extensi, siue corporis. Ante ipsum vero punctum vnitas praeconcipitur. Quare principium corporum est vnitas; et omnia corpora ex vnitate ortum ducunt.

Iidem ab animatis abstinebant, propter transmigrationem animarum, quam stulta opinione veram existimabant. Tum quod huiusmodi cibi mentem reddant crassiorem; eo quod nimium nutrimenti atque digestionis praebent. Fabis quoque ob eandem causam abstinebant, quod inflent et plurimum nutriant. Sed et plures alias causas afferunt, ob quas fabarum esu abstinent.

Plurima Pythagoram praedixisse aiunt, et omnia euenisse. Philosophiam contemplatiuam et naturalem Platonem a Pythagoreis in Italia didicisse ferunt: moralem a Socrate. Logices vero semina et principia ei commissa fuisse a Zenone et Parmenide Eleatis: qui et ipsi ex Pythagorae schola profecti sunt.

Visus, ex Pythagorae, Platonis, et Aristotelis sententia, iudicat de duodecim co-

των ἐστὶ κριτική· λευκοῦ καὶ μέλανος, καὶ τῶν μεταξὺ, ξανθοῦ, φαιοῦ, ὠχροῦ, ἐρυθροῦ, κυανοῦ, ἁλουργοῦ, λαμπροῦ, ὀρφνίνου. ἡ δὲ ἀκοὴ κριτική ἐστι ὀξέος καὶ βαρέος φθόγγου. ἡ δὲ ὄσφρησις κριτικὴ εὐωδῶν ὀσμῶν, καὶ τῶν μεταξὺ ἓξ, σηπομένων τε καὶ βρεχομένων, ἢ τηκομένων, ἢ θυμιαζομένων. ἡ δὲ γεῦσις κριτική ἐστι γλυκέων τε καὶ πικρῶν χυμῶν, καὶ τῶν μεταξὺ πέντε. ἑπτὰ γάρ εἰσιν οἱ χυμοὶ πάντες· γλυκὺς, πικρὸς, ὀξὺς, δριμὺς, σομφὸς, ἁλυκὸς, στρυφνός. ἡ δὲ ἁφὴ πλειόνων ἐστὶ κριτική· οἷον, βαρέων, κούφων, καὶ τῶν μεταξύ· θερμῶν τε καὶ ψυχρῶν, καὶ τῶν μεταξύ· τραχέων, καὶ λείων, καὶ τῶν μεταξύ· ξηρῶν καὶ ὑγρῶν, καὶ τῶν μεταξύ. καὶ αἱ μὲν δ′ αἰσθήσεις ἔν τε τῇ κεφαλῇ εἰσὶ, καὶ ἰδιάζουσι περικλείονται ὀργάνοις. ἡ δὲ ἁφὴ διὰ τῆς κεφαλῆς, καὶ δι᾽ ὅλου τοῦ σώματος κεχώρηκε· καὶ ἔστι κοινὴ πάσης αἰσθήσεως. μᾶλλον δὲ κατὰ τὰς χεῖρας ἐπιδηλοτέραν παρέχεται τὴν κρίσιν.

10 Ὅτι δώδεκα τάξεις ἐν τῷ οὐρανῷ φησιν
(60) εἶναι· πρώτην καὶ ἐξωτάτην τὴν ἀπλανῆ σφαῖραν· ἐν ᾗ ἐστὶν ὅ, τε πρῶτος θεὸς, καὶ οἱ νοητοὶ θεοὶ, ὡς Ἀριστοτέλει δοκεῖ· κατὰ δὲ Πλάτωνα αἱ ἰδέαι. μετὰ δὲ τὴν ἀπλανῆ ὁ τοῦ Κρόνου τέτακται ἀστὴρ, καὶ οἱ ἐφεξῆς πλανῆται ἓξ, ὁ τοῦ Διὸς, φημὶ, ὁ τοῦ Ἄρεος, ὁ τῆς Ἀφροδίτης, ὁ τοῦ Ἑρμοῦ, ὁ τοῦ Ἡλίου, ὁ τῆς Σελήνης. εἶτα ἡ τοῦ πυρὸς σφαῖρα·

loribus: de albo et nigro, et de caeteris interiectis, flauo, fusco, pallido, rubro, caeruleo, purpureo, rutilo et luteo. Auditus diiudicat vocem acutam et grauem. Odoratus iudicat de odoribus bonis et malis, et sex interiectis, putridis, humidis, liquidis, et vaporatis. Gustus discernit sapores dulces et amaros, et quinque medios. Septem enim sunt in vniuersum: dulcis, amarus, asper, acidus, mollis, salsus, austerus. Tactus vero plurima diiudicat: scilicet grauia et leuia, quaeque media intercedunt. Calida et frigida, et quae interiacent. Dura et mollia, et horum media. Sicca et humida, cum suis quoque mediis. Equidem reliqui quatuor sensus in solo capite stationem habent, et suis sibi organis circumscribuntur. Tactus vero per caput et per vniversum corpus diffunditur: omnibusque sensibus communis est: in manibus autem vim discernendi manifestiorem exserit.

Aiunt in coelo duodecim esse orbes ordine distinctos. Quorum primus et extimus est inerrabilis siue firmamentum, in quo deus primus, et dii intellectuales, vt Aristoteli placet, aut ideae ex mente Platonis. Post inerrabilem ordine proximum et sidus Saturni, et deinde caeteri sex planetae: Iupiter, inquam, Mars, Venus, Mercurius, Sol, et Luna. Post hosce est sphaera ignis:

ἑξῆς ἡ τοῦ ἀέρος· μετ᾽ αὐτὸν ἡ τοῦ ὕδατος· λοιπὴ καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἡ γῆ. δώδεκα δὲ τάξεων οὐσῶν, ἐν τῇ ἀπλανεῖ τὸ πρῶτον αἴτιόν ἐστι· καὶ ὅ, τι ἂν ἡ ἐγγὺς αὐτοῦ, τοῦτό φασι τετάχθαι βεβαίως καὶ ἀρίστως· τὰ δὲ πόῤῥωθεν, ἧττον. τὴν δὲ τάξιν μέχρι Σελήνης σώζεσθαι. τὰ δὲ ὑπὸ Σελήνην, οὐκέτι ὁμοίως.

11 Ἐξ ἀνάγκης δέ ἐστι καὶ ἡ κακία εἰς τὸν περὶ γῆν τόπον· ἅτε δὴ πυθμένος λόγον ἐπεχούσης τῆς γῆς πρὸς πάντα τὸν κόσμον, καὶ πρὸς ὑποδοχὴν ὑποστάθμης οὔσης ἐπιτηδείας· καὶ πάντα μὲν τὰ ἄλλα μέρη κατὰ τὴν πρόνοιαν, καὶ τὴν βεβαίαν τάξιν, καὶ τὴν εἱμαρμένην τοῦ θεοῦ, ἑπομένην αὐτῷ φασὶ διοικεῖσθαι· τὰ δὲ μετὰ τὴν Σελήνην τέταρτον αἰτίας· κατὰ θεὸν, καθ᾽ εἱμαρμένην, κατὰ προαίρεσιν ἡμετέραν, κατὰ τύχην. οἷον· τὸ μὲν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ναῦν ἢ μὴ εἰσελθεῖν, ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστί. τὸ μέντοι ἐν εὐδίᾳ χειμῶνα
(61) καὶ ζάλην ἐξαίφνης ἐπιγενέσθαι, ἐκ τύχης. τὸ μέντοι βαπτιζομένην τὴν ναῦν παρ᾽ ἐλπίδα σωθῆναι, προνοίας θεοῦ. τῆς δὲ εἱμαρμένης πολλοί εἰσι τρόποι, καὶ διαφοραί. διαφέρει δὲ τῆς τύχης· ὅτι ἡ μὲν εἱρμὸν ἔχει, καὶ τάξιν, καὶ ἀκολουθίαν· ἡ δὲ τύχη τὸ αὐτόματον, καὶ τὸ ὡς ἔτυχεν. οἷον, τὸ ἐκ τοῦ παιδὸς εἰς μειράκιον ἐλθεῖν, καὶ τὰς καθ᾽ ἑξῆς ἡλικίας οἰκείως διελθεῖν, τοῦτο ἑνὸς τρόπου τῆς εἱμαρμένης.

hinc aëris: deinde aquae: omnibus vltimus subest orbis terrarum. In horum duodecim orbium supremo, siue firmamento residet prima causa. Et quicquid illi vicinum est, id firmiter atque optime compositum esse affirmant: quae longius absunt, minime firma esse. Ordinem constantem seruari vsque ad Lunam: infra eam omnia promiscue ferri.

Hinc malum quoque necessario circa terrae regionem existit: quandoquidem ea ad totum mundum fundi instar obtinet: proprium scilicet et commodissimum receptaculum eorum quae in imo subsidunt. Et caeteras quidem omnes partes prouidentia et stabili ordine atque fato, diuinae voluntati obsequente, gubernari aiunt. Sed quae infra Lunam sunt, ea a quatuor causis regi: deo, fato, nostro consilio, et fortuna. Verbi gratia, nauem ipsam conscendere, vel non, in nostra est potestate. At tempore sereno procellas et tempestatem subito oriri, ex fortuna pendet. Nauem submersam praeter spem conseruari, id diuina fit prouidentia. Caeterum fati multi et diuersi sunt modi. Differt autem a fortuna: quoniam illud seriem ordinemque atque sequelam habet: fortuna autem casu temerario contingit. Exempli gratia, e puero iuuenem euadere, et reliquas deinde aetates ordine transire, id vno fati modo accidit.

12 Ὅτι ὁ Ζωδιακὸς λοξῶς κινεῖται, ὡς ζητήσας εὑρεῖν ἔδοξεν Ἀριστοτέλης, ἕνεκεν τῆς γενέσεως τῶν περὶ γῆν τόπων, πρὸς ἀναπλήρωσιν τοῦ παντός. εἰ γὰρ καταπαραλλήλως ἐκινεῖτο, ἀεὶ ἂν μία ὥρα ἦν τοῦ ἔτους, ἤτοι θέρος, ἢ χειμὼν, ἢ ἄλλη τίς. νῦν δὲ ἐκ τοῦ τὸν ἥλιον καὶ τοὺς ἄλλους πλανήτας μεταβαίνειν ἀπὸ ζωδίου ἐπὶ ζώδιον, γίνονται αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρῶν τέσσαρες· καὶ ἐκ τῆς τούτων εἰς ἄλληλα μεταβολῆς οἵ τε καρποὶ φύονται, καὶ ἄλλαι γενέσεις τῶν ζώων γίνονται.

13 Ὅτι ὁ μὲν ἥλιος, ὡς οὗτος οἰκείαν ἀποφαίνεται δόξαν, ἣν καὶ ἀληθῆ λέγει, ἑκατονταπλασίων ἐστὶ τῆς γῆς· οἱ δὲ πολλοὶ οὐκ ἐλάττονα τοῦ τριακονταπλασίονα αὐτῆς φασί. Ὅτι μέγαν ἐνιαυτὸν καὶ τὴν τοῦ Κρόνου περίοδον φασίν· ὅτε τῶν λοιπῶν ἓξ πλανωμένων ἐν (62) ἐλάττονι χρόνῳ, οὗτος ἐν τριάκοντα τὸν οἰκεῖον δρόμον ἀπαρτίζει. ὁ μὲν τοῦ Διὸς, ἐν ιβ′ ἔτεσι τὸν ἴδιον διαπεραίνει κύκλον· ἐν δυσὶ δὲ ὁ Ἄρης· ὁ δὲ Ἥλιος, ἐνιαυτῷ· Ἑρμῆς δὲ καὶ Ἀφροδίτη ἰσοταχεῖς τῷ ἡλίῳ· Σελήνη δὲ προσγειοτάτη, καὶ ἐλάχιστον κύκλον περιοῦσα, ἐν μηνί.

14 Ὅτι πρῶτος Πυθαγόρας οὐρανὸν κόσμον προσηγόρευσε, διὰ τὸ τέλειον εἶναι καὶ πᾶσι κεκοσμῆσθαι τοῖς τε ζώοις, καὶ τοῖς καλοῖς. Ὅτι Πλάτων, φησὶ, καὶ Ἀριστοτέλης, ἀθάνα-

Zodiacus motu obliquo fertur, quod Aristoteles diligenti inuestigatione videtur reperisse, ob generationem regionum circa terram, ad vniuersi complementum. Nam si recto moueretur, vna semper eademque anni tempestas esset, vel aestatis, vel hyemis, vel alterius cuiusdam. At nunc eo quod Sol, aliique Planetae, ab vno signo ad aliud transeant, quatuor anni temporum mutationes contingunt: et ex mutua illorum vicissitudine fructus proueniunt, aliaeque animantium generationes existunt.

Sol, vt quidem hic auctor priuata asserit opinione: quam tamen veram esse pertendit: centupla magnitudine terram excedit: at vulgo tricies maiorem perhibent. Magnum annum Saturni ambitu definiunt. Nam cum caeteri sex planetae breuiori tempore curriculum conficiant, Saturnus cursum suum triginta annis absoluit. Iupiter enim annis duodecim: Mars duobus: Sol vno: parique spatio Mercurius et Venus circulum suum conficiunt. At Luna terrae proxima, circulum quoque minimum menstruo spatio obit.

Pythagoras primus omnium coelum appellauit *mundum:* quia perfectum est, omnibusque animantium signis, et nullo non pulchritudinis genere exornatum. Plato, inquit, et Aristoteles vno consensu animam

τον ὁμοίως λέγουσι τὴν ψυχήν· κἂν τινες εἰς τὸν Ἀριστοτέλους νοῦν οὐκ ἐμβαθύνοντες, θνητὴν νομίζουσιν αὐτὸν λέγειν.

15 Ὅτι ὁ ἄνθρωπος μικρὸς κόσμος λέγεται, οὐκ ἄρα ὅτι ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων σύγκειται· τοῦτο γὰρ καὶ ἕκαστον τῶν ζώων καὶ εὐτελεστάτων· ἀλλ' ὅτι πάσας ἔχει τὰς τοῦ κόσμου δυνάμεις. ἐν γὰρ τῷ κόσμῳ εἰσὶ θεοί, ἐστὶ καὶ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐστὶ καὶ ἄλογα ζῶα, ἐστὶ καὶ φυτά. πάσας δὲ ταύτας τὰς δυνάμεις ἔχει ὁ ἄνθρωπος. ἔχει γὰρ θείαν μὲν δύναμιν, τὴν λογικήν· ἔχει τὴν τῶν στοιχείων φύσιν, τὴν θρεπτικὴν καὶ αὐξητικὴν, καὶ τοῦ ὁμοίου γεννητικήν. ἐν ἑκάστῃ δὲ τούτων λείπεται. καὶ ὥσπερ ὁ πένταθλος πάσας
(63) ἔχων τὰς δυνάμεις, ἐν ἑκάστῃ ἥττων ἐστὶ τοῦ ἕν τι ἐπιτηδεύοντος τῶν ἀθλημάτων· οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος πάσας ἔχων τὰς δυνάμεις, ἐν ἑκάστῃ λείπεται. ἥττω μὲν γὰρ ἔχομεν τὴν λογικὴν δύναμιν, ἤπερ οἱ θεοί· καὶ τὰ τῶν στοιχείων ὁμοίως ἧττον, ἢ ἐκεῖνα· καὶ τὸν θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν ἐνδεέστερα τῶν ἐν τοῖς ἀλόγοις· καὶ τὴν θρεπτικὴν καὶ αὐξητικὴν δύναμιν ἐλαττουμένας τῶν ἐν τοῖς φυτοῖς. ὅθεν ἐκ ποικίλων δυνάμεων συνεστῶτες, δύσχρηστον τὸν βίον ἔχομεν.

16 Ἕκαστον γὰρ τῶν ἄλλων ὑπὸ μιᾶς φύσεως οἰακίζεται· ἡμεῖς δὲ ὑπὸ τῶν διαφόρων δυνά-

immortalem perhibent. Quamuis nonnulli profundam Aristotelis mentem parum capientes, eum animam mortalem statuere existiment.

Homo microcosmus, siue mundi compendium, dicitur, non quod ex quatuor elementis constet: id enim caetera quoque animalia, licet minima, habent: verum quia omnes mundi virtutes continet. Nam in mundo sunt dii, et quatuor elementa, animalia bruta, atque plantae. Omnes hasce potentias possidet homo. Habet enim facultatem diuinam, scilicet rationalem. Habet naturam elementorum, nimirum vim nutritiuam atque auctricem, suique similis productricem. At singulis his inferior est. Nam vti quinquertio, omnes habens virtutes, in singulis tamen minor est eo, qui vnum tantum certaminis genus exercet: ita et homo habens omnes virtutes, in singulis singillatim superatur. Minorem enim rationis facultatem habemus, quam dii: ita et minus de elementis, quam ipsa elementa. Cupiditas quoque et iracundia minor in nobis, quam in brutis. Et nutriendi atque crescendi qualitate a plantis vincimur. Quocirca cum variis ex facultatibus compositi simus, vitam quoque vsu difficilem obtinemus.

Alia enim omnia ab vna natura reguntur: nos autem qualitatibus diuersis

μεων ἀντισπώμεθα. οἷον, ποτὲ μὲν, ὑπὸ τοῦ θείου ἀναγόμεθα ἐπὶ κρείττω· ποτὲ δὲ, τοῦ θηρώδους ἐπικρατήσαντος, ἐπὶ τὰ χείρω· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων δυνάμεων. ἐὰν οὖν τις θεραπεύσῃ τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον, ὥσπερ ἡνίοχον ἐγρηγορότα καὶ ἐπιστήμονα ἐπιστήσας, δυνήσεται ἑκάστῃ τῶν ἄλλων δυνάμεων εἰς δέον χρήσασθαι· τῇ τε κράσει φημὶ τῶν στοιχείων, τῷ θυμῷ, καὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ τῇ ὀρέξει. τὸ γοῦν, γνῶθι σαυτὸν, δοκοῦν ῥᾷστον εἶναι, πάντων ἐστὶ χαλεπώτατον. ὃ καί φασι τοῦ Πυθίου εἶναι Ἀπόλλωνος· εἰ καὶ εἰς Χίλωνα τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἕνα τὸ ἀπόφθεγμα ἀναφέρουσι. παραινεῖ δ' ἡμῖν, γνῶναι τὴν ἑαυτῶν δύναμιν. τὸ δὲ γνῶναι ἑαυτὸν, οὐδὲν ἄλλο (64) ἐστὶν, ἢ τὴν τοῦ σύμπαντος κόσμου φύσιν γνῶναι· τοῦτο δὲ ἀδύνατον ἄνευ τοῦ φιλοσοφεῖν· ὅπερ ἡμῖν ὁ θεὸς παραινεῖ.

17 Ὅτι γνώσεως ὀκτὼ, φασὶν, ὄργανα· αἴσθησιν, φαντασίαν, τέχνην, δόξαν, φρόνησιν, ἐπιστήμην, σοφίαν, νοῦν. τούτων κοινὰ μὲν ἐστιν ἡμῖν πρὸς τὰ θεῖα, τέχνη καὶ φρόνησις, καὶ ἐπιστήμη, καὶ νοῦς· πρὸς δὲ τὰ ἄλογα, αἴσθησις καὶ φαντασία· ἴδιον δὲ ἡμῶν μόνον ἡ δόξα. ἐστὶ δὲ αἴσθησις μὲν, γνῶσις ψευδὴς διὰ σώματος· φαντασία δὲ, κίνησις ἐν ψυχῇ· τέχνη δὲ, ἕξις ποιητικὴ μετὰ λόγου. τὸ δὲ (μετὰ λόγου) πρόσκειται, ὅτι καὶ ὁ ἀράχνης

distrahimur. Verbi gratia, nunc a deo ad meliora trahimur: nunc vincente vi naturali ad deteriora, et sic in caeteris quoque potentiis. Si quis ergo id quod in nobis diuinum est excolat, et vigilis ac periti aurigae instar sibi praeficiat, is singulis etiam reliquis facultatibus, permixtione inquam elementorum, ira, cupiditate, et appetitu, recte vti poterit. Ideoque praeceptum illud, *Nosce teipsum*, quamuis facillimum videatur, omnium nihilominus difficillimum est. Quod et Pythii Apollinis esse dicunt: licet ad Chilonem, vnum e septem sapientibus, referatur. Monet autem nos, vt quisque vim virtutemque suam cognoscat. Sed Nosse seipsum nihil aliud est, quam totius mundi naturam nosse. Quod fieri non potest, nisi philosophiae operam demus: quod deus hoc praecepto nos admonet.

Cognitionis octo dicunt esse organa: sensum, imaginationem, artem, opinionem, prudentiam, scientiam, sapientiam, mentem. Ex hisce artem, prudentiam, scientiam, mentem, communes cum diis habemus: sensum, et imaginationem cum bestiis: nobis autem solummodo propria est opinio. Sensus, est fallax cognitio per corpus: imaginatio, motus in anima. Ars, habitus operans cum ratione. Additur autem, cum ratione, quia et aranea operatur, sed nequaquam cum

ποιεῖ, ἀλλ' οὐ μετὰ λόγου. φρόνησις δὲ, ἕξις προαιρετικὴ τῆς ἐν τοῖς πρακτοῖς ὀρθότητος. ἐπιστήμη δὲ, ἕξις τῶν ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων· σοφία δὲ, ἐπιστήμη τῶν πρώτων αἰτίων· νοῦς δὲ, ἀρχὴ καὶ πηγὴ πάντων τῶν καλῶν.

18 Ὅτι τρία μέρη εὐμαθίας· ἀγχίνοια, μνήμη, ὀξύτης. μνήμη μὲν οὖν ἐστὶ, τήρησις ὧν ἔμαθέ τις· ὀξύτης δὲ, ἡ ταχύτης τῆς διανοίας· ἀγχίνοια δὲ, τὸ, ἐξ ὧν ἔμαθέ τις, ἃ μὴ ἔμαθε θηρεύειν.

19 Ὅτι ὁ οὐρανὸς τριχῶς λέγεται· ἓν μὲν, αὐτὴ ἡ ἀπλανὴς σφαῖρα. δεύτερον, τὸ ἀπὸ τῆς ἀπλανοῦς σφαίρας μέχρι τῆς σελήνης διά-
(65) στημα. τρίτον, ὁ σύμπας κόσμος, ὁ οὐρανός φημι, καὶ ἡ γῆ ἅμα.

20 Ὅτι πέφυκε, φησὶ, τὰ τελεώτατα καὶ τα χείριστα ἀεὶ ἐνεργεῖν· ταῦτα δέ ἐστι θεὸς καὶ φυτά. ὅ, τε γὰρ θεὸς κατὰ τὸν νοῦν καὶ τὸν λόγον ἀεὶ ἐνεργεῖ, καὶ τὰ πλησίον αὐτοῦ ὄντα· καὶ πάλιν, τὰ φυτὰ ἀεὶ ἐνεργεῖ, τρέφεται γὰρ νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν· ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐκ ἀεὶ ἐνεργεῖ, οὐδὲ τὰ ἄλογα ζῶα, ἀλλὰ σχεδὸν τὸν ἥμισυ χρόνον καθεύδει τε καὶ ἡσυχάζει.

21 Ὅτι οἱ Ἕλληνες ἀεὶ ἀμείνους τὰ ἤθη τῶν βαρβάρων, ὡς τὴν εὔκρατον οἰκοῦντες· Σκύθαι δὲ καὶ Αἰθίοπες, οἱ μὲν ὑπὸ κρύους ἐνο-

ratione. Prudentia est habitus eligens id quod rectum est in rebus agendis. Scientia est habitus eorum, quae semper secundum idem atque eodem modo se habent. Sapientia, primarum causarum cognitio. Mens, principium et fons omnium bonorum.

Tres sunt partes docilitatis; solertia, memoria, acumen ingenii. Memoria est custos eorum, quae quis didicit. Acumen ingenii est velocitas intellectus. Solertia est, ex iis quae quis didicit, ea inuestigare, quae non didicit.

Tria sunt quae coeli nomine dicuntur. Primo quidem ipsa sphaera inerrabilis, siue firmamentum: secundo, distantia illa quae est a firmamento vsque ad Lunam: tertio, vniuersus mundus, coelum, inquam, vna cum terra.

Perfectissima et deterrima, inquit, natura comparata sunt ad semper operandum: deus scilicet, et plantae. Deus enim, et quaecunque illi proxima sunt, semper operantur secundum mentem et rationem. Plantae etiam semper operantur: nutriuntur enim nocte et die: sed nec homo, nec bruta animantia perpetuo operantur: nam medio ferme tempore dormiunt, et quiescunt.

Graeci moribus semper antecellunt barbaros: quia temperatam mundi regionem incolunt. Scythae vero, et Aethiopes, quorum

χλούμενοι, οἱ δὲ ὑπὸ θάλπους πυκνουμένης τῆς ἐπιφανείας τοῦ σώματος, καὶ ἀπολαμβανομένου ἐντὸς τοῦ θερμοῦ πολλοῦ καὶ τοῦ ὑγροῦ, τὸ δύσκρατον ἐκληρώσαντο. συμβαίνει οὖν ἰτητικοὺς καὶ θρασεῖς εἶναι τοὺς οἰκοῦντας ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις· ἀναλόγως δὲ καὶ οἱ τοῦ μέσου καὶ τῶν ἄκρων ἐγγυτέρω ὄντες, τῆς κράσεως τῶν παρακειμένων αὐτοῖς μετέχουσι. διὸ καὶ, ὡς ὁ Πλάτων φησὶν, ὅ, τι ἂν καὶ παρὰ βαρβάρων μάθημα λάβωσιν οἱ Ἕλληνες, τοῦτο ἄμεινον ἐκφέρουσι· μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων οἱ Ἀθηναῖοι.

22 Διόπερ καὶ στρατηγικοὶ γεγένηνται ἀρχῆθεν, καὶ γραφικῆς εὑρετικοὶ, καὶ πάσης τέχνης, (66) βαναύσου τε καὶ πολεμικῆς· ἔτι δὲ καὶ λόγων καὶ μαθημάτων. διὸ καὶ οὐδ᾽ ἐπείσακτός ἐστιν, ὡς εἰπεῖν, ἡ παιδεία ἐν ταῖς Ἀθήναις, ἀλλ᾽ ἐκ φύσεως ὑπάρχουσα· τοῦ τοιούτου ἀέρος ἰσχνοτάτου ὄντος καὶ καθαρωτάτου· ὡς μὴ μόνον τὴν γῆν λεπτύνειν, (δι᾽ ἣν αἰτίαν καὶ λεπτόγεώς ἐστιν ἡ Ἀττικὴ) ἀλλὰ καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων· συμβαίνει γὰρ τὸν λεπτὸν ἀέρα τὴν μὲν γῆν βλάπτειν, τὰς δὲ ψυχὰς ὠφελεῖν.

23 Ὅτι οἱ Ἐτήσιαι πνέουσι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἀκμαιοτάτου θέρους, δι᾽ αἰτίαν τοιαύτην. ὁ ἥλιος μετεωρότερος, καὶ ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν τόπων ἀρκτικώτερος γινόμενος, λύει τὰ ὑγρὰ, τὰ ἐν ταῖς ἄρκτοις· λυόμενα δὲ ταῦτα, ἐξαεροῦται· ἐξαερούμενα δὲ πνευματοῦται·

illi frigore, hi aestu infestantur, constipata exteriori corporis superficie, et plurimo calore ac humore intus consumpto, temperamentum pessimum obtinent. Ideoque violenti et audaces sunt, qui eas incolunt regiones. Atque ita secundum proportionem, qui medio, aut extremis viciniores sunt, de viciniae temperamento participant. Ideoque, teste Platone, quamcunque disciplinam Graeci a barbaris acceperint, eam melius proferunt; et maxime quidem, prae aliis Graecis, Athenienses.

Quapropter primi omnium rei militari studuerunt: et picturam, omnesque artes mechanicas, et militares, quin et dicendi facultatem, et mathematicas scientias inuenerunt. Quocirca nec aduentitia, vt ita dicam, Athenis est eruditio, sed natiua: cum aër istius regionis tenuissimus et purissimus sit: vt non solum terram attenuet, (quae causa est, cur sterilis sit Attica) sed et hominum ingenia subtilia reddat. Solet enim tenuis aër terrae quidem nocere, sed prodesse ingeniis.

Venti Etesiae ardentissimo aestatis tempore huiusmodi de causa spirant. Sol iam sublimior, magisque a locis meridionalibus ad septentrionem conuersus, dissoluit humorem, qui est versus septentrionem: is solutus primo in aërem, deinde in flatum com-

*καὶ ἐκ τούτων γίνονται οἱ Ἐτήσιαι ἄνεμοι, ἐκ τῶν πνευμάτων τῶν ἀπὸ τῆς λύσεως τῶν ἀρκτικῶν ὑγρῶν γινομένων. φέρονται γοῦν ἐπὶ τοὺς ἐναντίους τόπους τοὺς μεσημβρινούς· ἐκεῖ δὴ ταῦτα ἐκφερόμενα, προσπίπτει τοῖς ὑψηλοτάτοις ὄρεσι τῆς Αἰθιοπίας· καὶ πολλὰ καὶ ἀθρόα γινόμενα, ἀπεργάζεται ὑετούς. καὶ ἐκ τῶν ὑετῶν τούτων ὁ Νεῖλος πλημμυρεῖ τοῦ θέρους, ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν καὶ ξηρῶν τόπων ῥέων. καὶ τοῦτο Ἀριστοτέλης ἐπραγματεύσατο. αὐτὸς γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως ἔργῳ κατενόησεν,*
(67) *ἀξιώσας πέμψαι τὸν Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους, καὶ ὄψει τὴν αἰτίαν τῆς τοῦ Νείλου αὐξήσεως παραλαβεῖν. διό φησιν, ὡς τοῦτο οὐκέτι πρόβλημά ἐστιν. ὤφθη γὰρ φανερῶς, ὅτι ἐξ ὑετῶν αὔξει. καὶ τὸ παράδοξον, ὅτι ἐν τοῖς ξηροτάτοις τόποις τῆς Αἰθιοπίας, ἐν οἷς οὔτε χειμὼν, οὔτε ὕδωρ ἐστὶ, ξυμβαίνει τοῦ θέρους πλείστους ὑετοὺς γίνεσθαι.*

ΤΕΛΟΣ.

mutatur, vnde venti Etesiae existunt. E spiritu scilicet, qui ex soluto ad septentrionem humore oritur. Ad oppositas ergo plagas meridionales feruntur, eoque delati ad altissimos Aethiopiae montes obhaerescunt. Vbi autem coaceruati ac condensati fuerint, pluuias pariunt. Et ex hisce pluuiis increscit aestiuo tempore Nilus, ex australibus aridisque locis profluens. Atque hoc Aristoteles inuestigando comperit. Ipse enim ex rei natura hoc deprehendit, rogans Alexandrum Macedonem, vt ad ea loca mitteret, qui causam incrementi Nili oculis cognoscerent. Propterea, ait, hac de re non quaerendum amplius. Clare enim patet ex pluviis augeri. Et maxime quidem mirandum, in aridissimis locis Aethiopiae, vbi nec hyems nec aqua vlla, aestiuo tempore plurimos imbres oriri.

# NOTAE

## CONRADI RITTERSHUSII

IC. ET PROFESSORIS NORICI

IN

# MALCHUM SIVE PORPHYRIUM

DE

# VITA PYTHAGORAE.

EXCUSAE PRIMUM ALTORFII

APUD

CUNRADUM AGRICOLAM ANNO MDCX.

# DANIELI HEINSIO

V. C. S. P. D. C. R.

Malchi istius spem tibi iam pridem a me esse factam, meminisse potes, vir doctissime. Eum ego tibi de Msc. meo repraesentassem multo ante, nisi me varia remorata fuissent impedimenta: quibus et hoc licet annumeres, quod in animo habebam addere interpretationem Latinam et locorum quorundam obscuriorum explicationem. Sed hoc consilium abiicere me coëgerunt multiplices ἀσχολίαι: ne quid nunc de incommoda valetudine dicam. Ne vero nimis diu debeam tibi promissum munus, intereaque libellus hic forte nobis pereat: ipsum, qualis qualis est, typographo nostro per hosce dies dedi imprimendum, cum alia requirenti inter scruta ac friuola mea sese ad manum obtulisset. Quas adieci notulas, ita accipies, quasi voluerim abs te vberiora scholia et interpretationem libelli elicere. At hama-

tum quis hoc munus atque captatorium ea ratione indigitabit. Non equidem abnuero, dummodo mihi hoc relinquatur, non inhonestum hoc esse captandi genus, quo quis bonum augere publicum magis, quam suis commodis studet. Vale, Cl. Heinsi, et quamvis hoc tua tot elegantissima et eruditissima munera, quibus me saepe exhilarasti, nullatenus aequet, tamen velut grati animi τεκμήριον a nobis recipe. Altorfii die XX. Februar. Anno MDCX.

# NOTAE
## CONRADI RITTERSHUSII
IN
## MALCHUM SIVE PORPHYRIUM:

QUIBUS NON SOLUM HUIC SCRIPTORI, SED ET IAMBLICHO PASSIM ALIISQUE AUCTORIBUS VEL MEDICINA VEL LUX ALIQUA AFFERTUR.

*De auctore huius libelli coniectura.*

Malchus iste, quem nunc primi damus in publicum, qui genus, vnde domo fuerit, equidem satis acceptum cautumve non habeo. Si coniecturae locus est, fortassis idem ille sit Philadelphensis sophista et historicus, ex cuius septem libris rerum Byzantinarum Photius Patriarcha C. P. nonnulla excerpta in Bibliothecam suam retulit pag. 100. et seq. Graec. edit. August. D. Hoeschelii nostri V. Cl. vbi et insigne ipsius elogium additur, quod adscribam: *ἔστι δ' ὁ συγγραφεὺς, εἴ τις ἄλλος, κατὰ συγγραφὴν ἱστορίας ἄριστος, καθαρὸς, ἀπέριττος, εὐκρινὴς, λέξεων ταῖς ἀνθηροτάταις καὶ εὐσήμοις, καὶ εἰς ὄγκον τινὰ ἀνηγμέναις, χρώμενος. καὶ οὐδὲ αἱ καινοπρεπεῖς αὐτῷ, ὅσαι τὸ ἐμφατικὸν καὶ ἔνηχον καὶ μεγαλεῖον ἔχουσι, παραβλέποντα, καὶ ὅλος* (fort. *ὅλως* legend.) *κανὼν ἐστιν ἱστορικοῦ λόγου. Σοφιστὴς δ' ἦν τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ ῥητορικῆς εἰς ἄκρον ἐληλακὼς, καὶ τὴν θρησκείαν οὐκ ἔξω τοῦ χριστιανικοῦ θιάσου.* Haec Photiana mihi etiam in hunc nostrum Malchum conuenire videntur: sicut illa quoque Suidae: *Μάλχος, Βυζάντιος Σοφιστὴς, ἔγραψεν ἱστορίαν ἀπὸ τῆς βασιλείας*

*Κωνσταντίνου, καὶ ἕως Ἀναστασίου, ἐν ᾗ τὰ κατὰ Ζήνωνα καὶ Βασιλίσκον, καὶ τὸν ἐμπρησμὸν τῆς δημοσίας βιβλιοθήκης, καὶ τῶν ἀγαλμάτων τοῦ Αὐγουσταίου, καὶ ἄλλα τινὰ διεξέρχεται, μάλα σεμνῶς, καὶ τραγῳδίας δίκην ἀποθρηνῶν αὐτά.* Si quis quid rectius hisce nouerit, nosque docuerit, habiturus est nos gratos didactri debitores.

Quisquis autem hic fuerit Malchus, facile apparet, *καὶ αὐτὸ δείξει*, pereruditum et antiquum esse scriptorem, qui multos legerit auctores, quorum hodie monumenta non habemus. Cumque plurima hic occurrant, quae totidem, aut certe paululum immutatis verbis legas apud Iamblichum *de Vita Pythagorae:* iure dubitet quispiam, vter horum ea fuerit ab altero mutuatus. Ego in ea sum sententia, Malchum Iamblicho posteriorem esse; adeoque velvti quendam eius epitomatorem. Quicquid sit, proderit collatio horum duorum ad *ἐπανόρθωσιν* quorundam apud Iamblichum, quae satis multa etiam post Machaoniam curationem doctissimi viri Desiderii Heraldi in morbo mendisque ibi cubant: quod infra non vno loco demonstrabimus.

Additum habebat liber Ms. *ἢ Βασιλέως:* quo suspicamur indicare voluisse librarium, Malchi nomen (quod Hebraïcae est originis) Regem significare.

## *ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΒΙΟΣ.*

Qui philosophorum vitas descripsere, multi sunt. Primum autem exemplum a Xenophonte profectum esse accepimus, de quo ita scribit Suidas: *Ξενοφῶν, Γρύλλου, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος Σωκρατικός, ὃς πρῶτος ἔγραψε βίους φιλοσόφων.* Sed hoc opus hodie non exstat.

Pythagorae vitam praeter Malchum nostrum plures retulerunt in literas: vt est inprimis Aristoxenus, qui Dionysii Syracusani temporibus vixit, ipsique illi tyranno familiarem se fuisse significat in scriptis suis. Ita enim ex nobili illa historia didicimus de vadimonio Damonis, quod praestitit pro amico suo Phintia capitis damnato: de qua Iamblich. Num. 234. et 235. et Malch. Num. 60. 61. Eum Cicero I. *Tuscul.* Dicaearchi aequalem ac condiscipulum doctumque hominem vocat. Huius Aristoxeni testimonio de Pythagora Agellius quoque vtitur lib. IV. cap. 11. nec sine insigni viri elogio: *Aristoxenus* (inquit) *Mu-*

*sicus, vir literarum veterum diligentissimus, Aristotelis philosophi auditor, in libro quem de Pythagora reliquit,* etc.

Est deinde Hermippus, cuius perhonorifica exstat mentio apud Iosephum Iudaicarum rerum scriptorem luculentissimum, lib. I. contra Appionem. *Pythagoras Samius,* (inquit) *cum sit antiquus quidem aetate, sapientia vero et diuina pietate philosophos omnes excellens, non solum quae nostra sunt agnouisse manifestus est, sed etiam aemulatus ea ex multis apparet. Et eius quidem conscriptio nulla reperitur: multi tamen de ea retulere: quorum insignior est Hermippus, vir circa omnem historiam diligentissimus indagator. Refert itaque in primo de Pythagora libro, quod Pythagoras, vno familiarium suorum defuncto, nomine Calliphonte, genere Crotoniate, illius animam dicebat secum degere die noctuque: et praecipere, vt non transiret locum, vbi asinus lapsus esset, et ab aqua faeculenta semetipsum abstineret, et ab omni blasphemia recederet. Deinde sequitur: Haec autem agebat atque dicebat, Iudaeorum et Thracum opiniones imitatus, ac transferens in semetipsum. Dicitur enim vere, quod ille vir multas Iudaeorum leges in suam transtulit philosophiam.* Eiusdem Hermippi librum secundum de Pythagora laudat Diogenes Laërtius lib. VIII. p. 574. et facit eius mentionem doctissimus Origenes lib. I. contra Celsum pag. 13. *Λέγεται δὲ καὶ Ἕρμιππον ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νομοθετῶν ἱστορηκέναι, Πυθαγόραν τὴν αὑτοῦ φιλοσοφίαν ἀπὸ Ἰουδαίων εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν.* Didymus quoque de philosophia Pythagorica librum conscripsit, vt didici ex Clemente Alexandrin. lib. I. *Stromat.* pag. 115. Alexis etiam poëta comoediam fecit, quam inscripsit *Vitam Pythagorae:* vt indicat praeter Athenaeum Agellius lib. cap. 11. Nicomachi quoque testimonia de Pythagora non raro adducuntur apud Malchum et alios: sicut etiam Apollonius a Malcho laudatur Num. 2. et Lycus Num. 4. Est praeterea Iamblichus Chalcidensis ex Coele-Syria, qui Iuliani Imperatoris temporibus vixit, ab eoque maximo in pretio habitus fuit. Hunc ante duodecim annos primus in lucem protulit Iohannes Arcerius Theodoretus Frisius, magnamque ea editione gratiam apud studiosos iniit, maiorem tamen et gratiam et laudem promeriturus, si et ab emendationibus, plerumque temerariis, et a Latina interpretatione infelicissimam manum abstinuisset, ac potius omnino talem exhibuisset Iamblichum, quantumuis corruptum, qualem in Ms. inuenerat, cuilibet liberam relinquens correctionem. Est item Lycon Iaseus, cuius librum de

Pythagora laudat Athenaeus lib. I. Est et Diogenes Laërtius, qui librum VIII. suae philosophicae *βιογραφίας* a Pythagora est exorsus. Alium quoque Diogenem quendam in Commentar. de rebus incredibilibus vltra Thulen Pythagorae mentionem fecisse, discimus ex Malcho Num. 10. De Moderato, qui Scholarum Pythagoricarum libros aliquot scripsit, dicam infra.

De Dicaearcho itidem infra dicam. Est denique *ἀνώνυμος* quidam scriptor vitae Pythagorae: ex quo excerpta videri possunt apud Photium Patriarcham C. P. Bibliothecae pag. 712. et 4. seqq.

De Pythagorica etiam philosophia et symbolis eiusdem multos scripsisse, Aristotelem, Androcydem, Antiphanem, Alexandrum, didicimus ex citatis locis Iamblichi, Malchi, Athenaei, Agellii, Clementis Alexandrini, et aliorum. Et Iamblichus quidem Num. 31. ex summo illo philosophorum apice hanc refert *διαίρεσιν* Pythagoreorum, ab ipsis inter arcana habitam: *Τοῦ λογικοῦ ζώου τὸ μέν ἐστι θεός, τὸ δὲ ἄνθρωπος, τὸ δὲ οἷον Πυθαγόρας:* quasi mediae cuiusdam naturae inter diuinam et humanam constituerent illum sectae suae principem. Eius veriuerbium quoque hic annotare pretium operae fuerit. Aristippus enim Cyrenaeus inde sic appellatum putabat Pythagoram, *ὅτι τὴν ἀλήθειαν ἠγόρευεν οὐχ ἧττον τοῦ Πυθίου:* vt retulit Diog. Laërt. d. lib. VIII. pag. 581. et ex eo Suidas in *Πυθαγόρας ὁ Σάμιος.* Eundem etiam *περιφράζοντες* vocabant *τὸν ἐκ Σάμου κομήτην,* h. e. *Samium capillatum*, seu *comatum:* teste Iamblich. Num. 11. et 30. vbi docet, hanc appellationem abiisse in prouerbium, quod suo quoque aeuo durarit, quo vterentur ad designandum aliquem summae grauitatis ac religionis virum.

*Διόπερ ἔτι καὶ νῦν* (inquit) *ἡ παροιμία τὸν ἐκ Σάμου κομήτην ἐπὶ τῷ σεμνοτάτῳ διακηρύττει.* Ne hoc quidem hic reticendum videtur, quod Pythagoram eius sectatores non suo nomine appellarint, sed vel *θεῖον*, dum in viuis erat, vel *ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα*, cum iam ex rebus humanis esset exemptus: quod illi quidem (vt facile est animaduertere) summae venerationi sui magistri tribuebant. Docuit nos hoc mysterium Iamblichus, et sane aliquot locis: vt Num. 53. 88. et 255.

Iam Romani Pythagoram quanti fecerint, vel inde quiuis aestimet, tum quod suae ciuitati ipsum adscripsere, tum quod aenea statua decorarunt, sicut et Alcibiadem; (alterum vt fortissimum Graeciae, alterum vt sapientissimum ita honorantes) tum denique quod Numa Rex (quem et familiariter vsum aiunt Pythagora) multa ipsius vt magistri sui instituta imitatus fuisse vulgo creditus fuit. Vid. Plutarch. in *Numa*. Sed Dionysius Halicarnasseus lib. 2. *Antiquitat. Roman.* refutat eorum opinionem, vt commentitiam, qui tradiderunt, Numam Pythagorae discipulum fuisse, et Crotone, vbi tunc philosophiae sub hoc magistro dederit operam, accersitum esse Romam ad capessendum regnum. Id fieri per temporum rationem negat potuisse, tum quia Crotoniatarum vrbs toto quadriennio post susceptum a Numa regnum fuerit a Myscelo primum condita: tum quia Pythagoras totis quatuor aetatibus fuerit posterior Numa. Hunc enim circa medium XVI. Olympiadis regno potitum fuisse: at illum post quinquagesimam demum Olympiadem in Italia docuisse.

Eundem errorem refellit et Cicero in prooemio 4. *Tuscul. Quaest.* et 2. *De Orat.* Vtriusque magni auctoris verba ipsa audire, est operae pretium. Sic igitur Cicero: *Quin etiam arbitror propter Pythagoreorum admirationem Numam quoque regem Pythagoreum a posterioribus existimatum. Nam cum Pythagorae disciplinam et instituta cognoscerent, regisque eius aequitatem et sapientiam a maioribus suis accepissent, aetates autem et tempora ignorarent propter vetustatem, eum qui sapientia excelleret, Pythagorae auditorem fuisse crediderunt.*

Idem deinde Cicero loco altero: *Philosophiam*, inquit, *haec ciuitas aspernata nunquam est. Nam et referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum cum erat in hac gente Magna illa Graecia: ex quo etiam quidam Numam Pompilium, illum regem nostrum, fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis permultis ante fuit, quam ipse Pythagoras: quo etiam maior vir habendus est, cum illam sapientiam constituendae ciuitatis duobus prope seculis ante cognouit, quam eam Graeci natam esse senserunt.*

Liuius autem lib. I. cap. 18. *Auctorem* (inquit) *doctrinae eius*, (Numae scilicet, quem vocat *consultissimum omnis diuini atque humani iuris*, vt in illa quisquam aetate esse

poterat) *quia non exstat alius, falso Samium Pythagoram edunt: quem Seruio Tullio regnante Romae centum amplius post annos, in vltima Italiae ora circa Metapontum, Heracleamque et Crotonem iuuenum aemulantium studia coetus habuisse constat. Ex quibus locis, etsi eiusdem aetatis fuisset, qua fama in Sabinos aut quo linguae commercio quemquam ad cupiditatem discendi exciuisset? quoue praesidio vnus per tot gentes dissonas sermone moribusque peruenisset?* Idem lib. XL. cap. 29. *Adiicit Antias Valerius, Pythagoricos fuisse* (scil. libros Numae, quos scribit sub Ianiculo inuentos esse in vna duarum arcarum lapidearum operibus plumbo deuinctis, et crematos) *vulgatae opinioni, qua creditur Pythagorae auditorem fuisse Numam, mendacio probabili accommodata fide.*

Accedat eodem auctoritas Ciceronis, qui lib. I. *Tuscul. Quaest.* scribit, Pythagoram regnante Tarquinio Superbo in Italiam venisse, tenuisseque Magnam illam Graeciam cum honore et disciplina, tum etiam auctoritate, etc. Ciceroni succinit et Agellius lib. XVII. cap. vlt. *Post ea Pythagoras Samius in Italiam venit, Tarquinii filio regnum obtinente, cui cognomentum Superbus fuit.*

Cum Dionysii Halicarnassei testimonio de L. Olympiade fere congruit Chronologia Eusebii, qui pag. 149. ad Olympiadem sexagesimam annotauit ista: *Φερεκύδης ἱστορικὸς ἐγνωρίζετο, Πυθαγόρου διδάσκαλος:* quamuis idem Eusebius lib. priore pag. 42. Theognidem faciat Pythagorae magistrum: *Θέογνις ποιητὴς ἐγνωρίζετο, Πυθαγόρου διδάσκαλος:* (nisi forte quid desit) et ad Olympiadem LXIV. *Σάμου τύραννοι Πολυκράτης, καὶ Συλοσῶν, καὶ Παντάγνωτος ἀδελφοὶ γεγόνασι:* et ad Olympiad. LXV. *Πυθαγόρας φυσικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο.* S. Hieronymus libro priore Chronic. Eusebii pag. 30. *Pherecydes historicus clarus habetur.* Et mox: *Apud Samum tyrannidem exercent tres fratres, Polycrates, Syloson, et Pantagnotus:* et pag. 31. Olympias LXV. in qua Persarum regis Darii filii Histaspis fuit annus secundus: *Pythagoras physicus philosophus clarus habetur.*

Eademque repetit libro posteriore pag. 128. et 129. Eusebio autem antiquior Clemens Alexandrin. *Stromat.* I. p. 130. Pythagoram cum Polycrate ad Olympiadem LXII. per anticipationem quandam reiicit: *Πυθαγόρας δὲ κατὰ Πολυκράτη τὸν τύραννον, περὶ τὴν ἑξηκοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα εὑρίσκεται.*

Mors autem Pythagorae refertur ab Euſebio ad annum vltimum Olympiadis LXX. Vide Graec. pag. 43. et 152. *Πυθαγόρας ὁ φιλόσοφος τέθνηκεν ἐτῶν λέ, οἱ δὲ οέ.* Et Lat. Hieron. verſion. pag. 130. vbi omiſit de aetate philoſophi, qui annos XCV. vel ſecundum alios LXXV. viuendo compleuit.

At apud Photium in *Bibliotheca* p. 712, in Excerptis ex ignorabili ſcriptore vitae Pythagorae legimus, ipſum ad annum quartum ſupra centeſimum peruenisse. *Ὅτι ρ' καὶ τεσσάρων ἐτῶν λέγεται ἐζηκέναι τὸν Πυθαγόραν.* Sed fortean apud Photium ό aut λ' corruptum eſt in ρ'. Apud Diogenem Laërt. denique pag. 595. tantum octoginta, et ab aliis nonaginta anni ipſi tribuuntur: *Ὁ γοῦν Πυθαγ. (ὡς μὲν Ἡρακλείδης φησὶν ὁ τοῦ Σαραπίωνος) ὀγδοηκοντούτης ἐτελεύτα, κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπογραφὴν τῶν ἡλικιῶν. ὡς δὲ οἱ πλείους, ἔτη βιοὺς ἐννενήκοντα.* Huc vsque ad tit. Opuſculi. Sequitur ad ipſum textum.

Num. 1. *Μνησάρχου γεγενῆσθαι παῖς*] Mneſarchi filium Pythagoram Herodotus quoque vocat *Muſa* 4. et Clemens Alex. et Iuſtinus, et Origenes, et Iamblichus, et alii paſſim. Apud Iamblich. Num. 146. reſtituo, *Πυθαγόρᾳ τῷ Μνησάρχου*: ſcil. *υἱῷ*, pro *τῷ Μνησάρχῳ*, quod eſt editum. Sed quid eſt quod apud Iamblich. Num. 4. legimus *Μνήμαρχον καὶ Πυθαΐδα τοὺς Πυθαγόραν γεννήσαντας*; Puto ibi *Μνήσαρχον* perperam commutatum in *Μνήμαρχον*. At Iuſtinus lib. XX. patrem Pythagorae facit Demaratum Samium, locupletem negotiatorem. Apud Iuſtini exſcriptorem Iohannem Sareſberienſem lib. VII. *Policratici*, cap. 4. Maratum legimus: ſed puto capite minutum, et reſtitui oportere etiam ibi Demaratum. Ipſius quoque Pythagorae filiorum alter Mneſarchus, Telauges alter dictus fuiſſe perhibetur. Incertus auctor vitae Pythagorae apud Photium Patriarcham C. P. *Bibliothecae* pag. 712. *Καὶ ὁ μὲν Μνήσαρχος εἷς τῶν υἱῶν αὐτοῦ λέγεται νεώτερος τελευτῆσαι. Τηλαυγὴς δὲ ὁ ἕτερος διεδέξατο.* Ibidem duas nominat Pythagorae filias, Saram et Myiam. Telaugis autem cum alibi fit mentio, tum apud Iambl. Num. 146.

Pauſanias *Corinthiacis* Pythagoram facit pronepotem Hippaſi, nepotem Euphronis, filium Mneſarchi: et Hippaſum ait ob diſſenſiones quaſdam cum Regnida profugiſſe a Phliaſiis Samum. Haec genealogia praeſtantis hiſtorici

merito opponitur et praefertur illi alteri prosapiae nugatoriae ac fabuloſae, de qua dicetur infra, quasi Pythagoras fuisset aliquando Euphorbus, et Aethalides, et Hermotimus, et Pyrrhus, et nescio quis praeterea alius.

*Κλεάνθης δὲ*] Puto hunc esse Cleanthem illum philosophum Stoïcum, quem scribunt noctu aqua e puteo haurienda mercedem meruisse, vt interdiu studiis vacare posset, vnde per allusionem nominis dictus sit *φρεάντλης*. Ex hoc autem loco Malchi intelligimus, libros rerum fabulosarum, ad minimum quinque, eum scripsisse. Nihil hodie ipsius exstat praeter fragmenta quaedam carminum: ex quibus sunt cum primis memorabiles IV. illi versus heroïci apud Clement. Alexandrinum lib. V. *Stromat.* conseruati, de insulsis et ineptis vulgi opinionibus ac iudiciis contemnendis. Idemque duobus iambicis alibi non dubitat hominem illiberalem pronuntiare eum, qui ad opinionem respiciat, quasi inde quippiam bonae rei possit ipsi existere. Priores illi vel ex Chronicis Phil. Melanch. notissimi sunt, ideoque hic omittantur. Iambicos tantum adscribam:

*Ἀνελεύθερος πᾶς, ὅστις εἰς δόξαν βλέπει,*
*Ὡς δὴ παρ' ἐκείνης τευξόμενος καλοῦ τινος.*

Hoc est:

*Quicunque opinionibus defixus est,*
*Quasi hinc boni queat sibi quid contingere,*
*Illiberali hunc praeditum esse aio indole.*

De eodem Cleanthe memorabile est et illud, quod apud Simplicium legi in Commentar. ad Enchiridion Epicteti, a Senatu Romano tantum ei habitum honorem, vt ex SC. statua ipsi posita sit Assi, quam ipsemet se vidisse testatur. Est etiam ipsius de sue etymon et apophthegma dignum annotatione et memoria, relatum a Clemente Alex. *Stromat.* 2. pag. 174. Etymon hoc est: *Τὴν ὗν, θῦν εἶναι, ὡς εἰς θύσιν καὶ σφαγὴν μόνον* (forte *μόνην* legend.) *ἐπιτήδειον. Suem apud Graecos a mactando dictam videri, quod vni huic vsui apta destinataque sit, vt mactetur.* Apophthegma illud est: *Sui animam pro sale datam esse, ne caro putresceret: δεδόσθαι τῷδε τῷ ζώῳ ψυχὴν πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἕνεκα τοῦ τὰς σάρκας σφριγᾷν:* quod idem Cleanthis scitum refert etiam in 7. *Stromat.* p. 304. paulo aliis verbis: *Αἴσωπος οὐ κακῶς ἔφη, τοὺς ὗς κεκραγέναι μέγιστον, συνειδέναι γὰρ αὐτοῖς εἰς οὐδὲν ἄλλο χρησίμοις, ὅταν ἕλκωνται* (haec duo verba, *ὅταν ἕλκωνται*, puto

rectius collocari post *κεκραγέναι μέγιστον*) *ἢ πλὴν* (leg. *πλὴν ἢ*, vel omnino delendo *ἢ*) *εἰς τὴν θυσίαν. Διὸ καὶ Κλεάνθης φησὶν, ἀνθ' ἁλῶν αὐτοὺς ἔχειν τὴν ψυχὴν, ἵνα μὴ σαπῇ τὰ κρέα.* Nota hic obiter, *θυσίαν* nihil aliud significare quam *θύσιν*, i. e. mactationem, siue lanienam, ne quis putet, eo nomine denotari sacrificium, ad quod porcus non adhibetur. Sed iam ab hac digressione non iniucunda in viam redeamus.

*Εἰς πᾶσαν μάθησιν ὄντος εὐφυοῦς*] Tali qui natus est ingenio, is eleganter ab Herodoto dictus est, *ἔχειν ψυχὴν ὀργῶσαν πρὸς τὰ μαθήματα.* Et talem ipse senex agnouit indolem in Thucydide adolescente, et praedicauit ad patrem eius Olorum. Suidas in *Ὀργᾷν· Ἡρόδοτος ἰδὼν Θουκυδίδην ὑπὸ ἐνθουσιασμοῦ τινὸς δακρύοντα, ἔφη· Μακαρίζω σε, Ὄλορε, τῆς εὐτεκνίας. Ὁ γὰρ σὸς υἱὸς ὀργῶσαν ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα.* Idem Suidas in *Εὐφυΐα* nescio ex quo Aristotelis commentatore haec annotauit: *Εὐφυοῦς ἐστὶ τὸ οἰκειοῦσθαι μὲν πρὸς τὸ ἀληθὲς, ἀποστρέφεσθαι δὲ τὸ ψεῦδος. ὁ δὲ τοῦτο ἔχων, ἔχει καὶ τὸ κρίνειν τ' ἀληθὲς δύνασθαι καλῶς.* Vide quae ibid. plura sequuntur de iudicandi dexteritate.

*Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ*] Duobus Pythagorae doctoribus Pherecydi et Hermodamanti mox Num. 2. tertium adiunget Anaximandrum physicum: quos et Iamblich. coniunxit Cap. 2. Num. 11. Quo modo autem Pherecydem nec in morbo foedissimo, nec in morte deseruerit gratissimus hic discipulus, dicetur infra.

*Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεοφυλίῳ*] Plures scilicet fuisse Hermodamantas: quorum vno Pythagoras pro doctore, alio pro familiari et comite fugae vsus est. De isto vide Malchum infra, Num. 15. De illo meminit etiam Apuleius in *Floridis:* sed ibi corruperunt nobis librarii Hermodamantem in Leodamantem. Verba sunt: *Itemque Leodamantem, Creophyli discipulum* (scilicet disciplinae gratia sectatus Pythag.), *qui Creophylus memoratur poëtae Homeri hospes et aemulator canendi fuisse.* Vide et Strabon. lib. 14. *Geograph.* vbi etiam Callimachi epigramma tetrastichon refert in opus Creophyli Samii, quod Homero eius hospiti a quibusdam fuerit attributum.

*Τὸν Τευταγόραν*] Ita erat in MS. Puto autem rescribendum *τὸν Πυθαγόραν:* de eo enim hic sermo, non de ali- 2

quo Teutagora, quem nusquam alibi reperio. Puto autem et alia hic esse parum sana.

*Ἀγγαίου*] Apud Iambl. Cap. 2. Num. 3. *Ἀγκαῖος* vocatur, qui cum antea Samum Cephaleniae incoluisset, postea iussu oraculi Apollinis coloniam deduxerit in insulam, quae ob soli bonitatem fertilitatemque Melamphyllos appellata sit, quasi tu *Nigrifoliam* dicas. In ea insula vrbem quam condidit Ancaeus, Samum indigitauit, ad exemplum alterius illius Cephaleniae. Is Ancaeus Ioue genitus credebatur, *εἴτε δι' ἀρετὴν, εἴτε διὰ ψυχῆς τι* (malim *τὸ*) *μέγεθος, ταύτην τὴν φήμην αὐτοῦ ἀπενεγκαμένου*, vt est apud Iambl. Pausanias tamen in Achaïcis (mihi pag. 208.) Ancaeum filium facit Neptuni et Astypalaeae. Apud Arcerium interpretem scribitur Melamphylos, h. e. *nigra tribus*, gens vocitata, quasi scilicet *μέλαινα φυλὴ* inesset in *μελάμφυλος* (ita scribitur apud Strabonem lib. XIV. non *μελάνφυλος*). Verum vna litera auctius legendum *μελάμφυλλος*: quod vel ex posteriore versu oraculi Delphici apud Iambl. ibid. mox relati satis euincitur, vbi est: *Φυλλὰς δ' ὀνομάζεται αὐτή*. Nomen igitur habuit insula a foliis nigris; non a tribu vel gente nigra: *παρὰ τῶν φύλλων, οὐ παρὰ φυλῆς*. Et quid tribus seu gens ad fertilitatem soli? Nec enim vt arbores et folia, sic et homines terra nascuntur, quasi blitum, inquit Varro. Apud Strabonem dicto l. XIV. inter varia Sami nomina (quae saepe commutauit) est etiam *μελάμφυλλος*: (quamuis, vt antea innuebam, in quibusdam editionibus sit *μελάμφυλος*, per vnicum *λ*) aitque Geographus nobilissimus, insulae illi ob fertilitatem excellentem fuisse accommodatum prouerbium, *ὅτι φέρει καὶ ὀρνίθων γάλα*; *quod etiam lac gallinarum ferat*.

*Ποιητῶν τῶν Σαμίων τινὰ*] Mentio anonymi huius poëtae Samii, eiusque versus isti duo, extant etiam apud Iamblich. dicto cap. 2.

3 *Σῖμον τὸν Ἁρμονικὸν*] Apud Plinium lib. XXXV. cap. 11. Simum reperio inter nobiles pictores. Sed vix videtur idem esse cum isto Malchi.

4 *Ἐκ Θεανοῦς*] De Theano vide quae dicam infra.

*Τίμαιος δ' ἱστορεῖ*] Hic est Timaeus historicus, qui ob nimium alios reprehendendi studium *Ἐπιτίμαιος* dictus est, *παρὰ τὸ ἐπιτιμᾶν*.

*Τὴν δ' οἰκίαν Δήμητρος ἱερὸν ποιῆσαι*] Domum Pythagorae in aedem sacram Cereris conuersam esse, a pluribus memoriae proditum est auctoribus. Sed alii hoc a Metapontinis factum memorant; alii a Crotoniatis. Iustinus lib. XX. *Pythagoras* (inquit) *cum annos XX Crotonae egisset, Metapontum migrauit, ibique decessit: cuius tanta admiratio fuit, vt ex domo eius templum facerent, eumque pro deo colerent:* (intellige, Metapontini) de quibus etiam Diog. Laërt. pag. 577. diserte hoc attestatur: *Μεταποντῖνοί γε μὲν τὴν μὲν οἰκίαν αὐτοῦ Δήμητρος ἱερὸν ἐκάλουν· τὸν στενωπὸν δὲ, Μουσεῖον, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπαῖς ἱστορίαις.* Valer. Maxim. autem Crotoniatis hoc tribuit, lib. VIII. cap. 15. Extern. Num. 1. *Crotoniatae studio ab eo petierunt, vt Senatum ipsorum, qui mille hominum numero constabat, consiliis suis vti pateretur. Opulentissimaque ciuitas tam frequenter venerati post mortem domum Cereris sacrarium fecit: quantumque illa urbs viguit, et dea in hominis memoria, et homo in deae religione cultus est.*

*Λεῦκος*] Quis hic sit Leucus, cuius quartum librum historiarum hic laudat Malchus, nondum reperire potui. 5

*Γεωμετρίας ἐπιμεληθῆναι Αἰγυπτίους*] Quare ab antiquo geometriae tantum operae impenderint Aegyptii, caussam hanc inuenio ab aliis indicatam, quod haec scientia ipsis fuerit necessaria ad fines regendos, confusis per inundationes Nili possessionibus agrorum. 6

*Χαλδαίους δὲ τὰ περὶ τὸν οὐρανὸν θεωρήματα*] Suidas: *Χαλδαῖοι, ὄνομα ἔθνους, περὶ τὴν ἀστρονομίαν ἠκριβωμένοι;* vbi legendum puto, *ἠκριβωμένου*, vt referatur ad *ἔθνους*. Videtur autem his verbis Malchus pariter et astronomiam et astrologiam complecti. Chaldaeos certe dictos esse non solum eos, qui motus siderumque coeli reuolutionem obseruarent, sed etiam qui ex coetu motibusque siderum, et positu respectuque stellarum fata se hominum praedicturos pollicebantur, cuiuis paulo humaniori notum est. Nominantur etiam Chaldaei a Constantino et Iuliano imperatoribus in L. 5. *Nemo aruspicem. C. de Malefic. et Mathemat.* et similibus; quorum diuinandi curiositas omnibus perpetuo silere iubetur, poena gladii vltoris proposita. Aduersum hoc genus prolixe disseruit Romae Phauorinus, teste Agellio lib. XIV. cap. 1. Vide et Ciceronem 2. *de Diuinat.* cuius verba paulo post in Eudoxi mentione proferam. Vide et Iohannem Picum Mirandulanum aliquot libris contra praedictio-

nes astrologicas pugnantem, et Franciſc. Valeſium *de Sacra Philoſoph.* c. 31. et vtroque antiquiorem Iohannem Sareſberienſem lib. 2. *Policrat.* cap. 19.

*Ἁγιστίας*] Scribend. *ἁγιστείας*. Eſt enim ab *ἁγιστεύειν*, quod Suidas exponit *ἁγιάζειν*. *καὶ ἁγιστεύσαντες, τὰ τῆς θυσίας ἐπιτελέσαντες*. Idem, *Ἁγιστείας, ἁγιωσύνης, καθαρότητος, λατρείας*. Heſychius: *Ἁγιστεύει, σέβεται. Ἁγιστεύων, εὐσεβῶν*.

7 *Εὔδοξος ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς γῆς περιόδῳ*] Celeberrimum eſt huius Eudoxi nomen, quod ab eo maxime facinore pulcherrimo inclaruit, quo primus annum apud Graecos conſtituere aggreſſus eſt. Vnde apud Lucanum Iulius Caeſar: *Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.* Fuit autem patria Cnidius, filius Aeſchinis, vnus ex auditoribus Socratis, Platonis aequalis, quicum et in Aegyptum profectus XIII annos ibi commoratus eſt, excellens Medicus, Aſtronomus et Geometra. Cicero 2. *de Diuinat. Ad Chaldaeorum monſtra veniamus: de quibus Eudoxus Platonis auditur* (malim, Socratis) *et in aſtrologia iudicio doctiſſimorum hominum facile princeps, ſic opinatur, id quod* (leg. *idque*) *ſcriptum reliquit, Chaldaeis in praedictione et in notatione cuiusque vitae ex natali die minime eſſe credendum.* Suidas: *Εὔδοξος, Αἰσχίνου, Κνίδιος, φιλόσοφος, Πλάτωνος ἡλικιώτης* (ſi aequalis, quod etiam Strabo teſtatur, ſcribens, ſocium profectionis Aegyptiacae Platoni fuiſſe, non ergo auditor eius fuit, vt erat apud Ciceronem) *ᾧ τρεῖς ἐγένοντο θυγατέρες, Ἀκτὶς, Δελφὶς, Φιλτίς. καὶ ἔσχε πρὸς φιλοσοφίαν ὑπερφυῶς· ἔγραψέ τε πλεῖστα τοῦ εἴδους τούτου, καὶ ὀκταετηρίδα· ἔτι δὲ δι' ἐπῶν ἀστρονομίαν.* Strabo ſaepe Eudoxi teſtimoniis vtitur, eique plurimum tribuit. Tantum vnum et alterum adducam locum. Lib. XIV. vbi in deſcriptione Cnidi facit mentionem clarorum virorum, qui inde oriundi fuerint, primo loco ponit Eudoxum. *Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι Κνίδιοι, πρῶτον μὲν Εὔδοξος, ὁ μαθηματικός, τῶν Πλάτωνος ἑταίρων· εἶτ' Ἀγαθαρχίδης*, etc. Idem libro decimo ſeptimo ait, ſe vidiſſe in Aegypto loca, vbi Eudoxus et Plato fuerint commorati. *Ἐκεῖ οὖν ἐδείκνυντο οἵ τε τῶν ἱερέων οἶκοι, καὶ Πλάτωνος καὶ Εὐδόξου διατριβαί· συνανέβη γὰρ δὴ τῷ Πλάτωνι ὁ Εὔδοξος δεῦρο, καὶ συνδιέτριψαν ἱερεῦσιν ἐκεῖνοι ἐνταῦθα τρισκαίδεκα ἔτη, ὡς εἴρηταί τισι. Περιττοὺς γὰρ ὄντας κατὰ τὴν ἐπιστήμην τῶν οὐρανίων, μυστικοὺς δὲ καὶ δυσμεταδότους, τῷ χρόνῳ καὶ ταῖς θεραπείαις ἐξελιπάρησαν, ὥστε τινὰ τῶν θεωρημάτων ἱστορῆσαι, τὰ πολλὰ δὲ ἀπεκρύψαντο οἱ βάρβαροι.* Libro IX. eundem vocat

virum mathematicum, figurarumque atque climatum peritiſsimum. Ex hoc autem Malchi loco diſcimus, Eudoxum etiam *γῆς περίοδον* ſcripſiſſe, libris vt minimum VII. Fuit autem opus geographicum: quo in genere habemus hodie, (vt de recentioribus nihil dicam) non modo Ptolemaeum, et Strabonis libros, a Cl. Caſaubono illuſtratos, ſed et minores aliquot auctores, Marcianum Heracleotam. Scylacem Caryandenſem, Artemidorum Epheſium, Dicaearchum Meſſenium, et Iſidorum Characenum, qui a D. Hoeſchelio Auguſtae ante hos decem annos iunctim ſunt editi.

*Θηράτορσι μηδέποτε πλησιάζειν*] A venationibus alienos fuiſſe Pythagoreos, teſtatur et Iamblichus cap. 21. *Περὶ δὲ θήραν, οὐ δοκιμάζειν καταγίνεσθαι, οὐδὲ χρῆσθαι τοιούτῳ γυμνασίῳ.* Sic et in iure canonico clericis venatione interdicitur, vt et donationibus in venatores collatis. Can. 8. *Qui venatoribus*, et 5. ſequent. *Diſtinct.* 86. qui tamen canones, ſicut et alii plurimi, hodie male obſeruantur. Alias autem quanti facienda ſint venationum exercitia ab illis, quibus non ſunt prohibita, ſi intra modum vſurpentur, praeſtantiſsimorum quorumque auctorum teſtimoniis olim probaui in Commentariis ad Oppiani *Cynegetica.*

*Τὴν καρτερίαν*] Hanc paulo poſt, Num. 8. vocabit *κακοπάθειαν:* vel potius *ἡ καρτερία* circa *τὴν κακοπάθειαν* verſatur.

*Ἀποδεξάμενον τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων τὴν ἀγωγὴν*] Studium hoc et amorem Aegyptiorum ſacerdotum in animo Pythagorae excitauit Thales, qui ad ſe venienti ſtudio diſcendi, extremam ſenectutem cauſatus et virium imbecillitatem, per quam ipſi dare operam non poſſet, auctor exſtitit profectionis in Aegyptum ſuſcipiendae, ad ſacerdotes Memphiticos et Dioſpolitas: a quibus nimirum ipſe quoque quicquid haberet ſapientiae, quaſi viaticum abſtuliſſet. Quanto magis id obuenturum Pythagorae, quem videret non ſolum naturae dotibus, ſed etiam exercitationis beneficio longe inſtructiorem quam ipſe fuerit? Praedicere igitur non dubitabat Thales de Pythagora, ſi illorum ſacerdotum conſuetudine vteretur, fore ipſum omnibus mortalibus diuinitate et ſapientia ſuperiorem: vt ſcribit de hoc ſapientiſſimo Thaletis conſilio et augurio Iamblich. cap. 2. in fine. Sed in Graecis ibi quaedam emendanda ſunt: *Προετρέψατο, εἰς Αἴγυπτον διαπλεῦσαι, καὶ τοῖς ἐν Μέμ-*

*φει καὶ Διὸς μάλιστα* (legend. *Διοσπόλει*, vel *Διοσπολίταις*) *συμβαλεῖν ἱερεῦσι. Περὶ* (leg. *παρὰ*) *γὰρ ἐκείνων καὶ ἑαυτὸν ἐφωδιάσαϑαι* (leg. *ἐφοδιάσασϑαι*) *ταῦτα.*

*Γράψαι πρὸς Ἄμασιν*] Pythagoram in Aegyptum, literis instructum commendatitiis Polycratis Samii tyranni ad Amasidem Aegypti regem (quem et Herodotus *Musa* 3. narrat amicum fuisse Polycratis, sed eius prodigiosa felicitate offensum, ius amicitiae ipsi renuntiasse tandem, quod metueret, ne summa illa felicitas miserabilem faciens exitum in summam miseriam conuerteretur, sicut etiam euenit) testatur etiam Diogenes Laërt. p. 568. *Ἐγένετο οὖν ἐν Αἰγύπτῳ, ὁπηνίκα καὶ ὁ Πολυκράτης αὐτὸν Ἀμάσιδι συνέστησε δι᾽ ἐπιστολῆς.*

*Τοῖς Ἡλιουπολίταις*] Strabo lib. XVII. scribit, se, cum in Aegypto esset, Heliopoli magnas quidem conspexisse domos, quas olim inhabitarant sacerdotes, qui et philosophi et astronomi fuerint: sed tunc temporis illum ordinem ac id studii genus defecisse, adeoque ne vnum quidem sibi monstrari potuisse priscorum illorum studiorum et exercitiorum antistitem. Tantum sacrificulos quosdam ibi fuisse, qui peregrinis sacrorum suorum ritus exponerent. Verba ipsius haec sunt: *Ἐν δὲ τῇ Ἡλιουπόλει καὶ οἴκους εἴδομεν μεγάλους, ἐν οἷς διέτριβον οἱ ἱερεῖς· μάλιστα γὰρ δὴ ταύτην κατοικίαν γεγονέναι φασὶ τὸ παλαιὸν, φιλοσόφων ἀνδρῶν καὶ ἀστρονομικῶν· ἐκλέλοιπε δὲ καὶ τοῦτο νυνὶ τὸ σύστημα, καὶ ἡ ἄσκησις. Ἐκεῖ μὲν οὖν οὐδεὶς ἡμῖν ἐδείκνυτο τῆς τοιαύτης ἀσκήσεως προεστὼς, ἀλλ᾽ οἱ ἱεροποιοὶ μόνον, καὶ ἐξηγηταὶ τοῖς ξένοις τῶν περὶ τὰ ἱερά.*

*Σκεπτομένων*] Ita erat in MS. Sed procul dubio vera lectio est *σκηπτομένων*. Significatur hoc participio praetextus rei, quae vsitatiore vocabulo dicitur *πρόφασις*, cum id pro causa rei affertur, quod non est vera causa: siue cum aliud simulatur, aliud agitur. Hesychius: *Σκήπτεται, προφασίζεται. Σκήπτοιτο, προφασίζοιτο. Σκήψας, προφασίσας. Σκῆψις, πρόφασις.* Suidas similiter: *Σκήπτεται, προφασίζεται. Σκῆψις, περικάλυμμα, πρόφασις.* etc. Et mox: *Καὶ σκήπτομαι, ἀντὶ τοῦ προφασίζομαι:* vbi et Aristoph. Plutum allegat. Confirmatur haec nostra emendatio per illa quae hic mox sequuntur apud Malch. *Κατὰ τὴν ὁμοίαν σκῆψιν:* et *προΐσχεσϑαι αἰτίας.* Haec enim idem valent, *σκήπτεσϑαι, προφασίζεσϑαι*, et *αἰτίας προΐσχεσϑαι.* At verbo *σκέπτεσϑαι*

nullus hic potest esse locus. Notetur hic malignum et subdolum ingenium Aegyptiorum sacerdotum, quos et Strabo testatur fuisse *μυστικοὺς καὶ δυσμεταδότους*, hoc est, per inuidiam occultare sua consueuisse, nec facile cum aliis communicauisse. Id erga Pythagoram quoque satis declararunt, dum quasi pro pila ipsum habentes, quod dicitur, alii alio ablegarunt, Heliopolitae quidem ad Memphitas, tanquam scilicet seniores; Memphitae vero ad Diospolitas eum mittentes sub eodem praetextu: hi tandem metu irae regiae admittentes quidem, sed durissime habentes, vt vel ita ipsum male tractando ab se alienatum abigerent.

*Γεγονὸς οὐχ᾽ εὑρίσκεται*] Propter inuidam scilicet 8
occultationem sacerdotum: *διὰ τὸ μυστικὸν καὶ δυςμετάδοτον αὐτῶν*, vt cum Strabone loquar.

*Κατασκευάσαι ἐν τῇ πατρίδι διδασκαλεῖον*] Iamblich. 9
Cap. 5. Num. 26. *καὶ πρῶτον μὲν διατριβὴν ἐν τῇ πόλει κατεσκευάσατο, Πυθαγόρου καλούμενον ἔτι καὶ νῦν ἡμικύκλιον, ἐν ᾧ νῦν* (οἱ f. leg.) *Σάμιοι περὶ τῶν κοινῶν βουλεύονται, νομίζοντες, περὶ τῶν καλῶν καὶ τῶν ξυμφερόντων ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ποιεῖσθαι ζήτησιν, ἐν ᾧ κατεσκεύασεν ὁ πάντων ποιησάμενος τὴν ἐπιμέλειαν.* Vbi forte legendum *κατεσκήνωσεν*.

*Ἄντρον*] De specu Pythagorica vid. et Iamblich. C. 5. Num. 27. vbi Minoi Iouis filio ipsum confert, quem perhibent similiter in antro IX annos habitasse, Iouique operam dedisse.

*Γεγονότα δ᾽ ἐτῶν μ΄*] Si verum est, quod Iamblich. scribit dicto c. 5. Pythagoram ex Aegyptiaca et aliis peregrinationibus Samum rediisse, cum iam LVI praeter propter annos natus esset, non video, qua ratione hic dicatur idem annos tantum XL natus Samum reliquisse. Fortasse corruptus est numerus, quod in notis est procliue.

*Τὴν τοῦ Πολυκράτους τυραννίδα συντονωτέραν οὖσαν*] De eadem fuga Pythagorae ex patria Samo, oppressa per tyrannidem Polycratis, post incredibilis felicitatis breuem vsuram tandem in crucem acti, scribit etiam Dio Chrysostomus Orat. 47. cuius verba referam infra. Eam fugam satis sinistre atque inique interpretatur Tertullianus lib. *De Anima* c. 31. quasi scilicet ex ignauia mera fugisset, onera bellica detrectans: qua in re longe dissimilem se ostenderit Euphorbi, cuius tamen in se migrasse animam dictitabat et

credi volebat. *Ecce enim* (inquit) *Euphorbum militarem et bellicam animam satis constat vel de ipsa gloria clypeorum consecratorum: Pythagoram vero tam residem et imbellem, vt proelia tunc Graeciae vitans, Italiae maluerit quietem, geometriae et astrologiae et musicae deuotus, alienus studio et affectu Euphorbi, etc.* Quasi scil. reprehensionem mererentur, qui pacis studia et artes sequi et excolere malunt, quam horrida bella sectari. Sic et Pelusiota noster S. Isidorus lib. 4. *Epistolarum*, quem prius *ἀνέκδοτον* primus in lucem protraxi, Epist. 205. ideo Pythagoram scribit resiliisse a consuetudine Phalaridis, quod sua doctrina dimouere ipsum ab instituto tyrannico non potuerit. *Πυθαγόρας δὲ, ὁ μέγα ἐπὶ σοφίᾳ φρονήσας, τῆς Φαλάριδος συνουσίας διὰ τί ἀπεπήδησεν; οὐκ ἐπειδὴ μετὰ τὴν τοσαύτην διδασκαλίαν ἐκεῖνος πάλιν τύραννος ἦν;* Quanquam autem suspicari quis possit, memoria lapsum esse Isidorum in eo, quod Phalaridem nominauit, cum voluerit vel debuerit dicere de Polycrate: facile tamen ipsum ab omni errato excusari posse existimo, cum sciam, etiam Phalaridem tentatum fuisse a Pythagora eiusque sectatore Abaride Hyperboreo, vt a tyrannide et crudelitate impietateque desisteret; sed frustra tentatum: vt testatur Iambl. c. 32. vbi Num. 221. quod scribit, memorabile cum primis est, eo ipso die Phalaridem ab aliis trucidatum esse, quo die Pythagorae et Abaridi mortem fuerit machinatus. Vsque adeo hic quoque vera fuit vel versus sententia:

*Οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων.*

Sed ad mentionem fugae ob tyrannidem Polycratis paulisper reuertamur. De hac igitur Strabo lib. 14. *Geograph.* *Ἐπὶ τούτου δὲ (τοῦ Πολυκράτους) καὶ Πυθαγόραν ἱστοροῦσι φυομένην ἰδόντα τὴν τυραννίδα, ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν, καὶ ἀπελθεῖν εἰς Αἴγυπτον καὶ Βαβυλῶνα φιλομαθείας χάριν· ἐπανιόντα δ' ἐκεῖθεν, ὁρῶντα ἔτι συμμένουσαν τὴν τυραννίδα, πλεύσαντα εἰς Ἰταλίαν, ἐκεῖ διατελέσαι τὸν βίον.* Confer etiam Iambl. c. 2. Num. 11. vbi scribit, Pythagoram sub primum exortum tyrannidis Polycraticae, cum quasi XVIII annos natus esset, noctu clam omnibus abiisse Samo, assumpto comite Hermodamante, traiecisseque ad Pherecydem, et Anaximandrum, et Thaletem: qui sapiens senex auctor ipsi fuerit suscipiendae ad Aegyptios sacerdotes peregrinationis, ex quibus plus sapientiae esset hausturus. Itaque bis patriam Samum fugit Pythagoras; semel ante aditam Aegyptum, aliasque exteras

regiones, quo tempore gratia ipsum floruisse apud Polycratem inde colligere licet, quod commendatitiis literis ad Amasidem instructus Aegyptum petiit: et iterum post reditum ex Aegypto.

*Πολλὰς δὲ πόλεις*] Leg. *πολλὰς μὲν πόλεις.* 10

*Καὶ Χαλδαίους καὶ Ἑβραίους*] De quibus etiam ora- 11
culi vel versus testatur, penes ipsos solos quasi possessionem fuisse sapientiae: *Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίαν λάχον, ἠδ' ἄρ' Ἑβραῖοι.* Hoc est, *Soli Chaldaei sapientiam habent et Hebraei.* Hinc est, quod vno ore fatentur et demonstrant firmis argumentis S. S. Patres, Clemens Alexandrinus, Iustinus Martyr, Athanasius, Theodoretus, alii, quicquid sapientiae et artium apud Graecos fuit, hoc eos a barbaris accepisse: illos autem a Mose.

*Τὴν περὶ ὀνείρων γνῶσιν*] Hanc vno vocabulo dicunt Graeci *ὀνειροκριτικήν.* Vide Philonem in *Iosepho:* et in Commentar. *Quod somnia mittantur a deo.* Ceterum quanta vanitate repleta haec coniectorum ars fuerit a Graecis, videre est apud Artemidorum, qui totis V. libris eam est persecutus.

*Τῇ διὰ λιβανωτοῦ μαντείᾳ πρῶτος ἐχρήσατο*] Diog. Laërt. pag. 580. *Μαντικῇ τε ἐχρῆτο διὰ τῶν κληδόνων τε καὶ οἰωνῶν· ἥκιστα δὲ διὰ τῶν ἐμπύρων, ἔξω τῆς διὰ λιβάνου.* vbi legend. puto similiter, *λιβανωτοῦ.*

*Ἐν Αἰγύπτῳ μὲν τοῖς ἱερεῦσι συνῆν*] Aegyptiorum sanctitatem praedicat etiam Isocrates in Busiride, vbi scribit, Pythagoram ab illis edoctum cum philosophandi rationem, tum sacrificia cultumque deorum, in Graeciam haec deinde intulisse. Verba quae huc pertinent, ista sunt: *Ἔχοι δ' ἄν τις, μὴ σπεύδειν ὡρμημένος, πολλὰ καὶ μεγάλα περὶ τῆς ὁσιότητος αὐτῶν διελθεῖν· ἣν οὔτε μόνος, οὔτε πρῶτος ἐγὼ τυγχάνω καθεωρακώς, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν προγεγενημένων, ὧν καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος εἷς ἐστιν, ὃς ἀφικόμενος εἰς Αἴγυπτον, καὶ μαθητὴς ἐκείνων γενόμενος, τήν τε ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε, καὶ περὶ τὰς θυσίας τε καὶ τὰς ἁγιστείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς, ἐπιφανέστερον τῶν ἄλλων ἐσπούδασεν, ἡγούμενος, εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ διὰ ταῦτα πλεῖον γίγνοιτο παρὰ τῶν θεῶν, ἀλλὰ παρά γε τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τούτων μάλιστ' ἂν εὐδοκιμήσειν, ὅπερ αὐτῷ καὶ συνέβη. Τοσοῦτον γὰρ εὐδοξίᾳ τοὺς ἄλλους ὑπερέβαλεν, ὥστε καὶ τοὺς*

*νεωτέρους ἅπαντας ἐπιθυμεῖν αὐτοῦ μαθητὰς εἶναι, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἥδιον ὁρᾶν τοὺς παῖδας τοὺς αὐτῶν ἐκείνῳ συγγιγνομένους, ἢ τῶν οἰκείων ἐπιμελουμένους.* etc. Quae ibidem sequuntur, alteri cuidam loco Malchi illustrando adhibui infra. Strabo lib. 17. testatur, se Heliopoli domos amplas vidisse, in quibus habitarint olim sacerdotes: quorum tamen ordo tunc defecerit penitus, vt et scientia. Clemens Alexand. *Strom.* I. pag. 131. nominat archiprophetam Aegyptium Sonchedem, cuius discipulus fuerit Pythagoras: vbi etiam addit, quis Platonis, quis Eudoxi doctor in Aegypto fuerit: *ἱστορεῖται δὲ Πυθαγόρας μὲν Σώγχηδι τῷ Αἰγυπτίῳ ἀρχιπροφήτῃ μαθητεῦσαι· Πλάτων δὲ Σεχνούφιδι τῷ Ἡλιοπολίτῃ· Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος Κονούφιδι, τῷ καὶ αὐτῷ Αἰγυπτίῳ.* Emendo hic obiter Clementem in verbis paulo post seqq. *Τὸν σοφώτατον Σόλωνα μανθάνοντα εἰσάγει πρός τοῦ βαρβάρου.* Legendum enim *πρός του:* quod valet *πρός τινος:* vt apud S. Paulum 1 *Thessal.* 4. v. 6. *ἔν τῳ πράγματι,* valet *ἔν τινι πράγματι.* Sic enim legend. vbi vulgo, *ἐν τῷ.* Eod. modo 1 *Cor.* 15. v. 8. pro eo quod in vulgatis est libris *ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι,* procul dubio rectius ex Ioh. Chrysost. restituemus, *ὡσπερεί τῳ,* id est, *ὥς τινι.* Sed haec obiter.

12 *Γραμμάτων δὲ τρισσὰς διαφορὰς*] Memorabilis hic locus, de triplici differentia literarum, quae apud Aegyptios fuerit, illustrari poterit collatione eorum, quae habet Clemens Alexand. *Stromat.* 5. pag. 237. *Αὐτίκα οἱ παρ' Αἰγυπτίοις παιδευόμενοι, πρῶτον μὲν πάντων τὴν Αἰγυπτίων γραμμάτων μέθοδον ἐκμανθάνουσι, τὴν ἐπιστολογραφικὴν καλουμένην· δευτέραν δὲ, τὴν ἱερατικὴν, ᾗ χρῶνται οἱ ἱερογραμματεῖς· ὑστάτην δὲ καὶ τελευταίαν τὴν ἱερογλυφικὴν, ἧς ἡ μὲν ἐστι διὰ τῶν πρώτων στοιχείων κυριολογική· ἡ δὲ συμβολική. τῆς δὲ συμβολικῆς ἡ μὲν κυριολογεῖται κατὰ μίμησιν· ἡ δ' ὥσπερ τροπικῶς γράφεται· ἡ δὲ ἄντικρυς ἀλληγορεῖται κατά τινας αἰνιγμούς. ἥλιον γοῦν γράψαι βουλόμενοι, κύκλον ποιοῦσι· σελήνην δὲ, σχῆμα μηνοειδὲς, κατὰ τὸ κυριολογούμενον εἶδος. τροπικῶς δὲ, κατ' ἰδιότητα μετάγοντες καὶ μετατιθέντες· τὰ δ' ἐξαλλάττοντες· τὰ δὲ, πολλαχῶς μετασχηματίζοντες, χαράττουσιν. τοὺς γοῦν τῶν βασιλέων ἐπαίνους θεολογουμένοις μύθοις παραδιδόντες, ἀναγράφουσι διὰ τῶν ἀναγλύφων. τοῦ δὲ κατὰ τοὺς αἰνιγμοὺς τρίτου εἴδους, δεῖγμα ἔστω τόδε· τὰ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἄστρων, διὰ τὴν πορείαν τὴν λοξὴν, ὄφεων σώμασιν ἀπείκαζον· τὸν δὲ ἥλιον, τῷ τοῦ κανθάρου· ἐπειδὴ κυκλοτερὲς*

*ἐκ τῆς βοείας ὄνθου σχῆμα πλασάμενος, ἀντιπρόσωπος κυλίνδει· φασὶ δὲ καὶ ἑξάμηνον μὲν ὑπὸ γῆς· θάτερον δὲ τοῦ ἔτους τμῆμα τὸ ζῶον τοῦτο ὑπὲρ γῆς διαιτᾶσθαι, σπερμαίνειν τε εἰς τὴν σφαῖραν, καὶ γεννᾶν, καὶ θῆλυν κάνθαρον μὴ γίνεσθαι.*

*Ἱερογλυφικῶν*] Hieroglyphicarum literarum multi auctores meminerunt, vt Philo lib. I. *de vita Mosis*, Clemens Alexand. *Strom.* 1. et 5. Corn. Tacitus *Annal.* II. Lucan. lib. 3. Ammian. Marcellin. lib. 16. Apuleius lib. 11. *Metamorph.* Suidas quoque Chaeremonem quendam laudat, qui Hieroglyphica scripserit. Eius liber ad nos non peruenit: sed exstat Horapollo, (aliis dictus Orus Niliacus) Hieroglyphicorum scriptor, Graece Latineque cum eruditissimis notis editus Augustae a D. Hoeschelio nostro: quem etiam in Gallicam linguam translatum habeo. Vide et Fr. Valesium *de Sacra Philosoph.* c. 16. in fine.

*Πρὸς Ζάβρατον*] De hoc Zabrato, quis fuerit, nondum alibi quidquam indagare potui. Hinc autem coniicimus, sacerdotem quendam Babylonium fuisse, qui Pythagoram initiauerit sacris, et instituerit.

*Πλάνης*] Nota, ad quid Pythagorae profuerint suae peregrinationes: nempe vt tanquam ex mercatu domum reuerteretur, pulcherrimis pretiosissimisque sapientiae mercibus sibi comparatis. Haec vis est verbi *ἐνεπορεύσατο*, quo Malchus hic vtitur. Est enim ab *ἔμπορος*, quo mercatorem Graeci significant. Eodem verbo simili elegantia vtitur Clem. Alexand. *Stromat.* 1. pag. 130. *Πλάτων δὲ οὐκ ἀρνεῖται τὰ κάλλιστα εἰς φιλοσοφίαν παρὰ τῶν βαρβάρων ἐμπορεύσασθαι, εἴς τε Αἴγυπτον ἀφικέσθαι ὁμολογεῖ.* Notetur hic simul aurea studiorum regula, quam per comparationem elegantissimam cum peregrinandi ratione tradidit Nicolaus Damascenus: vt apud Suid. in *Νικόλαος* videre est.

Hunc ergo peregrinationum suarum scopum nostra quoque iuuentus sibi, si sapit, proponito.

*Ταύτην γὰρ ἠκρίβου πρῶτος τὴν περὶ ἀνθρώπων ἐπι-* 13
*στήμην*] Physiognomoniam, hoc est, artem colligendi cuiusque hominis animum, indolem, et mores ex lineamentis oris et corporis habitu gestuque, primus exquisite tractauit Pythagoras et secundum hanc artem vel admisit aliquos in suam familiaritatem, vel repudiauit: sicut hanc ipsam ob causam a se repulit Cylonem, nobilem Crotoniatem, quod ex lineamentis corporis animum in ipso laten-

tem crudelem deprehendisset: vt est infra, Num. 74. Hanc deinde artem plures excoluerunt professique sunt: vt Zopyrus (qui, vt ex Cicerone discimus, Socratis aeuo vixit), vt Polemo, vt Adamantius, etc. Ac ne Aristoteles quidem, ille naturae genius seu consiliarius, eam intactam reliquit. Exstat enim ipsius hac de re commentarius, ex quo pauca hic annotabo, vnde artis eius principia intelligi possint, quae in eo consistunt, quod animi mores sequantur temperamentum corporis: vt integro libro demonstrat etiam Galenus. Sic ergo Arist. statim in initio: *Αἱ διάνοιαι ἕπονται τοῖς σώμασι, καὶ οὐκ εἰσὶν αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς, ἀπαθεῖς οὖσαι τῶν τοῦ σώματος κινήσεων. Τοῦτο δὲ δῆλον πάνυ γίνεται ἔν τε ταῖς μέθαις, καὶ ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις. πολὺ γὰρ ἐξαλλάττουσαι φαίνονται αἱ διάνοιαι ὑπὸ τῶν τοῦ σώματος παθημάτων· καὶ τοὐναντίον δὴ τοῖς τῆς ψυχῆς παθήμασι τὸ σῶμα συμπάσχον φανερὸν γίνεται περί τε τοὺς ἔρωτας, καὶ τοὺς φόβους τε καὶ λύπας καὶ τὰς ἡδονάς.* et mox: *Ὥστε ἀναγκαῖον ἕπεσθαι τῷ τοιῷδε σώματι τοιάνδε διάθεσιν.* Idem c. 4. in pr. *Δοκεῖ δέ μοι ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα συμπαθεῖν ἀλλήλοις· καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἕξις ἀλλοιουμένη, συναλλοιοῖ τὴν τοῦ σώματος μορφήν· πάλιν τε ἡ τοῦ σώματος μορφὴ ἀλλοιουμένη, συναλλοιοῖ τὴν τῆς ψυχῆς ἕξιν· ἐπειδὰν γάρ ἐστι ψυχῆς τὸ ἀνιᾶσθαί τε καὶ εὐφραίνεσθαι, καταφανὲς, ὅτι οἱ ἀνιώμενοι σκυθρωπότεροί εἰσι, καὶ οἱ εὐφραινόμενοι, ἱλαροὶ,* etc. Sequuntur ibidem plura in hanc sententiam, *ὅτι ἑκάτερον ἑκατέρῳ ἕπεται:* hoc est, quod et anima a corpore, et vicissim corpus ab anima patiatur: quod etiam manifestum euadere dicit in maniacis. Sic Cassius probl. 51. ad quaestionem: *Διὰ τί οἱ τερατόμορφοι, καὶ ἄφρονες;* respondet ex eodem principio: *ὅτι τοῖς σωματικοῖς τὰ ψυχικὰ συμπάσχει, ὥσπερ τοῖς ψυχικοῖς τὰ σωματικά.* Nonnunquam tamen fallere hanc artem, quippe coniecturalem, docet clarissimum exemplum Socratis, in quo ars Zopyri aberrauit, quia naturae prauas inclinationes, quarum incidia praebebant corporis lineamenta, disciplinae et assuefactionis diligentia ipse Socrates correxerat: vt est apud Ciceronem.

Huc pertinet illud Phaedri nostri lib. 3. Fabularum Aesopiarum: *Et formosos saepe inueni pessimos: Et turpi facie multos cognoui optimos.* Et quod alibi ait idem: *Non semper ea sunt quae videntur. Decipit frons prima multos.* Ad eundem elegantissimum scriptorem plura notaui ante hos 14 annos. De physiognomonia Pythagorica plura annotabo infra.

*Ὧι Ζάμολξις ἦν ὄνομα*] De hoc ita Iamblich. c. 30. 14
Num. 173. *Ζάμολξις Θρᾷξ ὢν, καὶ Πυθαγόρου δοῦλος γενόμενος, καὶ τῶν λόγων τοῦ Πυθαγόρου διακούσας, ἀφεθεὶς ἐλεύθερος, καὶ παραγενόμενος πρὸς τοὺς Γέτας, τούς τε νόμους αὐτοῖς ἔθηκε, καὶ πρὸς τὴν ἀνδρείαν τοὺς πολίτας παρεκάλεσε, τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι πεῖσαι·* (lego *πείσας*, nisi forte Iamblich. scripserit, *τῷ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι πεῖσαι.*) *ἔτι* (f. deest *δὲ*) *καὶ νῦν οἱ Γαλάται, καὶ οἱ Τριβαλοὶ* (sic legend. puto) *καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν βαρβάρων τοὺς αὑτῶν υἱοὺς πείθουσιν, ὡς οὐκ ἔστι φθαρῆναι τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ διαμένειν* (lege *διαμένει*) *τῶν ἀποθανόντων· καὶ ὅτι τὸν θάνατον οὐ φοβητέον, ἀλλὰ πρὸς κινδύνους εὐρώστως ἑκτέον. Καὶ ταῦτα παιδεύσας τοὺς Γέτας, καὶ γράψας αὐτοῖς τοὺς νόμους, μέγιστος τῶν θεῶν ἐστι παρ' αὐτοῖς.* De eod. Diog. Laërt. lib. 8. pag. 568. *Εὗχε καὶ δοῦλον Ζάμολξιν, ᾧ Γέται θύουσι, Κρόνον νομίζοντες, ὥς φησιν Ἡρόδοτος.* Locus Herodoti, quem hic Diog. laudat, est *Musa* 4. seu *Melpom.* vbi Getas *ἀθανατίζοντας* vocat, ab immortalitate animorum, quam a Zamolxi fuerunt edocti: prolixeque describit, quo ritu quinto quoque anno ad ipsum dimittant e suis aliquem forte delectum, quem manibus pedibusque ligent. Ibidem tamen sub finem addit, arbitrari se Zamolxim multis ante Pythagoram annis extitisse. Idem Zamolxis aliquoties etiam ab Origene L. 2. et 3. contra Celsum nominatur.

*Νοσήσαντα δὲ τὸν Φερεκύδην*] Apuleius in *Floridis*: 15
*Quin etiam Pherecydes Syro ex insula oriundus, qui primus versuum nexu repudiato conscribere ausus est passis verbis, soluto locutu, libera oratione.* (hoc est prosa, vt vulgo loquimur.) *Eum quoque Pythagoras magistrum coluit, et infandi morbi putredine in serpentium scabiem solutum, religiose humauit, etc.* vbi Apuleius istis verbis: *infandi morbi putredine, etc.* circumloquitur *φθειρίασιν*, h. e. morbum pedicularem: quo genere et Sylla, et Herodes, aliique consumpti leguntur, fere homines crudeles aut libidinosi. De Pherecyde vide et infra, Num. 55. et Iamblich. c. 30. Num. 184.

*Καὶ ἀποθανόντα θάψας*] Plenius haec memorat Iambl. d. loco: *Καὶ κηδεύων αὐτὸν παρεμείνατο ἄχρι τῆς τελευτῆς αὐτῷ, καὶ τὴν ὁσίαν ἀπεπλήρωσε περὶ τὸν αὑτοῦ καθηγεμόνα. οὕτω περὶ πολλοῦ τὴν περὶ τὸν διδάσκαλον ἐποιεῖτο σπουδήν.* Vbi illa, *τὴν ὁσίαν ἀπεπλήρωσε*, recte vertit Arcerius, *exequiarum iusta persoluit.* Sic enim et Suidas *ὁσίαν* inter-

pretatur, κηδείαν, ἐπὶ νεκροῖς τιμήν· quod nomen etiam Iſidoro Peluſiotae, cum eſſet ibi non vno loco corruptum, reſtitui atque aſſerui. Vid. Notas noſtras ad Epiſt. 57. Lib. 4.

Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεοφύλῳ] Hermodamantis huius ſupra quoque meminit Malchus noſter: et Iambl. cap. 2. Num. 11. vbi cognomentum Creophyli habuiſſe ait, et fuiſſe ἀπόγονον illius Creophyli, qui Homeri hoſpes, amicus et praeceptor extiterit: cuius et Strabo facit mentionem l. 14. *Geogr.* (vbi de Samo) referens, Homerum aliquando grati hoſpitii ergo inſcripſiſſe ei poëma, cui titulus fuerit, Οἰχαλίας ἅλωσις, hoc eſt, *Oechaliae excidium:* quod tamen poëma Callimachus aliique putarunt ab ipſomet Creophylo ſcriptum fuiſſe, et Homero hoſpiti attributum. Caeterum apud Strabonem non Κρεόφυλος, ſed Κρεώφυλος, per ω, legitur.

Εὐρυμένους τοῦ Σαμίου ἀθλητοῦ] Diuerſus ab Samio hoc athleta Eurymenes eſt ille Syracuſanus, frater Dionis, de quo Iambl. c. 31. Num. 189. De iſto autem, quem Pythagoras primus moderato carnium eſu corroborauit, cum antea alia diaeta vſus fuiſſet, conſimilia Malcho ſcribit Diog. Laërt. lib. 8. pag. 575. ibi, λέγεται δὲ καὶ πρῶτος κρέασιν ἀσκῆσαι ἀθλητάς, καὶ πρῶτόν γε Εὐρυμένην, etc. Non ergo omnino a carnium eſu Pythagoras vel ipſe abhorruit, vel ſuos abſtinere voluit.

Τυρὸν καὶ σῦκα σιτουμένων] Diog. Laërt. d. loco auctor eſt, athletas antiquitus vſos fuiſſe caricis ſiccis et caſeis mollibus et tritico: ἰσχάσι ξηραῖς, καὶ τυροῖς ὑγροῖς, καὶ πυροῖς.

Τοὺς ἐκ τοῦ νικᾷν φθόνους φεύγειν] Antiquum eſt prouerbium, Καλὸν τὸ νικᾷν· ὑπερνικᾷν δ᾽ ἐπίφθονον. Socrates lib. 3. *Hiſt. Eccleſ.* c. 21. loquens de Iuliano Imp. ſpernente crebras legationes et ſupplicationes regis Perſici bellum et obſidionem Cteſiphontis, magnae vrbis in Perſia, deprecantis, etiam parte ciuitatis oblata: *Ille vero animum non admouit, nec ſupplicium eſt miſertus: quin, ſicuti prouerbio dicitur, non cogitauit, Bonum eſſe vincere; ſupervincere autem inuidioſum.*

17 Τοῖς Μόργον μύσταις] Ita erat in MSC. Puto autem legend. μόργων. Suidas: Μοργούς, οὕτω καλοῦσι τοὺς Ἀμοργούς, τὸ Α ἀφαιροῦντες, ὥσπερ καὶ ἐπ᾽ ἄλλων. Μαῦρον γὰρ, τὸ ἀμαυρόν, καὶ σφόδελον, τὸν ἀσφόδελον καλοῦσι.

*Τῶν Ἰδαίων Δακτύλων*] Suidas: *Ἰδαῖος Δάκτυλος. Ἰδαῖος δὲ ἀπὸ τῆς Ἴδης.*

*Ἐκαθάρθη τῇ κεραυνίᾳ λίθῳ*] *Λίθον* aliquando et foeminino genere vsurpari, annotat Suidas, allato hoc exemplo: *Λίθων τὰς ἐριτίμους ἀποφέρεσθαι ἠξίουν.* De hac autem mirabili purgandi ratione, cuius hic meminit Malchus, quaerendum amplius.

*Ὁ Δικαίαρχος*] Hic Peripateticus celebris fuit, disci- 18
pulus Aristotelis, et Aristoxeni (de quo alibi) aequalis et condiscipulus. Testimonio eius etiam Diog. Laërt. in Pythagora vtitur. Cicero eius meminit saepissime, nec vnquam fere sine praeclaro elogio, nunc hominem vocans *luculentum*, nunc *historiae peritissimum*, nunc *Peripateticum magnum et copiosum*, etc. Quae omnia valde confirmant Malchi nostri de eodem iudicium, qui infra *τοῖς ἀκριβεστέροις*, hoc est, *accuratioribus scriptoribus* ipsum annumerat. Exstat hodieque libellus, cui titulus, *Βίος Ἑλλάδος* (vt *Vitam Pop. Rom.* scripsit Varro), nomen Dicaearchi praeferens, et inscriptus Theophrasto, partim versibus iambicis senariis, partim prosa, quem Cl. V. Henricus Stephanus primum, deinde et D. Hoeschelius noster edidit. De eo libello si quis ex me quaerat quid sentiam, dixero, videri mihi potius epitomen quandam Dicaearchi, quam Dicaearchum ipsum. Ex Suida enim et ex Stephano *de Vrbibus* didicimus, plures ipsum scripsisse huius argumenti libros, et quidem numero III. Ille vero, quem dixi, libellus est vnicus, et continuus. Quid, quod nec omnia hodie in eo reperiuntur, quae ab aliis ex Dicaearcho citantur? Caeterum memorabile est elogium vrbis Athenarum, quod ibi refertur, addito etiam testimonio ex Lysippi versibus petito. Ascribam locum paulo altius repetitum, vt appareat simul, quale discrimen statuat auctor ille inter *Ἀττικοὺς* et *Ἀθηναίους*, quod non facile alibi reperias: simul et defectum quendam supplebo. *Τῶν δὲ ἐνοικούντων, οἱ μὲν αὐτῶν, Ἀττικοί· οἱ δὲ, Ἀθηναῖοι. οἱ μὲν Ἀττικοὶ, περίεργοι ταῖς λαλιαῖς, ὕπουλοι, συκοφαντώδεις, παρατηρηταὶ τῶν ξενικῶν βίων. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, μεγαλόψυχοι, ἁπλοῖ τοῖς τρόποις, φιλίας γνήσιοι φύλακες. Διατρέχουσι δέ τινες ἐν τῇ πόλει λογογράφοι, σείοντες τοὺς παρεπιδημοῦντας καὶ εὐπόρους τῶν ξένων· οὓς ὅταν ὁ δῆμος λάβῃ, σκληραῖς περιβάλλει ζημίαις. Οἱ δὲ εἰλικρινεῖς Ἀθηναῖοι, δριμεῖς τῶν τεχνῶν ἀκροαταὶ, διὰ τὰς συνεχεῖς* (videtur supplend. *σχολὰς*, vel *ὁμιλίας*, vel *ἀσκήσεις*). *τὸ*

καθόλου δ' ὅσον αἱ λοιπαὶ πόλεις πρός τε ἡδονὴν καὶ βίον διόρθωσιν τῶν ἀγρῶν διαφέρουσι, τοσοῦτον τῶν λοιπῶν πόλεων ἡ τῶν Ἀθηναίων παραλλάττει. Φυλακτέον δ' ὡς ἔνι μάλιστα τὰς ἑταίρας, μὴ λάθῃ τὶς ἡδέως ἀπολόμενος. Ὁ στίχος Λυσίππου·

> Εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, στέλεχος εἶ.
> Εἰ δὲ τεθέασαι, μὴ τεθήρευσαι δ', ὄνος.
> Εἰ δ' εὐαρεστῶν ἀποτρέχεις, κανθήλιος.

Quos totidem iambicis Latinis commutabimus ad hanc faciem:

> *Si nunquam Athenae sunt tibi visae, truncus es.*
> *Sin visa ea vrbs te haud cepit, asinus es merus.*
> *Visam relinquis curriculo? mihi mulus es.*

Πολυπλάνου] Sic Homerus πολύπλαγκτον vocat Vlyssem.

Περιττοῦ] Περιττὰ plerumque sunt *superflua*: (vnde et medicorum περιττώματα dicta sunt) quae alio nomine τὰ ὑπερβάλλοντα, vt in illo nobili praecepto philosophico, quod praeter caeteros inculcat Simplicius: Σιγάσθω τὰ περιττά: hoc est: *Taceantur superflua*. Item in versibus Alexidis comici apud Athenaeum lib. 10.

> Τὰ περιττὰ μισῶ· τοῖς ὑπερβάλλουσι γὰρ
> Τέρψις μὲν οὐκ ἔνεστι, πολυτέλεια δέ.

Hoc est:

> *Superflua odi. Nulla enim superfluis*
> *Inest voluptas: tantum inanis sumptus est.*

Sic alibi passim. Sed hic ἀνὴρ περιττός est eximius, insignis, atque excellens: qui alias ἐξαίρετος: vt saepissime apud Aristotelem. Fidei faciendae causa proferam aliquot exempla. Sic Problem. 1. Sect. 30. p. 212. Περιττοὶ ἄνδρες μελαγχολικοί. Et pag. 216. Μηδὲν ἔχοντες περιττόν: *Nihil habentes eximium*, vel *egregium*. Sic 6. *Ethic.* cap. 7. coniungit περιττὰ καὶ θαυμαστὰ, καὶ χαλεπὰ, καὶ δαιμόνια. quomodo etiam 8. *Polit.* iungit ἐκ παραλλήλου, τὰ περιττὰ καὶ θαυμάσια τῶν ἔργων. Sic 1. *Metaphys.* cap. 2. δυστυχεῖς εἶναι τοὺς περιττούς. Idem eiusdem operis lib. X. cap. 1. Οὐδὲν δὴ λέγοντες περιττὸν, φαίνονταί τι λέγειν. Sic 5. *Polit.* cap. 10. περιττὴ πρᾶξις dicitur. Ita et alii auctores praestantissimi vtuntur: vt Theognis:

> Χρὴ μουσῶν θεράποντα καὶ ἄγγελον, εἴ τι περιττὸν
> Εἰδείη σοφίης, μὴ φθονερὸν τελέθειν etc.

Sic apud Platonem Axiocho sunt *περιττοὶ λόγοι*. Ibidemque *τὰ κοινὰ τοῖς περιττοῖς* opponuntur. Sic Philo lib. *de Iosepho*: *ἐζωπύρει τὴν τοῦ παιδὸς φύσιν ἐξαιρέτοις καὶ περιτταῖς ἐπιμελείαις* etc. Ecce, *ἐκ παραλλήλου* iungit *ἐξαίρετον* et *περιττὸν*, vt *ἰσοδυναμοῦντα*. Sic Malchus ipse infra, *τὸν περιττότερον λόγον* et *τὸν πρὸς ἀκρίβειαν διαπεπονημένον τῆς ἐπιστήμης λόγον* coniungit. Sic Simplicius Commentar. in *Enchirid. Epicteti* pag. 8. b. *τὰ ἀποτελέσματα δυνατοὶ ἀπὸ τῶν ὀργάνων διαγινώσκειν οἱ περιττόν τι κατὰ τὰς τέχνας ἔχοντες*. Hoc est, *qui eximium quippiam in artibus habent*, etc. Sic apud Suidam Salustius Aulae Praef. ab nescio quo historico dicitur *ἀνὴρ διαφερόντως περιττὸς εἰς φιλανθρωπίαν*: *Vir eximia quadam et singulari humanitate praeditus*. Et mox ibid. aurea mala, quae vocantur, non ex eo sic appellata scribit, quod revera essent aurea, sed quia *περιττώτερα τῶν ἄλλων*, h. e. *aliis praestantiora*. Sic enim exponere malim, quam, vt Suidas, *μείζονα*, h. e. *maiora*.

*Τὴν Κροτωνιατῶν πόλιν*] Hanc *ἐπισημοτάτην πόλιν* vocat Iambl. cap. 6. Et Valerius Maxim. lib. VIII. cap. 15. *opulentissimam ciuitatem*, *cuius Senatus* (absque exemplo) *constiterit mille hominum numero*. Huius tanti et vere Amplissimi Senatus consiliarius fuit Pythagoras, ipsorum rogatu, vt ex eodem Valerii testimonio discimus. Vnde aestimare licet, quantam Crotoniatae de ipsius sapientia habuerint opinionem ac fiduciam.

*Τὸ τῶν γερόντων*: et mox: *τοῖς νέοις*: et rursum: *τοῖς παισὶν*] Huc pertinet quod de Pythagora ex Aegypto reuerso scribit Isocrates in *Busiride*, tantum nobilitate praestitisse caeteris, vt et adolescentes omnes cuperent ipsius esse discipuli, et senes mallent liberos suos cum eo viuere, quam rei familiari operam dare. Verba graeca alio loco referam.

*Οὐ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας*] Etiam foeminas doctrinarum studiis excoli debere, et quidem id fieri posse sine detrimento aut periculo pudicitiae earum, demonstrat cum rationibus tum exemplis Iohannes Ludouicus Viues de *Institut. Christianae foeminae* lib. I. Item lib. *de officio mariti*, cap. *de disciplina foeminae*. 19

*Θεανοῦς καὶ διεβοήθη τοὔνομα*] Pro *καὶ διεβοήθη* forte rectius legerimus *περιεβοήθη*. Theano autem ista etiam a Iamblicho recensetur in catalogo illustrium foemi-

narum, quae Pythagorae sectam secutae sint. Et Didymus in libro, quem de philosophia Pythagorica fecit, testatur apud Clementem Alexandr. I. *Strom.* pag. 133. *Θεανὼ τὴν Κροτωνιᾶτιν πρώτην γυναικῶν φιλοσοφῆσαι, καὶ ποιήματα γράψαι: Primam foeminarum Theano et philosophatam esse et poemata scripsisse.* Sic Ausonius: *Quas* (scil. virtutes) *Tanaquilla habuit, quas Pythagorea Theano.* Sed quaenam illa fuerit, non satis constare inter auctores video. Alii enim Brontini Crotoniatae filiam et Pythagorae vxorem faciunt: alii vero Brontini vxorem, et Pythagorae discipulam. Diog. Laërt. lib. 8. pag. 594. *Ἦν δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ καὶ γυνὴ, Θεανὼ ὄνομα, Βροντίνου τοῦ Κροτωνιάτου θυγάτηρ· οἱ δὲ γυναῖκα μὲν εἶναι Βροντίνου, μαθήτριαν δὲ Πυθαγόρου.* Theodoretus quoque Sermone 2. *de principio aduersus gentes* scribit, Pythagorae vxorem fuisse Theano, quae et defuncto marito regendas susceperit scholas vna cum filiis Telauge et Mnesarcho. Verba Theodoreti paulo altius repetita haec sunt: *Πυθαγόρας δὲ ὁ Μνησάρχου ἀρχὴν τῶν πάντων ἔφησε τὴν μονάδα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐγενέσθην Ἀναξαγόρας καὶ Πυθαγόρας. Ἀλλὰ τὴν Πυθαγόρου μὲν διατριβὴν ἡ γαμετὴ Θεανὼ διεδέξατο, καὶ Τηλαύγης καὶ Μνήσαρχος, οἱ τούτου παῖδες. Τηλαύγους δὲ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος ἐγένετο φοιτητής. Τοῦ δὲ Ἀναξαγόρου Ἀρχέλαος· Ἀρχελάου δὲ Σωκράτης, ὁ Ἀθηναῖος. καὶ Ἀναξαγόρας δὲ καὶ Πυθαγόρας εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενοι, τοῖς Αἰγυπτίων καὶ Ἑβραίων αὐτόθι σοφοῖς ξυγγενέσθην, καὶ τὴν περὶ τοῦ ὄντος ἠρανισάσθην γνῶσιν.* Sed ex Iamblicho discimus lib. I. cap. 27. duas diuersas foeminas nomen Theano possedisse; quarum vna Pythagorae, altera Brontini vxor fuerit. Imo sunt etiam qui filiarum Pythagorae vnam Theano faciant: in quibus ille est apud Photium innominatus *βιογράφος* pag. 712. Bibliothecae; *Καὶ ἡ Θεανὼ δὲ λέγεται οὐ μαθήτρια μόνον, ἀλλὰ καὶ μία τῶν θυγατέρων αὐτοῦ εἶναι.* Alterutra vero harum fertur celebre hoc et pulchrum protulisse apophthegma (*τὸ καλὸν καὶ περίβλεπτον ῥῆμα* vocat Iamblich. dicto cap. 27. et *τὸ περιβόητον γενόμενον ἀπόφθεγμα* c. 11.): *ὡς ἀπὸ μὲν τοῦ συνοικοῦντος ἀνδρὸς ἀνισταμένην γυναῖκα ὅσιόν ἐστιν αὐθημερὸν προσιέναι τοῖς ἱεροῖς καὶ θύειν· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ προσήκοντος, οὐδέποτε.* Caeterum Lat. interpretatio d. c. 11. apud Iamblich. nullius est pretii, quae sic habet: *Ad haec vero illud fama percelebratum fuit, in publico conuentu libere dixisse, ab viro cohabitante eodem statim die ad sacra accedere, pium esse; ab eo vero, qui cognatus et affinis non sit, accedere nequaquam.*

Putabat enim interpres, Pythagoram hoc in publico conventu protulisse de officio vxoris, quod Iamblichus vult vxorem ipsam, ex mente et sententia Theanus, dicere vel cogitare in congressu maritali. Sic enim accipio τὴν σύνοδον, quae eodem capite paulo ante dicebatur ἡ πρὸς τοὺς ἄνδρας ὁμιλία, et vsitatius vocatur συνουσία: apud Ausonium in *Periochis Homericis* est *in coetum conuentio.* Nec recte vertit interpres particulam μηδέποτε *nequaquam*, quasi idem esset cum μηδαμῶς. Sed μηδέποτε est *nunquam.* Deinde ὁ μὴ προσήκων simpliciter est *vir extraneus*, siue *alienus.* Nam et Diog. Laërt. ἀλλότριον vocat l. VIII. pag. 595. vbi scribit, Theano protulisse hoc celebre scitum ad alterius cuiuspiam interrogationem, φασὶν αὐτὴν ἐρωτηθεῖσαν, ποσταία γυνὴ ἐπ' (leg. ἀπ') ἀνδρὸς καθαρεύει, φάναι· Ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου παραχρῆμα· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου οὐδέποτε. Theodoretus Serm. 12. *de Virtute Actiua* his verbis idem refert: Ἐρωτηθεῖσα, ποσταία γυνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς εἰς τὸ θεσμοφόριον κάτεισιν· Ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου παραχρῆμα ἔφη. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου οὐδέποτε. In summa, hoc indicare voluit Theano, Honorabile esse coniugium inter omnes, et thorum immaculatum: scortatores autem et adulteros diuino iudicio condemnatum iri: quae S. Pauli est sententia in Epistola ad Hebraeos capite vltimo v. 4. Vide quae dixi in Notis ad Isidori epist. 129, lib. IV.

Est et alterum Theanus memorabile scitum, quo dicebat, eam quae ad virum suum ingrederetur, cum vestibus verecundiam quoque debere deponere, et rursum resurgentem eandem resumere vna cum vestibus. Diog. Laërt. Τῇ πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα μελλούσῃ πορεύεσθαι, παρῄνει (ἡ Θεανὼ) ἅμα τοῖς ἐνδύμασι καὶ τὴν αἰσχύνην ἀποτίθεσθαι· ἀνισταμένην τε πάλιν ἅμα αὐτοῖσιν ἀναλαμβάνειν. Tertium quoque eiusdem apophthegma refert Theodoretus dicto Serm. 12. Cum enim nescio quis ipsam intuitus admiratione formae dixisset, Καλὸς ὁ πῆχυς: *Pulchrum brachium!* respondit illa: Ἀλλ' οὐ δημόσιον: hoc est, *At non vulgare* (sicut vulgaris mulier dicitur Vlpiano in l. 13. *si vxor.* §. *sed et in ea.* D. *ad l. Iul. de adult.* quae vulgo se prostituit).

*Οὐδ' ἡ τυχοῦσα ἦν παρ' αὐτοῖς σιωπή*] De silentio Pythagorico, quod discipulis indicebatur, decantatissima res est. Vocabant et ἐχεμυθίαν, teste Agellio lib. I. c. 9. Suidas: Ἐχεμυθεῖ, ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον. Ἐχεμυθία, σιωπή, μυστήρια. Ἐχέμυθος, μυστήριον κρυπτὸν φυλάττων, ἢ φρόνιμος.

Deinde ex auctore innominato haec subiungit: Ἦν δὲ ἐχέμυθος ἐς τὰ μάλιστα καὶ κρυψίνους, etc. Et mox: Ἐχεμυθότατος, ὁ φρονιμώτατος. Hesychius: Ἐχεμυθεῖ, ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον σιωπῇ. Ἐχεμυθεῖν, σιωπᾷν, λόγους στέγειν. Ἐχέμυθος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον, ἤτοι κρατῶν τὸν λόγον σιωπῇ. Etiam ἐχιρρημοσύνην dicebant, sed rariore vocabulo. Vid. Iamblich. lib. I. cap. 16. et cap. 20. et cap. 23. et cap. 31. et cap. 32. Item lib. II. cap. vlt.

Exstat et Palladae in hoc Pythagoricum silentium Epigramma lib. I. *Antholog.* tit. εἰς σιωπὴν, quod cum Lat. interpretatione nostra subiiciam.

Ἡ μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι σιωπή·
Μάρτυρα Πυθαγόραν τὸν σοφὸν αὐτὸν ἔχω,
Ὃς λαλέειν εἰδὼς, ἑτέρους ἐδίδαξε σιωπᾷν,
Φάρμακον ἡσυχίας ἐγκρατὲς εὑράμενος.

*Doctrinae pars haud postrema est, posse tacere:*
*Testis in hac mihi ro Pythagoras sophus est.*
*Hic alios docuit, fari catus ipse, tacere,*
*Conueniensque ori pharmacon applicuit.*

Simplicius in Commentario doctissimo ad Epicteti Enchiridion (mihi pag. 81. et seq. edit. Venet.) ad praeceptum: Ἡ σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι' ὀλίγων· etiam huius silentii Pythagorici meminit, et rationem reddit, his verbis: Τῶν δὲ οἰκείων τῷ τοιούτῳ χαρακτῆρι, πρῶτον καὶ κυριώτατον σιωπὴ, φησὶ, τὸ πολὺ ἔστω. Ἡ γὰρ ὅλη σπουδὴ τῶν παιδευτικῶν λόγων ἐστὶν, ἐπιστρέψαι τὴν ψυχὴν εἰς ἑαυτὴν ἀπό τε τῶν ἐκτὸς, καὶ ἀπὸ τῶν ἀλόγων ἐν αὐτῇ παθῶν, καὶ τοῦ σώματος, ὥστε τὴν ἑαυτῆς ζωὴν τὴν αὐτὴν ἀεὶ ζῆν. Πρὸς δὲ τοῦτο ἡ σιωπὴ τὰ μέγιστα συντελεῖ. Διὸ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι τῆς καθ' ἑαυτῆς (forte leg. ἑαυτοὺς) διαγωγῆς ἀρχὴν ἀνυσιμωτάτην συνέταττον τὴν πενταετῆ σιωπήν. etc.

Sed de tempore huius silentii non inter omnes constat, quamdiu id durarit. Vulgo plerisque persuasum est, in omnibus indistincte fuisse id quinquennale. Hinc Servius P. Danielis ad X. *Aen.* pag. 602. *Amyclas tacitas dicit,* (Virg.) id est, *Pythagoreas. Nam Pythagorica virtus est quinquennale silentium.* Et Diog. Laërt. lib. VIII. pag. 575. Πενταετίαν τε ἡσύχαζον (αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ) μόνον τὸν λόγον (forte τῶν λόγων) κατακούοντες, καὶ οὐδέπω τὸν Πυθαγόραν ὁρῶντες, εἰς ὃ δοκιμασθεῖεν. τοὐντεῦθεν δὲ ἐγίνοντο τῆς οἰκίας

*αὐτοῦ, καὶ τῆς ὄψεως μετεῖχον.* Hinc Lucianus quoque in *βίων πράσει*, ad interrogationem, *τίς ὁ τρόπος τῆς ἀναμνήσεως;* quomodo, inquam, in memoriam Pythagoras reuocaret hominibus ea quae anteà nouissent? (discere enim nihil aliud esse aiebat quam reminisci, quod postea et Platoni dogma placuit) respondere facit Pythagoram Ionice ad hunc modum: *Τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχίη μακρὴ, καὶ ἀφωνίη, καὶ πέντε ὅλων ἐτέων λαλέειν μηδεέν.* Hoc tamen refellitur istis Agellii verbis dicto cap. 9. *Iubebat* (Pythag.) *tempus certum tacere: non omnes idem, sed aliud aliis tempus, pro aestimato captu solertiae.* Et mox: *Sed non minus quisquam tacuit quam biennium,* etc. Non ergo omnibus promiscue indicebatur *πενταετὴς ἐχεμυθία;* sed quibusdam etiam multo breuioris temporis, si quid Agellio credimus. Notanda et causa est istius imperati silentii, quae erat, vt circa difficilia exercerentur. In his enim virtus et ars occupatur, vt ait etiam Aristoteles. *Ἔστι δὲ πάντων χαλεπώτατον ἐγκρατευμάτων, τὸ γλώττης κρατεῖν*, vt ait Iamblich. lib. I. cap. 31. Vnde et Socrates dicebat, facilius carbonem ignitum in lingua posse contineri, quam arcanum sermonem. Arist. quoque, cum ex eo quaereretur, quid esset omnium rerum difficillimum in vita, respondit, *Σιωπᾶν ἃ μὴ δεῖ λαλεῖν: Tacere quae loqui non oportet.* Vide Stobaeum Serm. 30. *περὶ ἀποῤῥήτων.* Et, vt ait Dionysius Cato: *Proximus ille deo est, qui scit ratione tacere.* Ouidius 2. *de Arte amandi:*

> *Eximia est virtus, praestare silentia rebus:*
> *At contra grauis est culpa, tacenda loqui.*

Quo et ista pertinent Agellii dicto loco: *Vbi res didicerant rerum omnium difficillimas, tacere audireque, atque esse iam coeperant silentio eruditi, cui erat nomen ἐχεμυθία* etc. Clemens Alexandr. *Strom.* 5. p. 247. hanc silentii indicti rationem reddit: Vt familiares Pythagorae a sensilibus auersi, sola mente diuinum numen intuerentur. *Τοῦτο ἄρα βούλεται καὶ τῷ Πυθαγόρᾳ ἡ τῆς πενταετίας σιωπὴ, ἣν τοῖς γνωρίμοις παρεγγύα* (forte *παρηγγύα*), *ὡς δὴ ἀποστραφέντες τῶν αἰσθητῶν, ψιλῷ τῷ νῷ τὸ θεῖον ἐποπτεύοιεν.* Obseruo autem duplex silentium Pythagoricum: vnum discipulorum, quod erat certo tempore circumscriptum, ita vt non esset infra biennium, non etiam supra quinquennium: alterum etiam illorum, qui legitimos discipulatus annos iam compleuerant, quo non quidem inter se, verum ad alios, non Pythagoricos siue extraneos vtebantur. Atque hoc erat perpetuum. Ita acci-

pio apud Iamblichum non vno loco παντελῆ σιωπήν: vbi Desid. Herald. meo iudicio non recte nobis substituere conatur πενταετῆ σιωπήν. Ego retinend. aio παντελῆ. Vid. Num. 68. et 188. Neque enim verisimile est, tot locis corruptum esse adiectiuum παντελὴς in πενταετής. Posterius hoc genus silentii, quod παντελὲς seu omnimodum vocari diximus, praebet nobis occasionem tollendi vnius atque alterius insignis mendi scripturae ex duobus Iambl. locis. Vnus est lib. I. cap. 23. num. 104. vbi sic editum est: Ἀλλὰ κατὰ τὴν νενομοθετημένην αὐτοῖς ὑπὸ Πυθαγόρου ἐχεμυθίαν θείων μυστηρίων καὶ πρὸς τοὺς ἀτελέστους ἀποῤῥήτων τρόπων ἥπτοντο, καὶ διὰ συμβόλων ἐπισκόπουν τὰς πρὸς ἀλλήλους διαλέξεις ἢ καὶ συγγραφάς. Ex quibus posteriora verba sic satis verbose vitioseque vertit Fris. Interp. *Adeoque per symbola mutuas communicationes ac colloquia vel etiam commentaria scriptionesque considerabant.* Sed aut ego nihil video, aut pro ἐπισκόπουν reponi debet ἐπεσκότουν, hoc est, *tenebris inuoluebant, obscurabant.* Alter locus emendationis egens in *Protrept.* cap. 21. p. 131. ita legitur: Ἀλλὰ κατὰ τὴν νενομοθετημένην αὐτοῖς ὑπὸ Πυθαγόρου ἐχεμυθίαν μυστηρίων καὶ πρὸς τοὺς ἀτελεστέρους τρόπων ἀποῤῥήτων (leg. puto ἀτελέστους ἀποῤ. τρόπων) ἥπτοντο, καὶ διὰ συμβόλων ἐπίσκεπον τὰς πρὸς ἄλλας διαλέξεις ἢ συγγραφάς. Putarit fortasse quispiam, hic quoque legendum ἐπεσκότουν pro ἐπίσκεπον. Sed nihil mutandum. Nam ἐπισκοτοῦν et ἐπισκέπειν pro iisdem vsurpasse videtur Iamblich. σκέπω, vnde et σκέπας, est *tego*: ἐπισκέπω, *contego.* Caeterum pro ἄλλας restituend. puto ἀλλήλους: vt loco priore legebatur. An vtrobique potius ἄλλους legendum? quod mihi non videtur. Redeamus vero paulisper ad silentium Pythagoreum: de quo mihi non tempero quin adscribam Apuleii verba in *Floridis:* quod equidem tanto faciam libentius, quod insigne Pythagorae elogium complectantur. *Tot ille doctoribus eruditus, tot tamque multiiugis fontibus disciplinarum toto orbe haustis, vir praesertim ingenio ingenti, ac profecto supra captum hominis animi augustior, primus philosophiae nuncupator et conditor, nihil prius discipulos suos docuit, quam tacere, primaque apud eum meditatio sapienti futuro, linguam omnem* (forte omnino) *coërcere, verbaque, quae volantia poëta appellat, ea verba detractis pinnis intra murum candentium dentium premere. Prorsus, inquam, hoc erat primum sapientiae rudimentum, meditari discere, loquitari dediscere. Non in totum tamen vocem desuescebant, nec omnes pari tempore elingues magistrum sectabantur; sed*

*grauioribus viris breui spatio satis videbatur taciturnitas modificata. Loquaciores enimuero ferme in quinquennium velut in exilium vocis puniebantur.* (f. leg. *veluti exilio v. p.*) Haec Platonicus ille Madaurensis, qui et ipse, perinde vt Agellius, non omnibus quinquennale, sed quibusdam etiam breuioris temporis silentium imperatum fuisse testatur. Non omittam hic κακοζηλίαν Basilidis haeretici, quem et ipsum scribunt suis praecepisse silentium more Pythagorico ad quinquennium. Vid. Euseb. lib. IV. *Hist. Eccles.* cap. 7. Nec illud indictum relinquam, quod apud S. Hieronymum legi Commentario in Ecclesiasten Salomonis cap. 3. ad verba: *Tempus tacendi, et tempus loquendi.* Annotat ibi vir doctissimus ista: *Pythagoricos reor, quorum disciplina est, tacere per quinquennium, et postea eruditos loqui, hinc originem sui traxisse decreti. Discamus itaque et nos, prius non loqui, vt postea ad loquendum ora reseremus. Sileamus certo tempore, et a praeceptoris eloquio pendeamus. Nihil nobis videatur rectum esse, nisi quod discimus, vt post multam silentium de discipulis efficiamur magistri. Nunc vero pro seculorum quotidie in peius labentium vitio, docemus in Ecclesiis, quod nescimus. Et si compositione verborum, vel instinctu Diaboli, qui fautor errorum est, plausus populi excitauerimus, contra conscientiam nostram scire nos arbitramur, de quo aliis potuimus persuadere. Omnes artes absque doctore non discimus: sola haec tam vilis et facilis est, vt non indigeat praeceptore.* Hactenus S. Hieronymus. De posteriori silentii Pythagorei genere, quam παντελῆ σιωπὴν seu ἐχεμυθίαν vocabamus, obseruo etiam locum Iamblichi ex cap. 32. Num. 226. τὰ κυριώτατα καὶ συνεκτικώτατα τῶν ἐν αὐτῇ δογμάτων ἀπόῤῥητα ἐν ἑαυτοῖς διεφύλαττον ἅπαντες ἀεὶ, μετὰ ἀκριβοῦς ἐχεμυθίας πρὸς τοὺς ἐξωτερικοὺς ἀνέκφορα διατηροῦντες ἀγράφως ἐν μνήμῃ, τοῖς διαδόχοις ὥσπερ μυστήρια θεῶν μεταπαραδιδόντες· διόπερ οὐδὲν ἐξεφοίτησε τῶν λόγου ἀξίων, μέχρι πολλοῦ διδασκόμενά τε καὶ μανθανόμενα· ἐντὸς δὲ τοίχων μόνων ἐγνωρίζετο. etc. Eod. allusit Cicero, cum in I. *de Natur. Deorum* scripsit: *Nec tu me celas, vt Pythagoras solebat alienos.* Vbi alienos intelligere debemus τοὺς ἀμυήτους, quos Iamblich. nunc ἀτελέστους, nunc ἐξωτερικοὺς, nunc θυραίους, nunc βεβήλους vocat, non initiatos scil. mysteriis Pythagoricis: qui Virgilio, Horatio, aliisque sunt *profani.*

Ὡς ἀθάνατον εἶναι φησὶ τὴν ψυχὴν] Sententiam suam de animae immortalitate hausit Pythagoras a magistro suo

Pherecyde. Cicero *Tuscul.* 1. *Pherecydes Syrus primum dixit, animos hominum esse sempiternos. antiquus sane: fuit enim meo regnante gentili.* (Seruio Tullio.) *Hanc opinionem discipulus eius Pythagoras maxime confirmauit.* etc. Sic alibi idem Cicero de Pythagora testatur, ipsum animas in immortalitatem asseruisse. At verissimam hanc sententiam corrupit additamento stultissimo falsissimoque, dum docuit (si tamen docuit) *μετεμψύχωσιν, ἤγουν μετενσωμάτωσιν, τουτέστιν ὅτι μεταβάλλουσιν αἱ ψυχαὶ εἰς ἄλλα σώματα ἀνθρώπων, ἢ καὶ ἀλόγων ζώων:* quem *animae recidiuatum* vocat eruditissimus Tertullianus: Diog. Laert. pag. 570. *τῆς ψυχῆς περιπόλησιν.* Idem Diog. pag. 576. *Πρῶτόν τε φασι τοῦτον ἀποφῆναι, τὴν ψυχὴν κύκλον ἀνάγκης ἀμείβουσαν, ἄλλοτε ἄλλοις ἐνδεῖσθαι ζώοις.* Sic B. Hieronymus *Apolog. aduersus Ruffin. Et quia Pythagorica dogmata legisse me dixeram, audi, quid apud Graecos primus Pythagoras inuenerit. Se primum fuisse Euphorbum, secundo Callidem, tertio Hermotimum, quarto Pyrrhum, ad extremum Pythagoram.* Lactantius etiam horum Pythag. dogmatum aliquoties meminit, vt lib. III. cap. 18. *Alii autem* (inquit) *contraria his disserunt, superesse animas post mortem, et hi sunt maxime Pythagorici ac Stoici; quibus etsi ignoscendum est, quia verum sentiunt, non possum tamen non reprehendere eos, quia non scientia, sed casu inciderunt in veritatem. Itaque in eo ipso quod recte sentiebant, aliquid errarunt. Nam cum timerent argumentum illud, quo colligitur, necesse esse, vt occidant animae cum corporibus, quia cum corporibus nascuntur: dixerunt, non nasci animas, sed insinuari potius in corpora, et de aliis in alia migrare. Nec putarunt aliter fieri posse, vt supersint animae post corpora, nisi videantur fuisse ante corpora. Par igitur ac prope similis error est partis vtriusque.* etc. Idem cap. 19. *Sed videlicet Pythagorae credidit* (scil. Plato, dum se naturae gratias agere diceret, inter cetera, quod homo natus esset potius quam mutum animal) *qui, vt vetaret homines animalibus vesci, dixit, Animas de corporibus in aliorum animalium corpora commeare: quod et vanum, et impossibile est. Vanum, quia necesse non fuit, veteres animas in noua corpora inducere, cum idem artifex, qui primas aliquando fecerat, potuerit semper nouas facere: Impossibile, quia rectae rationis anima tam immutare naturam status sui non potest, quam ignis, aut deorsum niti, aut in transversum fulminis modo flammam suam fundere.* etc. Sic B. Ambrosius lib. *de Bono mortis* c. 10. *Vt cognoscant Gentiles,*

*ea quae in philosophiae* (f. philosophorum) *libris mirantur, translata de nostris. Atque vtinam non superflua his et inutilia miscuissent, vt dicerent, animas hominum pariter ac bestiarum esse communes, earumque summum praemium, si magnorum philosophorum animae in apes aut luscinias demigrarent, vt qui ante hominum genus sermone pauissent, postea mellis dulcedine, aut cantus suauitate mulcerent. Satis fuerat dixisse illis, quod liberatae animae de corporibus ἅϊδην peterent; id est, locum qui non videtur: quem locum Latine infernum dicimus. Denique et scriptura habitacula illa animarum promptuaria nuncupauit*, etc. Sic Iohannes Chrysostomus illud dogma turpitudinis plenum pronuntiat Homilia 1. in Ioan. quod Pythagorei tradiderint, animas hominum migrare etiam in muscas et culices et frutices: *Δογμάτων δὲ ἕνεκεν τῶν περὶ ψυχῆς, οὐδ᾽ ὑπερβολήν τινα κατέλιπον αἰσχύνης λοιπόν, μύας* (Ita vulgo legitur: quod et interpres Aretinus agnovit, dum vertit, mures. Corrigendum puto, *μυίας*, id est, *muscas*, nam mures esset *μῦς.) καὶ κώνωπας καὶ θάμνους τὰς τῶν ἀνθρώπων λέγοντες γίνεσθαι ψυχὰς, καὶ τὸν θεὸν αὐτὸν ψυχὴν εἶναι φάσκοντες, καὶ ἕτερα ἄττα τοιαῦτα ἀσχημονοῦντες.* Ibid. paulo mox (quod obiter moneo) emendandus videtur idem Chrysost. vbi sic editum est: *Καθάπερ γὰρ ἐν Εὐρίπῳ τῇδε κἀκεῖσε περιφερόμενοι, οὕτως οὐδέ ποτε ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἑστήκεσαν, ἅτε ἀπὸ τῶν δηλῶν καὶ ἐπισφαλῶν λογισμῶν πάντα φθεγγόμενοι.* Quod postremum cum sic reddiderit interpres: *vtpote incerta et fragili sententia omnia loquentes:* legisse videtur, aut in animo habuisse, *ἀδήλων.* Sed veram lectionem esse aio, *δειλῶν.* Timidas enim et lubricas ratiocinationes vocat Chrysost. philosophorum de rebus opiniones fluctuantes.

Theodoretus quoque non semel hanc vanitatem *μετεμψυχώσεως* refutat; vt in Haereticarum Fabularum compendio, vbi de Carpocrate haeretico: *Cum Pythagoricas a corporibus in corpora traiectiones admisissent* (Carpocratiani), *quod eis connexum a Pythagora dicebatur, non admiserunt. Pythagoras enim dicebat, animas, quae peccarent, mitti in corpora, vt et poenas darent, et rite expiarentur. Hi autem causam afferunt illius in corpora transitus, quae Pythagoricae ex diametro repugnat. Dicunt enim animas mitti in corpora, vt omne genus libidinis et petulantiae peragant. Eas ergo, quae in vno descensu impleuerint, non egere alia missione. Quae autem parum peccarunt, et bis mitti, et ter, et saepius,*

*donec omnia vitiorum genera impleuerint*, etc. Idem Theodoret. *Epitome diuinorum decretorum*, sub titulo *de homine:* „Animam autem simplicem esse dicimus, et ratione praeditam, et immortalem; non tamen ante corpus praeexistere. Pythagoras enim et Plato et Plotinus, et qui eius sectae sunt, immortales animas esse confessi, dixerunt, eas ante corpora praeexistere, et esse quendam innumerabilem animarum populum: et quae peccant quidem, demitti in corpora, vt tali purgata disciplina in locum proprium reuertantur: quae autem etiam in corporibus vitam iniquam et sceleratam amplexae fuerint, in rationis expertia demitti animalia: eos quidem qui amarae bilis sunt, et iracundiae veneno referti, in serpentes; rapaces vero in lupos; audaces autem in leones; fraudulentos autem in vulpes; et eiusmodi quasdam ineptas confinxere fabulas, etc.“ Denique eodem libro cap. *de iudicio:* „Pythagoras animarum in corpora transitus fabulatus est, dicens, eas non solum in corpora brutorum, sed etiam in arbores transire. Itidem etiam Plato hanc fabulam nescio quomodo secutus est. Hinc Manes, et, quae eum praecessit, impiorum Gnosticorum haeresis, accepta occasione, dixerunt, hoc esse supplicium. Scelerati autem Carpocrates et Epiphanes et Prodicus et Caieni, suillam plane vitam constituentes, dicebant, animas in corpora transmitti, vt per libidinem et omnem intemperantiam vnum quemque angelorum mundi conditorum colerent. Piorum autem ecclesia eos et huiusmodi fabulas execratur,“ etc.

Sed de fabulosa illa migratione animarum in alia corpora, et ipsius Pythagorae metamorphosi, plura dicendi locus erit infra. Illud tantum hoc loco addam, quod legi apud Socratem lib. III. *Histor. Eccles.* cap. 21. etiam Iulianum Apostatam hac vanissima opinione fuisse dementatum, vt sibi persuaderet, iuxta Pythagorae sententiam, ex transformatione se animam habere Alexandri Magni: imo ipsum se in alio corpore esse Alexandrum. Vnde et per somnia in eam spem adduci se passus est, futurum se Alexandro Macedoni rebus gestis non modo parem, sed etiam eodem superiorem. Sed haec opinio et spes eum seduxit, effecitque, vt supplicationem Persae regis respueret, et dum praelio commisso se etiam immiscebat inermem, sola spe felicitatis fretus, iaculo confixus periret, incerto necis ipsius auctore.

*Κατὰ περιόδους τινὰς τὰ γινόμενα ποτὲ, πάλιν γίνεται*] S. Hieronymus dicta *Apologia aduersus Ruffin.: Post certos temporum circulos ea quae fuerant, rursum fieri, nihilque in mundo fieri nouum*, etc. Haec et sapientissimi Salomonis est sententia *Ecclesiastae* cap. 1. *Τί τὸ γεγονός; αὐτὸ τὸ γενησόμενον. Καὶ τί τὸ πεποιημένον; αὐτὸ τὸ ποιηθησόμενον· καὶ οὐκ ἔστι πᾶν πρόσφατον ὑπὸ τὸν ἥλιον. Ὃς λαλήσει, καὶ ἐρεῖ· Ἰδὲ τοῦτο καινόν ἐστιν. Ἤδη γέγονεν ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς γενομένοις ἀπὸ ἔμπροσθεν ἡμῶν*, etc. Vid. ibid. Commentar. Hieronymi, vbi hoc latius explicans, simul refutat opinionem Epicuri, qui asserebat, per innumerabiles periodos eadem et iisdem in locis, et per eosdem fieri. Ex eodem fonte Hieronymus etiam illud putat fluxisse comicum apud Terentium: *Nihil est dictum, quod non sit dictum prius;* et postquam praeceptorem suum Donatum laudauit, addit: *Quod si in sermonibus nouum nihil dici potest, quanto magis in administratione mundi, quae ab initio sic perfecta est, vt requiesceret deus ab operibus suis in die septima*, etc. Apud Malchum vero hic post *ἁπλῶς* in MS. erat lacuna: vt credibile sit, multa hinc praeclara de dogmatis Pythagorae deperiisse.

*Ὡς μηκέτι οἴκαδ' ἀποστῆναι*] Diuinabam legend. *ἀπονοστῆσαι*. Sed forte nihil mutandum. - Haec autem quatuor verba supplenda omnino videntur apud Iamblich. cap. 6. pag. 43. post *ἐνεσχήσθησαν* (quod manifesto corruptum est) et ante, *ἀλλὰ ὁμοῦ παισὶ*, vbi ex Malcho legend. *σὺν παισί*.

*Ὁμακόϊόν τι παμμέγεθες*] Apud Iamblichum dicto loco, vbi haec eadem leguntur, est scriptum, *ὁμακόειον παμμέγεθες*. Veruntamen et *ὁμακόϊον* alibi apud eundem scriptum reperias, per *ι*, non per *ει*.

*Προστάγματα ὡσανεὶ θείας ὑποθήκας*] Sic Diog. Laert. pag. 576. *Οὕτω δὲ ἐθαυμάσθη, ὥστε ἔλεγον τοὺς γνωρίμους αὐτοῦ παντοίας θεοῦ φωνάς*. Ad quem locum Cl. Casaubonus noster sic annotauit: *Deest hic aliquid: quod dissimulauit Ambrosius*, etc. Nec addit tamen, quid putet deesse. Meo animo nihil ibi deest, sed pro *τοὺς γνωρίμους* legend. aio: *τὰς γνώμας*. Sic omnia erunt *ὁλόκληρα* et sana et plana. An etiam pro *ὥστε ἔλεγον*, reponendum *ὥστε λέγειν*?

*Τὴν πρὸς πάντων ἐπικληθεῖσαν μεγάλην Ἑλλάδα*] Iambl. cap. 29. *Ἀπὸ δὲ τούτων τῶν ἐπιτηδευμάτων συνέβη τὴν*

*Ἰταλίαν πᾶσαν φιλοσόφων ἀνδρῶν ἐμπλησθῆναι· καὶ πρότερον ἀγνοουμένης αὐτῆς, ὕστερον διὰ Πυθαγόραν μεγάλην Ἑλλάδα κληθῆναι· καὶ πλείστους παρ' αὐτῆς ἄνδρας φιλοσόφους καὶ ποιητὰς καὶ νομοθέτας γενέσθαι· τάς τε γὰρ τέχνας τὰς ῥητορικὰς καὶ τοὺς λόγους τοὺς ἐπιδεικτικοὺς, καὶ τοὺς νόμους τοὺς γεγραμμένους παρ' ἐκείνων, εἰς τὴν Ἑλλάδα συνέβη κομισθῆναι*, etc. Quem locum vel ideo volui apponere libentius, quod ex eo appareat ratio nominis, quare tantilla Italiae portio dicta fuerit Magna siue Maior Graecia: Chrysostomo etiam Maxima (*μεγίστη*) Homil. 1. in Ioan. Aliam tamen appellationis huius rationem reddit Athenaeus lib. 12. quia scil. ob regionis illius fertilitatem vbertatemque magna hominum multitudo illuc confluxerit. *Οὐκ ὀλίγον δὲ πρὸς τὴν τρυφὴν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν τοῦ σύμπαντος τούτου κλίματος καὶ τὸ πλῆθος ἐγένετο τῶν ἀνθρώπων· διὸ καὶ μεγάλη Ἑλλὰς ἐκλήθη πᾶσα σχεδὸν ἡ κατὰ τὴν Ἰταλίαν κατοίκησις.*

*Καὶ τὰς οὐσίας κοινὰς ἔθεντο*] Iamblich. Num. 168. Similiter Diog. Laert. p. 573. *Καὶ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ κατέθεντο τὰς οὐσίας εἰς ἓν ποιούμενοι.* Vbi videtur mihi praepositio *εἰς* redundare. Sic idem p. 581. inter dogmata Pythagorae hoc quoque recenset: *Ἴδιον μηδὲν ἡγεῖσθαι.* Et hoc quoque, vt alia plurima, *ἐσφετερίσατο*, hoc est, suum fecit Plato. Sed contra omnium rerum communionem prolixe disputat Lactantius Firmianus, lib. III. cap. 21. et seq.

Agellius lib. I. cap. 4. „Omnes simul, qui a Pythagora in cohortem illam disciplinarum (Cl. Casaubonus mauult, discipulorum, cui facile assentior) recepti erant, „quod quisque familiae pecuniaeque habebant, in medium „dabant, et coibatur societas inseparabilis: tanquam illud „fuerit antiquum consortium, quod in re (leg. iure) atque „verbo Romano appellabatur *κοινόβιον*." Sed quod Agellius ait, fuisse inseparabilem societatem coitam inter Pythagoreos, ei repugnare videtur locus apud Iamblichum lib. I. cap. 30. num. 168. vbi scribit, si cui non placuisset in illa societate permanere, ei fuisse integrum discedere, ad se receptis bonis, quae in communionem contulisset, et quidem cum aliqua accessione. Verba Iamblichi haec sunt: *Τοῦτο τοίνυν ἄριστα ἀνδρῶν κατεσκεύασεν ἐν τοῖς ἤθεσι, τὸ ἴδιον πᾶν ἐξορίσας, τὸ δὲ κοινὸν αὐξήσας, μέχρι τῶν ἐσχάτων κτημάτων, καὶ στάσεως αἰτίων ὄντων καὶ ταραχῆς. Κοινὰ γὰρ πᾶσι πάντα καὶ ταὐτὰ ἦν· ἴδιον δὲ οὐδεὶς οὐδὲν ἐκέκτητο. Καὶ εἰ μὲν ἠρέσκετο τῇ κοινωνίᾳ, ἐχρῆτο τοῖς κοινοῖς κατὰ τὸ δικαιότατον· εἰ δὲ μὴ, ἀπο-*

*λαβὼν ἂν τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν, καὶ πλείονα ἧς εἰσενηνόχει εἰς τὸ κοινὸν, ἀπηλλάττετο.* Et quidem congruit hoc cum istis iuris nostri principiis: *Nulla societatis in aeternum coitio est.* Et: *Nemo inuitus in communione vel societate detineri compellitur,* etc. l. 4. §. 1. l. 63. *verum est*, §. vlt. et l. 65. *actione*, §. 2. *dicimus*, et aliquot seqq. L. 70. *nulla*, *D. pro socio.* l. 14. *in hoc iudicium*, §. *si conueniat.* *D. Commun. diuid.* l. vlt. C. eodem titulo.

*Μετὰ τῶν θεῶν τὸν Πυθαγόραν κατηρίθμουν*] Pythagoram pro deo cultum fuisse, Iamblich. quoque saepe scribit, inprimis c. 6. *Καὶ μετὰ τῶν θεῶν τὸν Πυθαγόραν λοιπὸν κατηρίθμουν, ὡς ἀγαθόν τινα δαίμονα καὶ φιλανθρωπότατον, οἱ μὲν τὸν Πύθιον, οἱ δὲ τὸν ἐξ Ὑπερβορέων Ἀπόλλωνα, οἱ δὲ τὸν Παίωνα, οἱ δὲ τῶν τὴν σελήνην κατοικούντων δαιμόνων ἕνα· ἄλλοι δὲ ἄλλον τῶν Ὀλυμπίων θεῶν ἐφήμιζον, εἰς ὠφέλειαν καὶ ἐπανόρθωσιν τοῦ θνητοῦ βίου λέγοντες ἐν ἀνθρωπίνῃ μορφῇ φανῆναι τοῖς τότε, ἵνα τὸ τῆς εὐδαιμονίας τε καὶ φιλοσοφίας σωτήριον ἔναυσμα χαρίσηται τῇ θνητῇ φύσει, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτε ἦλθεν, οὔτε ἥξει ποτὲ, δωρηθὲν ἐκ θεῶν διὰ τούτου τοῦ Πυθαγόρου*, etc. Id ipsum testatur et Dio Chrysostomus Orat. 47. (mihi pag. 524. edit. Paris.) *Πυθαγόρας ἐκ Σάμου μὲν ἔφυγεν ἑκὼν τυραννουμένης. Παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις, μάλιστα δὲ οἶμαι περὶ τὴν Ἰταλίαν, ἐτιμᾶτο ὡς θεός.* Testatur idem Iustinus lib. XX. Sed is defuncto hoc contigisse ait, vt pro deo coleretur: caeteri etiam viuum pro deo habitum fuisse significant. In vtroque autem par et aequalis fuit idololatria. Nam vnus tantum est deus, vt ex pluribus Sacr. Script. testimoniis dei beneficio nouimus.

*Οὐ μὰ τὸν ἁμετ.*] Suidas in *Ἀριθμῷ*: *Ὅτι οἱ Πυθαγόρειοι πάντα ἀριθμὸν τετρακτὺν προσηγόρευον. ὁ δὲ ἀριθμὸς συμπληροῦται τοῖς δέκα. ὁ δὲ δέκα σύνθεσις τῶν τεσσάρων, καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἀριθμὸν πάντα τετρακτὺν ἔλεγον.* Macrob. lib. I. *in Somn. Scip.* cap. 6. Sed quaternarium quidem Pythagorei, quem *τετρακτὺν* vocant, adeo quasi ad perfectionem animae pertinentem inter arcana venerantur, vt ex eo et iurisiurandi religionem sibi fecerint: *Οὐ μὰ τὸν ἁμετ. ψ. π. τ.* *Iuro tibi per eum, qui dat animae nostrae quaternarium numerum.* Vid. Iambl. cap. 28. num. 150. vbi ita scribit: *Ἀναφέρεται γε μὲν εἰς τοὺς Πυθαγορικοὺς καὶ τοιόσδε τις ὅρκος, αἰδοῖ μὲν ποιουμένων ὀνομάζειν Πυθαγόραν (ὥσπερ καὶ θεῶν ὀνόμασι χρῆσθαι πολλὴν φειδὼ ἐποιοῦντο) διὰ δὲ τῆς*

*εὑρέσεως τῆς τετρακτύος δηλούντων τὸν ἄνδρα.* Subiicit deinde duos illos nobiles versus, sed priorem nonnulla cum variatione: *Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρας σοφίας εὑρόντα τετρακτύν*, etc. Idem Iamblich. cap. 29. num. 162. *Ταῦτα πάντα, καὶ ἕτερα πλείω τοιαῦτα, Πυθαγόρας πλάσματα καὶ ποιήματα εἰς ὠφέλειαν καὶ ἐπανόρθωσιν τῶν συνδιαγόντων ἐπινοεῖτο· καὶ οὕτω σεβαστὰ ἦν, καὶ ἐξεθειάζετο ὑπὸ τῶν συνιέντων* (ab intelligentibus: nisi quis malit legere *συνόντων*; quod esset a familiaribus) *ὥστε εἰς ὅρκων* (vel *ὅρκου*; non *ὅρκον*, vt editum est) *σχήματα περιΐστατο τοῖς ὁμακόοις· οὐ μὰ τὸν ἁμετέρῃ γενεῇ παραδόντα τετρακτύν*, etc. Qua ex collatione apparet, quam varie referatur haec Pythagoreorum iurandi formula; de qua vid. et Caelium Rhodigin. lib. XXII. *Lection. Antiq.* cap. 9. Sic Lucianus in defensione errati in salutatione admissi huc allusit: *Εἰσὶ δέ, οἳ καὶ τὴν τετρακτὺν, τὸν μέγιστον ὅρκον αὐτῶν* (*τῶν ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου*) *ἢ* (malim, *καὶ*) *τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖν. Οἱ δὲ καὶ ὑγείας ἀρχὴν ἐκάλεσαν*, etc. Gregor. Nazianz. quoque Homilia in S. Pentecosten iurisiurandi huius meminit istis verbis: *Τὴν ἑβδομάδα τιμῶσιν Ἑβραίων παῖδες, ἐκ τῆς Μωσέως νομοθεσίας· ὥσπερ οἱ Πυθαγορικοὶ τὴν τετρακτὺν ὕστερον, ἣν δὴ καὶ ὅρκον πεποίηνται.* Vbi Nicetas in paraphrasi haec affert: *Μεταγενέστερος τοῦ Μωσέως ὁ Σάμιος φιλόσοφος Πυθαγόρας· ὤμνυον δὲ οὕτως οἱ τούτου μαθηταὶ, καθὼς ἐν τοῖς χρυσοῖς καλουμένοις ἔπεσιν αὐτοῦ φησί· Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν, Παγὰν ἀεννάου φύσεως· ἔλεγον δὲ τὴν τετρακτὺν, πηγὴν ἀεννάου φύσεως, διὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐξ ὧν πᾶσα φύσις ἐγκόσμιος συνίσταται. Καὶ μὴν ὁ θεολόγος, οὐ τὴν τετρακτὺν, ἀλλὰ τὸν Πυθαγόραν ὤμνυον οἱ μαθηταί; Ναὶ, φησὶν, ἀλλὰ καὶ τὸν Πυθαγόραν διὰ τὴν τετρακτὺν θειώσαντες ὤμνυον, ὡς παραδόντα τούτοις τὴν ἀπόῤῥητον αὐτοῦ καὶ μυστικὴν δύναμιν· ὥστε δεύτερος αὐτοῖς τῆς τετρακτύος ὁ Πυθαγόρας εἰς τιμὴν, καὶ δι᾽ ἐκείνου ταύτην ὤμνυον ἄντικρυς.*

21 Φρονήματος ἐξελευθερίου πλήσας] Iamblich. cap. 7. eadem de re: *Ταύτας φρονήματος ἐλευθερίου ὑποπλήσας.* Confer totum eum locum ad praesentem. Alter enim ab altero illustrabitur.

*Ταυρομένον*] Lege vna litera auctius *Ταυρομένιον*, vel etiam per *ει*, *Ταυρομένειον*. Vtroque enim modo scribitur. Estque hinc corrigendus Iambl. dicto loco, vbi nec recte et nullo sensu editum est *Ταραμενάς*. Nec melius

*Τερβητίαν* legendum putabat castigator Fris. Imo inquam ex Malcho reponendum *Ταυρομένιον*. Est autem vrbs Siciliae, teste Stephano: *Ταυρομένιον, πόλις Σικελίας. ὁ πολίτης, Ταυρομενίτης, καὶ Ταυρομένιος.* Eandem vrbem Strabo quoque lib. VI. inter alias Siculas recenset, et cum Catana coniungit. Suidas: *Ταυρομένειον, πολίχνιον· καὶ Ταυρομενείτης.* Itaque intelligere debemus, vtroque modo scribi hominem inde oriundum: *Ταυρομενείτης*, vt Suidas, et *Ταυρομενίτης*, vt Steph. et Iamblich. cap. 25. vbi historia refertur de adolescente Tauromenite, cuius ab ebrietate simul atque amore et riualitate accensum furorem Pythagoras restinxerit cantu et modulatione Phrygia.

*Αἷς καὶ νόμους ἔθετο διὰ Χαρώνδα τε τοῦ Καταναίου, καὶ Ζαλεύκου τοῦ Λοκροῦ*] Eiusdem paris celeberrimorum legislatorum Pythagoricorum Iamblich. quoque non vno loco meminit: vt cap. 7. c. 27. et c. 30. *Νομοθέται πάντων ἄριστοι γεγόνασιν οἱ Πυθαγόρᾳ προσελθόντες, πρῶτον μὲν Χαρώνδας ὁ Καταναῖος· ἔπειτα δὲ Ζάλευκος, καὶ Τιμάρατος, οἱ Λοκροῖς γράψαντες τοὺς νόμους*, etc. Meminit eorundem etiam cap. 23. De vtriusque autem nomothesia ante hos q. XX annos orationem habui et edidi, in qua non indiligenter congessi, quicquid de his duobus celeberrimis legumlatoribus apud optimos quosque vtriusque linguae auctores exstat memorabile, qua ad eorum vitam, qua ad legislationem pertinens. De Charonda vid. etiam Pet. Victor. lib. XXVI. *Varior.* c. 21. Sed quoniam paulo ante in Iambl. c. 30. incidimus, bene de illo merebimur, duobus inde sublatis insignibus vel potius deformibus mendis, quibus non animaduersis interpres Fris. lapsus est. Priore loco, vbi inter sese confert *τὸ νομοθετικὸν τῆς δικαιοσύνης εἶδος, καὶ τὸ δικαστικόν*, eam inquam politicae partem, quae in legibus ferendis occupata est, cum ea quae in iudiciis versatur, et ita quidem confert, vt illam huic praeferat, quippe quae prohibeat, longeque ante praecaueat, ne omnino in morbum iniustitiae animus incidat, sed procurat, atque efficit, vt integra ei sanitas sua constet, cum altera iam aegrotanti medicinam faciat: ibi ergo editum est, *τὸ δὲ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ναεῖν*: quod ita vertit Arcerius: *Illa vero initium ne cogitatione quidem percipere potest*, etc. nullo sensu. Ego quouis pignore contendam legendum, *οὐδὲ νοσεῖν*: et *τὴν ἀρχὴν* hic non significare, *initium*, sed *omnino*, vel *prorsus*. Quod quam vere

a me statuatur, quo fiat manifestius, age, totum locum escribamus, praesertim cum ad alia quoque possit prodesse. *Πρὸς τούτοις ἄλλο εἶδος δικαιοσύνης κάλλιστον κατεστήσατο (ὁ Πυθαγόρας) τὸ νομοθετικόν, ὃ προστάττει μὲν ἃ δεῖ ποιεῖν, ἀπαγορεύει δὲ ἃ μὴ χρὴ πράττειν. Κρεῖττον δέ ἐστι καὶ τοῦ δικαστικοῦ. Τὸ μὲν γὰρ τῇ ἰατρικῇ προσέοικε, καὶ νοσήσαντας θεραπεύει. Τὸ δὲ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ νοεῖν* (legend. aio *νοσεῖν*), *ἀλλὰ πόῤῥωθεν ἐπιμελεῖται τῆς ἐν τῇ ψυχῇ ὑγείας.* Insignem Iamblichi sententiam de differentia duarum politicae, vel, vt ipse vocat, iustitiae, partium, nomotheticae, et dicasticae, illustro *παρέργως*, adhibito colloquio Platonis cum Dionysio Syracusano, a quo interrogatus diuinissimus ille philosophorum, quodnam esset officium politici; respondit: Bonos efficere ciues. (Exspectabat autem tyrannus, dum diceret Plato, iudicia bene exercere: hac enim ipse virtute se efferebat.) Iterum ab eodem interrogatus Plato, cuiusnam vero putaret officium esse, *recte iudicare*, respondit, *Μόριόν τι μικρὸν πολιτικοῦ τὸ δικάζειν ὀρθῶς.* (vbi forte rectius legamus, *πολιτικῆς.*) *ἀκεσταῖς γὰρ ἐοίκασι, τοῖς τὰ διεῤῥωγότα ἱμάτια ἀνυφαίνουσι.* Vid. Euseb. Pamphili lib. I. *Chronic.* pag. 46. Cum Platone etiam sentit Clemens Alex. *Strom.* I. pag. 151. quando definit *δικαστικὴν, ἐπιστήμην οὖσαν διορθωτικὴν τῶν ἁμαρτανομένων, ἔνεκεν τοῦ δικαίου:* additque, *σύστοιχος δὲ αὐτῇ ἡ κολαστική, τοῦ κατὰ τὰς κολάσεις μέτρου ἐπιστημονική τις οὖσα. Κόλασις δὲ οὖσα διόρθωσίς ἐστι ψυχῆς.* Sed ab his ad Iambl. emendationem nos recipiamus. Sequitur ergo alter eiusdem citatus locus, et ipse non minus mendosus priore. Confert ibi Iambl. Pythag. legumlatores cum Heraclito Ephesio, quorum illi multa prolixaque cum beneuolentia et politica scientia ad leges ferendas accesserint; iste vero asperrimus ac vehementissimus in Ephesios fuerit, dignos videlicet pronuntians omnes, quibus gula frangeretur (ob expulsum videl. sua ciuitate Hermodorum, optimum virum, vt ex Ciceronis *Tuscul.* Strabone, aliisque constat) idque *ἡβηδόν*, id est, *ab ineunte aetate*, siue *a prima pubertate*, *ἀπὸ τῆς ἥβης:* non, vt Arcer. vertit: *petulanter et lasciue, per omnes adeo aetates*, etc. Legitur ibid. *μετὰ πολλῆς ἐννοίας* (quod interpres reddidit, *cum omni intelligentia*) *καὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης νομοθετεῖν ἐπιχείρησε:* cum verum sit *εὐνοίας*, et *ἐπεχείρησαν.* Ita verissimam a nobis restitutam lectionem bis vitiosam, vt opinor, nemo dubitabit, I. qui attenderit, *εὔνοιαν πολλὴν* Pythagoricorum legislatorum opponi praefractae et contu-

mellosae seueritati Heracliti: II. qui animaduerterit, verbum *ἐπεχείρησαν* referri ad ea quae praecesserunt, *πάντες οὗτοι νομοθέται ἰσοθέων τιμῶν ἔτυχον.* Sequentia enim rationem subiiciunt, quare tanto in honore habiti fuerint Pythagorei legislatores, nimirum propter *πολλὴν εὔνοιαν*, et *πολιτικὴν ἐπιστήμην*, qua leges ferre aggressi fuerint: *ἐπεχείρησαν νομοθετεῖν.* Taceo, quod *τὸ ἐπεχείρησε* nullum habeat nominatiuum, a quo regatur, siue dependeat. Sed a Iamblicho tandem ad Malch. redeamus.

*Ἀξιοζήλωτοι τοῖς περιοίκοις*] Apud Iamblich. perperam editum est, *τοὺς ὑπεροίκους*. Legend. autem et ibi *τοῖς περιοίκοις*: quod et Arcerius tandem per coniecturam assecutus est, recte. Fortassis autem vtrobique tam apud Malchum quam apud Iamblichum legend. *ταῖς περιοίκοις*, scil. *πόλεσι*: vicinis ciuitatibus. In doctrina de situ orbis et sphaera qui sint *περίοικοι*, aliunde petendum est.

*Σύμιχος δ' ὁ Κεντοροπίων τύραννος*] Quis iste fuerit Symichus, qui item Centoropii, in quos ille tyrannidem quam obtinuerat, vltro deposuit, audito Pythagora, quaerendum amplius. Iamblich. quidem certe de eo nihil. Sunt autem et in Romana historia imperatorum exempla, qui imperio se vltro abdicarunt, facti ex monarchis priuati.

*Ἀκούσας αὐτῆς*] Leg. *αὐτοῦ*, Pythagora audito.

*Ῥωμαῖοι*] Quanti fecerint Pythagoram Romani, satis 22
declarant quae Plutarch. scripsit in *Numa*. Vid, quae supra ad tit. huius opusculi annotaui ex Cicer, Liuio, et aliis.

*Ἀνεῖλε δ' ἄρδην στάσιν, οὐ μόνον ἀπὸ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ*] Semper hunc locum pro mutilo suspectum habui, cum ad *οὐ μόνον* sequi debeat, *ἀλλὰ καί*, etc. quod hic deest cum detrimento sententiae. Tandem inspecto Iamblich. cap. 7. deprehendi sic esse, et supplenda hic post *οὐ μόνον* illa verba: *ἀπὸ τῶν γνωρίμων καὶ τῶν ἀπογόνων δὲ αὐτῶν μέχρι πολλῶν, ὡς ἱστορεῖται, γενεῶν, ἀλλὰ καὶ καθόλαν* (leg. *καθόλου*), vt deinde sequatur, *ἀπὸ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ*, etc.

*Φυγαδευτέον*] Frequens hoc et grauissimum Pythagorae apophthegma, siue scitum, totidem plane verbis refertur apud Iamblich. de vita Pythagorae cap. 7. nisi quod in extremo ibi legitur, *ἀμερίαν*, quod Arcerius vertit, *partium studium*. Sed restituendum ex hoc Malchi nostri loco,

ἀμετρίαν. Veriſſime autem cenſet Iamblich. de hoc Pythag. ſcito, χρησμῷ θεοῦ συμβουλευτικοῦ (ſ. συμβουλευτικῷ) ὅμοιον εἶναι, ἐπιτομήν τινα ὥσπερεὶ, καὶ ἀνακεφαλαίωσίν τινα τῶν αὐτῷ δοκούντων, δι' οὗ φιλοστοργότατα ἀνεμίμνησκεν ἕκαστον τῶν κυρίων δογμάτων. D. Hieronymus in Apologetico ſuo advers. Ruffin. idem apophthegma, quamuis nonnihil commutatis verbis, eodem tamen ſenſu recenſet. Aſcribam collationis ergo, et quidem paulo altius repetitis doctiſſimi patris verbis: *Reſpice omnem oram Italiae, quae quondam Magna Graecia dicebatur: et Pythagoricorum dogmatum inciſa publicis literis aera cognoſces. Cuius enim ſunt illa χρυσᾶ παραγγέλματα; nonne Pythagorae? in quibus omnia eius breuiter dogmata continentur, et in quae latiſſimo opere commentatus est Iamblich. imitatus ex parte Moderatum, virum eloquentiſſimum, et Archippum, ac Lyſidem, Pythagorae auditores: quorum Archippus ac Lyſides in Graecia, id est, Thebis, ſcholas habuere, qui memoriter tenentes praecepta doctoris, ingenio pro libris vtebantur; a quibus illud est;* Φευκτέον παντάπασι καὶ ἐκκοπτέον, ἀσθένειαν μὲν τοῦ σώματος, ἀπαιδευσίαν δὲ τῆς ψυχῆς, ἀκολασίαν δὲ τῆς γαστρὸς, στάσιν δὲ τῆς πόλεως, τὴν δὲ διαφωνίαν ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ κοινῇ ἀπὸ πάντων τὸ ἀκρατές. *Quod ita in Latium poſſumus vertere: Fuganda ſunt omnibus modis et et abſcindenda, languor e corpore, imperitia ab animo, luxuria a ventre, a ciuitate ſeditio, a domo diſcordia, et in commune a cunctis rebus intemperantia.* Haec Hieronymus (mihi in editione Plantin. Tom. I. pag. 261.). Τὸ ἀκρατὲς hic dicitur, quod apud Iamblichum et Malchum est ἀμετρία. Iamblich. alibi etiam ἀσύμμετρα vocat: vt c. 31. Εἴρηται μὲν οὖν ἤδη τὰ κοινὰ παραγγέλματα περὶ αὐτῆς (τῆς σωφροσύνης), ἐν οἷς πυρὶ καὶ σιδήρῳ τὰ ἀσύμμετρα πάντα ἀποκόπτειν διώρισται: quibus verbis nihil aliud quam hoc ipſum apophthegma innuit, quod cap. 7. antea retulerat, et quod hic habet Malchus. Videndum autem moneo, an non apud Hieronymum aut pro φευκτέον legendum ſit φυγαδευτέον, aut pro *fuganda*, *fugienda:* hoc enim valet, φευκτέον. Haec ita ſcripſeram, cum deinde recurri ad peruetuſtam Hieronymi editionem, quam habeo impreſſam Lugduni anno 1508. apud Iacobum Saccon. in qua deprehendi Graeca paululum variare a recentioribus editionibus: nam pro διαφωνίαν ibi legitur διχόνοιαν: et pro καὶ κοινῇ ἀπὸ πάντων τὸ ἀκρατές, ſcriptum est, καὶ ὅλως παντὸς πράγματος ἀμετρίαν. Quam varietatem lectionum non putaui diſſimulandam.

*Εἰ δὲ δεῖ πιστεύειν*] Eaedem istae narrationes de vrsa Daunia, de boue Tarentino, a Pythagora domitis et mansuefactis, et de aquila superuolante eidem de auguriis forte ad socios disserenti, ab eoque ex aere detracta et manu permulsa (quibus probatur, si fas est credere, quod etiam ferae dicto audientes fuerint Pythagorae eiusque sermonem intellexerint) exstant etiam, et quidem fere totidem verbis, apud Iamblich. cap. 13. num. 61. 62. ita tamen, vt ex hoc Malchi loco quaedam apud illum restitui possint suae integritati. Videntur autem mihi istae narrationes (vt illa quoque de fluuio, qui clara et humana voce salutarit Pythagoram transeuntem, nec non et illa de duabus remotissimis ciuitatibus eodem die ab ipso aditis, etc.) eiusmodi esse, vt inter veras historias Luciani locum suum facile tueri possint. Nam quid non Graecia mendax audet in historia? vt verbis Satyrici vtar. *Τοῦ αὐτοῦ κόμματος* esse existimo, quod de Ammoniano, Syriani cognato, philosopho scribunt, eum habuisse asinum sapientiae auditorem: credo, quod ipsius anima prius inhabitarat corpus alicuius philosophorum. Suidas in *Ἀμμωνιανός· Οὗτος ἦν Ἀ. ᾧ κεκτῆσθαι συμβέβηκεν ὄνον, σοφίας ἀκροατήν.* Porro bouini huius colloquii, sicut et aquilae, cum qua Pythag. disseruerit, S. Chrysostomus quoque meminit, eaque pro veris habens, affert in argumentum, quo probet, Pythagoram fuisse magum et praestigiatorem. Ascribam ipsamet eius verba ex Homil. 1. in Ioan. Euangel. vbi luculenter demonstrans, quomodo euangelicae veritati ac piscatoriae simplicitati Apostolorum cedere coacta fuerint, et ad eam obmutescere summorum quoque philosophorum (vt Pythagorae, vt Platonis, etc.) sapientissima quae habebantur dogmata, vsque adeo, vt vix nomine amplius in vulgus Christianorum noti sint ipsorum auctores, de Pythagora deinde haec subiungit: *Πυθαγόρας δὲ τὴν μεγίστην Ἑλλάδα καταλαβὼν, καὶ γοητείας ἐπιδείξας εἴδη μυρία. Τὸ γὰρ βουσὶ διαλέγεσθαι (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο φασὶν αὐτὸν πεποιηκέναι·) οὐδὲν ἕτερον ἢ γοητεία ἦν, καὶ δῆλον μάλιστα ἐκεῖθεν. Ὁ γὰρ τοῖς ἀλόγοις οὕτω διαλεγόμενος, τὸ τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν ὠφέλησε γένος, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα ἔβλαψεν. Καίτοιγε ἐπιτηδειοτέρα πρὸς φιλοσοφίας λόγον ἡ φύσις ἡ τῶν ἀνθρώπων. Ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνος ἀετοῖς μὲν καὶ βουσὶ διελέγετο, καθάπερ φασὶ, γοητεύων. Οὐδὲ γὰρ τὴν ἄλογον λογικὴν ἐπόνησε φύσιν (οὐδὲ γὰρ δυνατὸν ἀνθρώπῳ τοῦτο), ἀλλὰ μαγγανείαις τοὺς ἀνοήτους ἠπάτα. Καὶ ἀνθρώπους ἀφεὶς διδάξαι τι τῶν χρησίμων, ἐπαίδευσεν, ὅτι ἴσον ἦν, κυάμους φαγεῖν, καὶ τὰς*

τῶν γεννησαμένων κεφαλάς. καὶ τοὺς συνόντας ἔπειθεν, ὅτι δὴ ἡ τοῦ διδασκάλου ψυχὴ ποτὲ μὲν θάμνος ἐγένετο, ποτὲ δὲ κόρη, ποτὲ δὲ ἰχθύς· ἆρ' οὐκ εἰκότως πάντα ἐσβέσθη ἐκεῖνα, καὶ ἠφανίσθη τέλεον; εἰκότως καὶ κατὰ λόγον. Vbi quod primum ait Chrysostomus, ex doctrina Pythagorae idem esse ac par scelus, fabas edere, et capita parentum, allusit ad hosce versus Empedoclis (qui Pythagorae fuit auditor, vt infra dicetur):

*Δειλοί, πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθε,*
*Ἰσόν τοι, κυάμους τρώγειν, κεφαλάς τε τοκήων.*

Quorum versuum prior apud Agellium exstat lib. IV. cap. 11. alter apud Clem. Alexandr. *Strom.* 3. p. 187. Alibi tamen pro τρώγειν legitur φαγέειν, eodem sensu. Deinde quod idem S. Chrysostomus scribit, Pythag. voluisse suis auditoribus persuadere, quod anima sua fuerit aliquando frutex, aliquando puella, aliquando piscis: in eo mihi manifestus est respexisse ad istos Empedoclis versus, qui apud Athenaeum et alios exstant:

*Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κούρη τε κόρος τε,*
*Θάμνος τ', οἰωνός τε, καὶ εἰν ἁλὶ ἔλλοπος ἰχθύς.*

Vbi dissimulare non debeo, pro ἔλλοπος legi ἔμπυρος in Antholog. Graec. Epigr. lib. I. cap. 86. εἰς φιλοσόφους. Denique ad hunc illustrem Chrysostomi locum illud etiam non inutiliter quis obseruet: sanctissime ipsum quidem facere, dum coelestem veritatem omnibus omnium philosophorum, etiam praestantissimorum, dogmatis longissime praefert, quae his tanto antecellit suo fulgore, quantum lucernam vincit sol mero meridie, cum sudum est coelum. In eo autem agit rhetorice, quod ex omnibus Pythagorae placitis tantum excerpat τὰ φαυλότερα, atque ad exagitandum opportuna, omissis sanioribus, omninoque ita ipsum extenuat, exagitat, traducit, quasi nihil prorsus ad communem generis humani vtilitatem attulerit, nihilque sani aut veri homines vnquam docuerit, quod alii tamen longe aliter se habere demonstrarunt, et ex doctoribus ecclesiae etiam Clem. Alexand. qui vt et caeteris Graecorum philosophis aliquem dignitatis gradum concedit, et nonnullam veri imaginem attribuit, ex Mose et Hebraeorum doctrina expressam, ita et de Pythagora sentit paulo clementius; in iis quidem quae saniora docuit. Quod de praesente Chrysostomi loco monui, id pertinet latius, similiterque dici potest de Tertulliano, de Lactantio, de Iustino Martyre, aliisque S. S.

Patribus, quando inclementius dicunt philosophis, alicubi etiam fortean immerentibus.

Οὐκέτ' ὤφθη] Iamblich. plenius, οὐκέτ' ἐκτότε ὤφθη: quod cur quis mutet in ἐκ τούτου, nihil me iudice habet causae.

Παμμιγῆ νομῇ] Iamblich. c. 13. ἐν παμμιγεῖ νομῇ. Et 24
ita Malchum quoque hic puto corrigendum.

Καὶ φήσαντος, οὐκ εἰδέναι βοϊστὶ λαλεῖν] Apud Iamblich. dicto loco est, καὶ οὐ φήσαντος εἰδέναι βοϊστὶ εἰπεῖν, de qua transpositione negationis elegante et bonis auctoribus familiari, vid. Desid. Herald. Animaduersion. in Iamblich. cap. 6.

Ἀποστῆσαι] Iamblich. addit ἀμελετί: vbi forte legend. ἀμελετητί.

Τὸν ἱερὸν καλούμενον βοῦν] Iamblich. addit, Πυθαγόρου: vt dictus fuerit, *Bos sacer Pythagorae*.

Τροφὰς] Iambl. ἀνθρωπίναις τροφαῖς σιτούμενον.

Ἀετὸν δὲ ὑπεριπτάμενον] Aquilae huius praeter Iam- 25
blichum, Malchum, Chrysostomum, etc. Plutarchus etiam meminit in *Numa*.

Προσομιλοῦντος αὐτοῦ τοῖς γνωρίμοις] Hic locus manifesto confirmat emendationem Heraldi apud Iamblich. Num. 62. apud quem nihili erat lectio, αὐτῷ; magis etiam nihili interpretatio: *qui praeclarissimi essent a fortuna*; cum illud ἀπὸ τύχης coniungendum sit cum προσομιλοῦντος; minime vero cum γνωρίμοις.

Διοσημείων] Apud Iambl. male legitur, διὰ σημείων. Διοσημεῖα vero quae sint, notum est vel ex Arato, qui non tantum Φαινόμενα, sed etiam Διοσημεῖα descripsit versibus, h. e. signa, quibus quis futuras aëris mutationes praecognoscat, vel ab astris, maxime luna et sole, nec non ab animantibus quibusdam, imo et rebus anima carentibus. Diuersa est ab his διοσημία, quae a Suida exponitur θεομηνία. Sic enim ibi legendum aio, pro θεομνία. Θεομηνία est μῆνις θεοῦ, h. e. ira dei. *Iouis iram* possis cum Ouidio vocare extrema Metamorph. Affert Suidas exemplum ex nescio quo historico: παρῆσαν δὲ δισχίλιοι Σκύθαι, πάσης δεύτεροι διοσημίας, ἤτοι ἀστραπῆς, ἢ πρηστῆρος, ἢ κεραυνοῦ, ἢ σκηπτοῦ, ἢ διάττοντος ἀστέρος. Addit deinde aliam descri-

ptionem *διοσημίας*, quod scil. sit, *ὁ παρὰ καιρὸν χειμών* (talis erat tempestas, cum haec scriberem, initio anni 1610.). Subiungit quoque ibidem Atheniensium morem, qui soliti sint concionem dimittere, vel res agendas omittere, si qua *διοσημία* incidisset: *Παρεφύλαττον δὲ Ἀθηναῖοι τὰς διοσημίας, καὶ διέλυον τὰς ἐκκλησίας διοσημίας γινομένης, ἢ ἄλλο τι μέλλοντες ἀνιέναι.* Ex quibus colligere licet, *διοσημίαν* idem valere quod *θεοῦ βία* apud Vlpian. in lib. 15. *Si merces.* §. *vis maior.* D. Locati.

*Ὅτι παρὰ θεῶν*] Hinc corrigend. Iamblich. apud quem perperam editum est, *περὶ*, quod alibi etiam apud eundem pro *παρὰ* non semel a librariis positum obseruaui.

*Αἱ αὐταὶ*] Ex Iambl. hic reponend. *καί*. Et vice versa apud Iamblich. pro *αὐτοὶ* legend. *αὐταί*: nimirum, *αἱ ἀγγελίαι*.

*Καταγαγεῖν*] Iambl. *μεταγαγεῖν*. Denique in eodem capite Iambl. 13. pro *ἀναλυτικόν τι καὶ νουθετικὸν ἐκέκτητο Πυθαγ.* rectius legi putarim, *παρακλητικόν τι καὶ νουθετικὸν ἐκέκτητο*. Obseruetur ex eodem capite egregia sententia: *Cum etiam bruta animalia disciplinae sint capacia, cicurarique possint, multo magis homines, quibus mens et ratio data est, disciplinae et culturae patientes aures accommodare debere. Διδασκαλία περιγίνεται τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ὅπου καὶ τοῖς ἀνημέροις τε καὶ ἀμοιρεῖν λόγου νομιζομένοις.* Vbi nihil opus erat stellulas appingere, quasi quid deesset. Nam *ἀπὸ κοινοῦ* repetend. est, *διδασκαλία περιγίνεται.*

*Δικτυοβόλοις τ᾽ ἐπιστάντα*] Cum in MSC. vitiose legeretur *δικτυουλκοῖς*, reponebam *δικτυοβόλοις*. Sed postea inspecto Iambl. animaduerti, hic quoque leg. *δικτυουλκοῖς*. Sunt enim *δικτυουλκοὶ* piscatores, *παρὰ τὸ ἕλκειν τὰ δίκτυα*, q. d. *retitrahi*. Meminit autem huius historiae et Plutarch. *Sympos.* 8. *Probl.* 8. his verbis: *Καίτοι βόλον ἰχθύων πρίασθαί ποτέ φασι τὸν Πυθαγόραν, εἶτα ἀφεῖναι* (l. *ἀφιέναι*) *κελεῦσαι τὴν σαγήνην· οὐχ᾽ ὡς ἀλλόφυλον καὶ πολεμίων ἀμελήσαντα τῶν ἰχθύων, ἀλλ᾽ ὡς ὑπὲρ φίλων καὶ οἰκείων γεγονότων αἰχμαλώτων λύτρα καταβάλλοντα.* Allusit quoque idem ad eandem historiam in comment. de vtilitate ex inimicis capienda, his verbis: *Καὶ βόλους ὠνούμενος ἰχθύων ἐκέλευεν ἀφιέναι.* Vide et Iambl. lib. I. cap. 8. apud quem ex Malcho nonnulla, et vicissim apud hunc etiam ex illo quaedam corrigenda esse docebit lectorem collatio. Ascribam igitur:

Καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν πορευόμενος ἐκ Συβάριδος εἰς Κρότωνα περὶ τὸν αἰγιαλὸν δικτυουλκοῖς ἐπέστη, ἔτι τῆς σαγήνης κατὰ βυθοῦ ἐμφόρτου ἑστρωμένης· (Arcer. legendum putat ἑστρωννυμένης. Sed cum apud Malchum sit ἐπισυρόμενον, videtur mihi et apud Iamblichum et apud Malchum reponi debere ἐπισυρομένης, vt referatur ad τῆς σαγήνης: vel etiam ἐπισυρομένοις, scil. τοῖς δικτυουλκοῖς.) ὅσον τε πλῆθος ἐπισπῶνται εἰπεῖν (f. προειπεῖν) ἰχθύων, ὁρίσας ἀριθμῷ (f. ἀριθμόν), καὶ τῶν ἀνδρῶν ὑπομεινάντων, ὅ τι ἂν κελεύσῃ πράξειν, εἰ τοῦθ' οὕτως ἀποβαίη, ζῶντας ἀφεῖναι (leg. ἀφιέναι) πᾶσι (f. πάλιν, vt est apud Malch.) κελεῦσαι τοὺς ἰχθῦς, πρότερόν γε ἀκριβῶς διαριθμήσαντες (f. διαριθμήσαντας)· καὶ τὸ θαυμασιώτερον, οὐδεὶς ἐν τοσούτῳ τῆς ἀριθμήσεως τοῦ χρόνου (l. τῷ χρόνῳ) τῶν ἰχθύων ἐκ (f. ἔξω vel ἐκτὸς ὕδ. vt est apud Malchum) τοῦ ὕδατος μεινάντων ἀπέπνευσεν ἑστῶτός γε (f. ἐφεστῶτός γε) αὐτοῦ. Seq. non habet Malch. sed habet Plutarch. d. loc. δοὺς δὲ καὶ τὴν τῶν ἰχθύων τιμὴν τοῖς ἁλιεῦσιν, ἀπῄει εἰς Κρότωνα. οἱ δὲ τὸ πεπραγμένον διήγγειλαν etc.

Ἀναμφιλέκτοις τεκμηρίοις ἀπέφηνεν] Hinc emendari 26
potest Iambl. cap. 14. vbi male editur, ἀναμφιλέκτως τεκμήριον ἐπέφαινεν.

Ἀπέπεμπεν] Semper hoc verbum habui suspectum, nec mutaui tamen, donec tandem ex collatione Iamblichi d. c. 14. animaduerti legendum ἀνέμελπεν. Sic Malchus noster et Iamblichus mutuas tradunt operas. Ibidem paulo post apud Iambl. legend. αὐτοῦ, pro ἑαυτῶν. Nam de Euphorbi solius versibus funebribus ibi agitur: non etiam plurium aliorum. Versus autem isti Homerici exstant Iliad. ρ.

Ὅτε θ' ἅλς] Ita MSC. noster. Sed apud Homerum et Iambl. legitur, ὅθ' ἅλις.

Ἐπὶ γαίης] Ita MSC. Sed Iamblich. habet ἐπὶ γαίῃ: quomodo etiam apud Homerum legitur.

Εὐμελίην] Apud Homerum et Iambl. est ἐϋμμελίην.

Τὰ γὰρ ἱστορούμενα] Hunc totum locum vsque ad 27
verba, χαῖρε Πυθαγόρα, D. Cyrillus inseruit libro suo tertio contra Iulianum Apostatam seu Parabatam, et auctorem laudat Porphyrium: qui quidem Cyrillus me monet, vt retractem omnia quae supra ad epigraphen huius libelli notabam de Malcho: atque vt sic existimem, hunc nostrum

*βιογράφον* esse ipsum Porphyrium. Is enim proprio nomine *Βασιλεὺς* dictus est, teste Suida, hoc est, lingua Syrophoenissa, Malchus. Nam patriam habuit Tyrum. Suidas: *Πορφύριος, ὁ κατὰ Χριστιανῶν γράψας, ὃς κυρίως ἐκαλεῖτο Βασιλεὺς, Τύριος φιλόσοφος, μαθητὴς Ἀμελίου, τοῦ Πλωτίνου μαθητοῦ, διδάσκαλος δὲ Ἰαμβλίχου, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Αὐρηλιανοῦ*, etc. Non est ergo quod alium quempiam circumspiciamus Malchum, vt supra faciebam, antequam Cyrillum propius inspexissem. Ipsi potius Porphyrio per nos iam assertum esto hoc opusculum, argumentis, vt puto, minime dubiis aut leuibus. Fieri quoque potest, vt additum aliquando fuerit ad epigraphen ipsum Porphyrii nomen, quod postea librarii omiserint: *Πορφυρίου, τοῦ Μάλχου, ἢ Βασιλέως, Πυθαγόρου βίος*. Hoc primum de auctore opusculi nostri. Deinde obseruo, id minimum in duos libros fuisse ab ipso Porphyrio distinctum, quorum alter, imo et finis primi interciderit. Id in promptu est colligere ex alio Cyrilli loco lib. 9. eiusdem operis contra Iulianum, quem locum alibi proferam in his Notis. Nam cum ibi nominet et Porphyrii librum primum historiae Pythagorae, assignificat, plures vno, atque ad minimum duos, fuisse libros. Primum enim respectu secundi etc. dici solet. His consequens est, vt dicamus, quoniam Porphyrii discipulus fuit Iamblichus, (Suidas: *Ἰάμβλιχος, ἐκ Χαλκίδος τῆς Συρίας, φιλόσοφος, μαθητὴς Πορφυρίου τοῦ φιλοσόφου, τοῦ Πλωτίνου ἀκουστοῦ, γεγονὼς κατὰ τοὺς χρόνους Κωνσταντίνου τοῦ Βασιλέως* etc.) posterius scripsisse Iamblichum, et magistri sui breuitatem vberiore commentario dilatasse: quod vere a me dici, facile cuiuis ex collatione apparebit. Retracto igitur et illud, quod supra dicebam, videri hunc Malchum, velut epitomatorem quendam, sua ex Iamblicho compilasse. Prodest autem collatio Malchi cum Cyrillo etiam ad Latinam versionem corrigendam. Dum enim sic vertit Oecolampadius: (*Propterea Porphyrius socius eius* (Iuliani) *et calumniarum in nos pater, Pythagorae vitam describens, sic dicit: Nam quae recitantur de ea, quae Mycenis residet, cum Troianis spoliis apud Argiuam Iunonem. Quum Euphorbi Phrygis, et scuti eius monumentum transiuissemus, vt valde vile, dicebant, flumen Causum, quando cum multis aliis transiret, omnibus aliis audientibus ei locutum esse:* SALVE PYTHAGORA:) satis indicat interpres, quod aut vitiosum habuerit codicem, aut, si emendatum habuit, non fuerit verae lectionis sensum assecutus.

Restituere igitur possumus Cyrilli Latinam interpretationem ad hunc modum: *Nam quae narrantur de Euphorbi Phrygis scuto, quod Mycenis cum spoliis Troianis suspensum fuerit Iunoni Argiuae, ea praetermittimus vt minus peruulgata. Aiebant autem Causum fluuium aliquando ipsum* (Pythagoram) *cum multis sodalibus transeuntem allocutum esse omnibus audientibus: Salue Pythagora* etc. Nota haec etiam: primo, videri Oecolampadium pro ἑταίρων legisse ἑτέρων, cum verterit, *aliis*: deinde, illa: καὶ ὁ ποταμὸς γεγωνόν τι (sic legendum, quomodo et apud Iamblichum diserte scriptum reperio, non γεγωνώς τι,) καὶ τρανὸν ἀπεφθέγξατο, apud Cyrillum, in Lat. quidem versione, non haberi.

Εὐφόρβου τοῦ Φρυγὸς τούτου ἀσπίδος] Scutum Euphorbi in templo Iunonis Argiuae pro anathemate suspensum Mycenis, vetustate licet attritum, agnouisse fertur Pythag., qui aiebat, suam animam antea corpus Euphorbi inhabitasse. Hyginus Aug. libertus in *Fabulis* cap. 112. *Menelaus cum Euphorbo* (dimicauit). *Euphorbus occiditur. Qui postea Pythagoras est factus, et meminit, suam animam in corpora transisse.* Tertullian. *de Anima* cap. 28. *Sed clypeum Euphorbi olim Delphis consecratum recognouit, et suum dixit, et de signis vulgo ignotis probauit* etc. vbi animaduertere licet memoriae lapsum in doctissimo scriptore. Si enim Mycenis ille clypeus fuit suspensus in templo Iunonis Argiuae, (vt hic, et apud Iamblichum d. cap. 14. nec non Ouid. XV. *Metamorph.*) non ergo Delphis in fano Pythii Apollinis. Vide et quae notabo infra. Illud autem τούτου valde mihi est suspectum: quamuis etiam apud Iamblichum legatur, apud quem Arcer. id mutare tentat in τοῦτο, me non probante.

Παρίεμεν] Apud Iamblich. d. c. 14. nullo sensu legitur παρέσμεν, hinc corrigendum in παρίεμεν: hoc est, *praetermittimus*. Nec enim placet Arcerii lectio, τοῦτο ἀσπ. παράσημον: vt nec versio: h. e. *insigne scuti* etc. Plura quoque ibidem qua suppleri, qua emendari, vel etiam contra interpretis παραδιορθώσεις defendi poterunt. Primo enim deest Iamblicho ἀνακειμένης, post Μυκήναις reponendum: pro περὶ τῶν non περιέθηκαν legend., sed περὶ τῆς, quod referendum ad ἀσπίδος. Denique pro συντρωικοῖς diuisim rescribend. σὺν Τρωϊκοῖς: quamquam hoc postremum etiam Arcer. vidit, quamquam eius versio hic multa peccat. Quae ibidem sequuntur vsque ad finem cap., ita et legi et

distingui debent: *Παρίεμεν, ὡς πάνυ δημώδη. Πλὴν ὅγε διὰ πάντων τούτων βουλόμενον δεικνύναι, ἐκεῖνό ἐστιν, ὅτι αὐτός τι ἐγίνωσκε τοὺς προτέρους ἑαυτοῦ βίους, καὶ τῆς τῶν ἄλλων ἐπιμελείας ἐντεῦθεν ἤρχετο* (non *ἐνήρχετο*) *ὑπομιμνήσκων αὐτοὺς, ἧς εἶχον πρότερον, ζωῆς:* quae postrema verba conferantur cum iis, quae habet Malch. Num. 26.

*Καύκασον*] Videndum, ne locus sit mendosus. Caucasum montem nouimus, quem *ὀρῶν μέγιστον* vocat Steph. *de Vrbibus:* et Iornand. *de rebus Geticis*, tractum eius situmque describens, ait, *maximam partem orbis iugo continuo circumire, et pene omnium montium maximum excelsas suas erigere summitates.* Fluuium autem huius nominis nullum, quod sciam, vspiam apud scriptores reperire est. Diog. Laërt. pag. 574. et Iamblich. cap. 28. num. 134. *Νέσσον* hunc fluuium vocant, vt audiendus non sit, qui in *Νέστον* velit mutare. Nam pro *Καύκασον* hic quoque reponendum *κατὰ Σάμον;* sicut apud Aelian. lib. 2. c. 26. pro *ὑπὸ τὸν Κῶσαν ποταμὸν* (vbi eiusdem huius allocutionis fluuii exstat mentio) Cl. Casaubon. emendat, *ὑπὸ τοῦ κατὰ Σάμον ποταμοῦ διαβαίνων, σὺν ἄλλοις, ἤκουσε φωνὴν μεγάλην ὑπὲρ ἀνθρώπων* (f. leg. *ὑπὲρ ἄνθρωπον*), *Πυθαγόρα χαῖρε.* Arcer. in Omissis ad vitam Pythagorae pro *Νέσσον*, vel *Νέστον*, substituit *Νέαιθον:* de quo fl. (cui nomen factum volunt ab incendio nauium, *ἀπὸ νεῶς καὶ αἴθειν*) vid. et Strabon. lib. 6. et Ouid. lib. 15. *Metam.* Annotatur etiam ex Plinio flumen Casuentum. Sed quid multis opus coniecturis? cum ex Cyrillo, loco paulo ante ex lib. 5. contra Iulian. descripto, in promptu sit Malcho nostro siue Porphyrio aliisque scriptoribus restituere, quasi vnde vi interdicto, *Καῦσον*, pro *Καύκασον*, vel *Κῶσαν*, vel *Νέσσον*. Operae pretium vero et hoc fuerit, cognoscere indicium 8. Cyrilli de hac salutatione fluuii Causi, quam voce humana ad Pythagoram fecisse scribitur. Sic igitur censet Cyrillus: non ipsum fluuium q. ratione praeditum voce humana vsum, sed daemonium locutum esse, siue assidentia quorundam daemoniorum hoc colloquium fuisse paratum, quia videl. Pythag. fuerit incantator et magus. Ideo autem et per hanc occasionem hoc affert Cyrillus, quia Iuliano, vanitatis arguere impie conato historiam Mosis de serpentis alloquio ad Euam, occurrere voluit, demonstrando ex ipsorum Graecorum scriptis, non adeo incredibile hoc videri debere, serpentem loqui, vel etiam

diabolum per serpentem, cum et apud Homerum legamus Xanthum Achillis equum non modo vsum humana voce, sed etiam vaticinatum, et apud Philostratum in vita Apollonii vlmum arborem allocutam Apollonium, et apud alios quercum Dodonaeam, et apud Isigonum taurum Ionis in Rhodo insula nostri sermonis non expertem fuisse. Ibid. addit: Non absurdum igitur opinor fuisse, et serpentem locutum. An non potuit serpens humana voce vti, vt et Causus fluuius magum salutauit? Laudat quoque ibid. locum Clementis in *Strom.* quo probet, et Zoroastrem Persam calluisse magicas artes et Pythagoram optimum eius aemulum atque imitatorem fuisse.

*Μεταποντίῳ τῆς Ἰταλίας*] Stephan. *de Vrbibus*: *Μεταπόντιον, πόλις Ἰταλίας, ἡ πρότερον Σῖρις, ἀπὸ Μετάβου τοῦ Σισύφου, τοῦ Αἰόλου. Τὸν γὰρ Μετάποντον οἱ βάρβαροι Μέταβον ἔλεγον. Ὁ πολίτης, Μεταποντῖνος* etc. *λέγεται καὶ Μεταπόντιος, ὡς Βυζάντιος. καὶ Μεταποντίνη.* Latini vna litera detracta Metapontum vertere vocantes.

*Τοῖς ἑκατέρωθι*] Similiter inf. Num. 29. Hinc autem emendabis Iambl. apud quem Num. 134. male editum est *ἑκατέρωθεν*. Et mox: *διαβεβαιοῦντα σχεδὸν ἅπαντας*: cum verum sit, *διαβεβαιοῦνται σχ. ἅπαντες*, quomodo apud Malchum legimus. Vitiosa lectio vitiosam quoque interpretationem peperit Arcerio, vt Pythagorae tribueret illam *διαβεβαίωσιν*, quae sectatorum potius Pythagorae de ipso erat. Porro Pythagoram duobus procul dissitis in locis vno eodemque die conspectum auditumque fuisse, plures memorant auctores. Meminit etiam Origenes in 6. contra Celsum tanquam *τέρατος* cuiusdam, cum inter alia sic ait: *Πυθαγόρου, ἐν μιᾷ λεγομένου ἡμέρᾳ ἐν δύο πεφηνέναι πόλεσι.* Item Apollonius lib. *Historiarum admirabilium* cap. 6. *Ἐφάνη δέ ποτε καὶ ἐν Κρότωνι καὶ ἐν Μεταποντίῳ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ.*

*Ἀγυσίμων*] Ita erat in MSC. Sed manifestum est legi debere *ἀνυσίμων*: *παρὰ τὸ ἀνύειν, τουτέστι τελεῖν*, atque ita etiam apud Iamblichum legitur. Hesychius: *Ἀνύσας, συνελών* (f. leg. *συντελῶν*). *Ἀνύει, πληροῖ, ἀπαιτεῖ* (f. *ἀποτελεῖ*). *Ἀνύσεις, τελειώσεις, κατορθώσεις, δύναμις πράξεων ἀποτελεστική* (leg. f. in plurali numero, *δυνάμεις πράξεων ἀποτελεστικαί*). *Ἄνυσις, σπεῦσις, πρᾶξις, αὔξησις, ἐπίδοσις. Ἄνυσις, περαίωσις, κατόρθωμα, δύναμις πράξεων ἀποτελεστική. Ἄνυται, τελειοῦται.*

*Ἀνύω, τελειῶ, ἐκτελῶ, ὠφελῶ, ἀπαιτῶ* (quae postrema duo verba mihi suspecta sunt mendi). Suidas: *Ἀνυσίμως, ἐνεργῶς, πρακτικῶς, τελείως. Καὶ ἀνυσιμωτάτως, Ἄνυσις γὰρ, ἡ τελείωσις.* Et paulo ante: *Ἀνύειν, τελειοῦν, πράττειν.* Item: *Ἀνύσασθαί τι, παρὰ τοῖς ἄρχουσι διαπράξασθαι. Καὶ ὁμοίως πάλιν τὸ τοὺς ἄρχοντας προστάξαι τοῖς ὑπηκόοις. καὶ ἀνῦσαι. τελειῶσαι.* Et rursus idem Suid. *Ἄνυσται, ἤνυσται. καὶ ἀνυστέον, δεῖ ἀνύειν. Ἀνυστικωτέρα, ἀντὶ τοῦ ἐνεργητικωτάτη.* (aut *Ἀνυστικωτάτη* leg. aut *ἐνεργητικωτέρα.*) Adducit deinde locum Polybii, qui propter egregiam sententiam hic quoque ascribi meretur: *Μία ψυχὴ τῆς ἁπάσης πολυχειρίας ἐν ἐνίοις καιροῖς ἀνυστικωτέρα· ὡς Ἀρχιμήδης ἐν Συρακούσαις μόνος πολλῶν Ῥωμαίων:* quae verba hodie apud Polybium, qui extat, non leguntur: sed similis sententia epiphonematica habetur in Excerptis, vbi de Archimedis solertia et machinis lib. VIII. pag. 518. nouae ed. Paris. *οὕτως εἷς ἀνὴρ καὶ μία τέχνη δεόντως ἡρμοσμένη πρὸς ἔνια τῶν πραγμάτων μέγα τι χρῆμα φαίνεται γίγνεσθαι καὶ θαυμάσιον.* Sed haec *ὁδοῦ πάρεργον.*

28 *Τὸν μηρὸν χρυσοῦν ἐπέδειξεν*] Multa huius aurei femoris a Pythagora in suo corpore ostentati mentio est apud auctores. Vide praeter Plutarch. in Numa etiam Iambl. lib. I. cap. 28. Diog. Laert. lib. VIII. pag. 574. *Λέγεται δὲ αὐτοῦ ποτὲ παραγυμνωθέντος τὸν μηρὸν ὀφθῆναι χρυσοῦν.* Ita loquitur Vitarum ille scriptor, quasi fortuito casu aliquando nudati Pythagorae coxa apparuerit aurea. Sed alii auctores memorant, ipsum femur suum detexisse de industria, vt id aureum esse ostentaret, eoque argumento probaret, Apollinem se esse Hyperboreum: et quidem non soli Abaridi, sacerdoti Apollinis Hyperborei, verum etiam propalam pluribus hominibus idem conspiciendum praebuisse in ludis Olympicis, hoc est, in maxima celebritate ac frequentia, cum ad hoc ipsum consurrexisset, obambulassetque. Mira vero consequentia et argumentandi ratio: Pythagoras femur habet aureum. Est igitur ille Apollo, quem pro deo colunt Hyperborei. Sed omissis hisce *λήρων λήροις*, age mendum vnum atque alterum ex Iamblichi iam d. cap. 28. tollamus. Legitur Num. 135. *βεβαιοῦν ὡς τοῦτο ἀληθές:* vbi lector merito subsistat, quorsum illud *βεβαιοῦν* referatur. An ad Pythagoram, et *ἐπέδειξεν;* Atqui tunc oportebat Iamblich. scripsisse, *βεβαιῶν.* An ad *μηρόν;* At tunc *βεβαιοῦντα* scribendum erat. Et hoc posterius verum esse, ex isto Malchi loco discimus, vbi *βεβαιοῦντα* legitur, quod ad *μηρὸν χρυσοῦν*

omnino referendum est. Hoc enim femur *ἀντὶ τεκμηρίου* habebatur, quo confirmaretur illa de Pythagora opinio, ipsiſsimum, scilicet, esse Apollinem Hyperboreum. *Τεκμήρια* certe haec ipsa vocat Iamblich. Num. 140. ad quem locum etiam corrigendum iam accedimus. Edidit ibi Arcer. *ὅτι ἐν τῷ αἰῶνι ἐξανιστάμενος, τὸν μηρὸν παρέφηνε χρυσοῦν.* Et sic vertit: *quod cum in hac vita surrexisset*, etc. Animaduertendum erat, pro *αἰῶνι* (cui hic nullus est locus) legend. *ἀγῶνι*: et *ἀγῶνα* intelligendum *κατ' ἐξοχὴν τὸν Ὀλυμπικόν*. Diserte enim scribit Plutarch. in *Numa*, in conuentu Olympico haec acta esse: *τόν τε μηρὸν ἀποφῆναι χρυσοῦν Ὀλυμπιάσι, διαπορευόμενον τὴν πανήγυριν.* Meminit aurei huius femoris, praeter Lucianum in *Somnio*, siue *Gallo*, etiam Apollonius cap. 6. *Admirandarum Historiarum:* qui post Aristotelem in theatro hanc *ἐπίδειξιν* factam scribit: *Ἐν θεάτρῳ δὲ καθήμενός ποτε ἐξανίσταται, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, καὶ τὸν ἴδιον μηρὸν παρέφηνε τοῖς καθημένοις εἰς* (puto legend, *ὡς*: vel etiam plane delend. *εἰς*) *χρυσοῦν.* Concludit denique id caput (quod totum de Pythagora fuit) his verbis: *λέγεται δὲ περὶ αὐτοῦ καὶ ἄλλα τινὰ παράδοξα. Ἡμεῖς δὲ μὴ βουλόμενοι μεταγραφέων ἔργον ποιεῖν, αὐτοῦ τὸν λόγον καταπαύσομεν.* Alii tamen eburneum femur fuisse tradidere; vt Origenes lib. 6. *contra Celsum* p. 288. ed. Aug. *Περὶ δὲ Πυθαγόρου, πλεῖστα ὅσα τερατευσαμένου, καὶ δείξαντος μὲν ἐν πανηγύρει Ἑλλήνων ἐλεφάντινον τὸν μηρὸν, ἀνεγνωρικέναι δὲ φήσαντος τὴν ἀσπίδα, ᾗ ἐχρήσατο, ὅτ' Εὔφορβος ἦν*, etc. *τί χρὴ καὶ λέγειν;*

*Ἔστι τοίνυν*] Forte legendum, *Ἔστω τοίνυν.* Eandem historiam de naui mortuum vehente habet etiam Apollonius cap. 6. *Histor. admirand.* ex quo haec ascribo. *Τούτοις δὲ* (Pherecydae scil., Abaridi et Hermotimo) *ἐπιγενόμενος Πυθαγόρας, Μνησάρχου υἱὸς, τὸ μὲν πρῶτον διεπονεῖτο περὶ τὰ μαθήματα, καὶ τοὺς ἀριθμούς. Ὕστερον δέ ποτε καὶ τῆς Φερεκύδου τερατοποιΐας οὐκ ἀπέστη. Καὶ γὰρ τῷ ποντίου πλοίῳ εἰσερχομένῳ φορτίον ἔχοντι, καὶ τῶν παρατυχόντων εὐχομένων σωστὸν εἶναι, κατελθεῖν διὰ τὸν φόρτον, ἑστῶτα τοῦτον εἰπεῖν· μικρὸν τοίνυν φανήσεται ὑμῖν σῶμα ἄγον τὸ πλοῖον τοῦτο.*

*Προῤῥήσεις τε γὰρ*] De praedictionibus Pythagorae 29
futurorum ita scribit Clem. Alexand. *Strom.* I. pag. 144. *Προγνώσει δὲ καὶ Πυθαγόρας ὁ μέγας προσανεῖχεν ἀεὶ, Ἄβαρίς τε ὁ Ὑπερβόρεος, καὶ Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος*, etc. Abarim vero diuinandi artem calluisse, et oracula consignasse literis, scribit etiam Apollonius cap. 4. *Historiarum Admirandarum*,

his omnino verbis: Ἄβαρις δὲ ἐξ Ὑπερβορέων, ἦν μὲν καὶ αὐτὸς τῶν θεολόγων· ἔγραψε δὲ καὶ χρησμοὺς ταῖς χώραις περιερχόμενος, οἵ εἰσι μέχρι τοῦ νῦν ὑπάρχοντες· προέλεγε δὲ καὶ οὗτος σεισμοὺς, καὶ λοιμοὺς, καὶ τὰ παραπλήσια, καὶ τὰ γιγνόμενα κατ' οὐρανόν. λέγεται δὲ, τοῦτον εἰς Λακεδαίμονα παραγενόμενον, εἰρηκέναι τοῖς Λάκωσι κωλυτήρια θῦσαι τοῖς θεοῖς· καὶ ἐκ τούτου ὕστερον ἐν Λακεδαίμονι λοιμὸς οὐκ ἐγένετο. Incertus scriptor vitae Pythag. in Excerptis apud Photium p. 713. Biblioth. Ὅτι τὸν Πυθαγόραν πολλὰ φασὶ (al. φησὶ) προειπεῖν, καὶ πάντα ἐκβῆναι. Nimirum hanc quoque diuinandi artem a magistro suo Pherecyde hauserat, quem et tempestates et alia multa, quibus euentus respondit, praedixisse legimus. Cicero 1. *de Diuin. Ne Pherecydes quidem, ille Pythagorae magister, potius diuinus habebitur quam physicus, qui cum vidisset* (leg. bibisset) *haustam aquam de iugi puteo, terrae motus dixit instare*, etc. Rectius vero apud Ciceronem legi *bibisset*, confirmatur hisce Apollonii verbis, quae ex eius libello *Historiarum admirabilium* cap. 5. subiiciam. Τὰ δὲ περὶ Φερεκύδην τοσαῦτα (leg. τοιαῦτα) τινὰ ἱστορεῖται. Ἐν Σκύρῳ ποτὲ τῇ νήσῳ διψῶντα, ὑδάτιον αἰτῆσαι παρά τινος τῶν γνωρίμων. Τὸν δὲ πιόντα εἰπεῖν, σεισμὸν ἐσόμενον ἐν τῇ νήσῳ μετὰ τρίτην ἡμέραν. Τούτου δὲ συμβάντος, μεγάλην δόξαν αὐτὸν ἀπενέγκασθαι. πάλιν δὲ εἰς Σάμον πορευόμενος εἰς τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν, ἰδεῖν πλοῖον εἰς τὸν λιμένα κατερχόμενον, καὶ εἰπεῖν τοῖς συνεστῶσιν, ὡς οὐκ εἰσελεύσεται ἐντὸς τοῦ λιμένος. ἔτι δὲ λέγοντος αὐτοῦ, καταῤῥαγῆναι γνόφον, καὶ τέλος ἀφανισθῆναι τὴν ναῦν. Sed a magistro redeamus ad discipulum, cuius si verae praedictiones fuere, nomen Πυθαγόρου iure merito possedisse videatur, cuius etymon supra ad Epigraphen huius libelli ex Diog. Laërt. et Suida retuli. quod scil. vera non minus quam Pythia vel Apollo Pythius dicere soleret, inde Pythagorae nomen sortitum esse. Quid quod etiam seditionem illam Pythagoricis exitialem, de qua infra, praedixit multo ante? Apollonius cap. 6. *Historiarum admirandarum: Καὶ τὴν γινομένην* (leg. γενομένην) δὲ στάσιν τοῖς Πυθαγορείοις προειπεῖν. Διὸ καὶ εἰς Μεταπόντιον ἀπῆρεν, ὑπὸ μηδενὸς θεωρηθείς. Idem Pythag. inter alia multa praecepta hoc quoque tradidit, teste Diog. p. 582. Μαντικὴν πᾶσαν τιμᾷν. Et Iamblich. cap. 28. testatur, Pythagoricos in arte diuinandi se ipsos studiose exercuisse, quippe qua sola interprete possent vti benignae atque propitiae deum voluntatis. Διὸ καὶ περὶ τὴν μαντικὴν

σπουδάζουσι· μόνη γὰρ αὕτη ἑρμηνεία τῆς παρὰ τῶν θεῶν εὐμενείας. Ita enim ibi legendum. Rursus idem Iamblich. cap. 29. Num. 163. scribit, eos maxime tria ista in pretio habuisse, musicam, artem medendi, (praecipue per diaetam seu accuratam victus rationem, quae διαιτητικὴ est Graecis) denique diuinationem. Τῶν δ' ἐπιστημῶν οὐχ ἥκιστα φασὶν αὐτοὺς τοὺς Πυθαγορείους τιμᾶν, μουσικήν τε, καὶ ἰατρικὴν (μάλιστα δ' ἀποδέχεσθαι ταύτης τὸ διαιτητικὸν εἶδος) καὶ μαντικήν.

Ἐκχύσεως] Apud Iamblichum dicto N. 135. periit praepositio ἐκ, hinc restituenda. Vitiose enim ibi legitur, χύσεως. Quae autem hic sunt Malcho καταστολαί, eae Iamblicho sunt κατευνήσεις.

Ἀπευδιασμοὶ] Fluctus in simpulo sine causa hic excitat Arcerius in Castigat. Iamblichi, dum vitiosam hanc putat esse lectionem, et rectius fore, si legamus ἀπωθισμοί; aut se nescire, quid auctor velit, profitetur, ideoque nec vertisse. Imo rectissime vtrobique et hic et apud Iambl. (alter enim ab altero, vt plurima quoque alia, mutuatus est) retinentur ἀπευδιασμοί, quas vertere possis *serenationes*. Εὐδία enim est *serenitas*: hinc εὐδιάζω, et compositum ἀπευδιάζω: et verbale ἀπευδιασμός, quod monendum fuit, ne, quicquid apud scriptores non statim primo quasi pedatu assequimur, id pro vitioso habentes, praecipiti audacia mutatum eamus: quo nihil est ad corrumpendum bonos auctores nocentius.

Ἐμπεδοκλέα] Empedoclem Pythagoricum fuisse, praeter testimonium Diog. Laërt. lib. 8. satis ostendunt cum alia ipsius operum fragmenta, tum distichon, μετεμψυχώσεως δόγμα complexum, quod praeter alios conseruauit nobis Athenaeus lib. 8. extremo, et alia occasione ascripsi supra. In eo enim de se ipso profitetur (de se ipso, si cuiquam credere fas est) fuisse antea puellam, et puerum, et fruticem, et auem, et piscem. Eiusdem 6 versus in laudem magistri sui magnifice compositos vid. inf. Num. 50. Cicero quoque non semel Empedoclis cum elogio meminit: vt *de Oratore*, vbi *physicum* vocat, qui et poëma egregium fecerit. Rursum *Acad. Quaestion.* 4. *Et tamen isti philosophi raro admodum cum haerent aliquo loco, exclamant, quasi mente incitati: Empedocles quidem, vt interdum mihi furere videatur: Nihil nos sentire, nihil nos cernere,*

*nihil omnino, quale sit, posse reperire* etc. vbi exprimit Cicero istos Empedoclis versus, qui extant apud Sextum Empiricum: *Οὔτως οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐπακουστά, Οὔτε νόῳ περιληπτά.* Postea eodem lib. 4. ad superiora sic regerit: *Furere tibi Empedocles videtur? at mihi dignissimum rebus his, de quibus loquitur, sonum fundere. Nam ergo is excaecat nos, aut orbat sensibus, si parum magnam vim censet in his esse ad ea, quae sub eos subiecta sunt, iudicanda?* Ad eundem Empedoclem pertinent ista in *Laelio: Agrigentinum doctum quendam virum carminibus Graecis vaticinatum ferunt: quae in rerum natura totoque mundo constarent, quaeque mouerentur, ea contrahere amicitiam; dissipare discordiam. Atque hoc quidem omnes mortales et intelligunt, et re probant* etc. Innuit Cicero haec Empedoclis carmina, quae ex Plutarcho lib. 1. *de Placitis Philosophorum*, aliisque ascribam:

*Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε* etc.
*Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα·*
*Ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει,*

Et rursum:

*Νεῖκός τ' οὐλόμενον δίχα τῶν ἀτάλαντον ἁπάντη,*
*Καὶ φιλότης μετὰ τοῖσιν, ἴση μῆκός τε πλάτος τε.*

Operae pretium quoque erit hic adiicere versus in ipsum Empedoclem κατ' ἠθοποιΐαν factos, qualibus scil. verbis vti potuerit, iam iam rebus humanis valedicturus, et *deus immortalis haberi dum cupit,* (vt ait Horatius) *ardentem frigidus Aetnam insilire parans.* Extant apud Diog. Laert. pag. 606. et priores 5 etiam lib. 1. *Antholog. in Philosophos:*

*Ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος*
*Ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλιος* (al. *πόλεως*) *ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,*
*Χαίρετ'· Ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός,*
*Πωλεῦμαι, μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικε,*
*Ταινίαις τε περίστεπτος, στέφεσίν τε θαλείης.*
*Τοῖσιν ἅμ' εὖτ' ἂν ἵκωμαι ἐς ἄστεα τηλεθόωντα,*
*Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι· οἱ δ' ἅμ' ἕπονται,*
*Μυρίοι, ἐξερέοντες, ὅπῃ πρὸς κέρδος ἀταρπός·*
*Οἱ μὲν μαντοσυνέων κεχρημένοι, οἱ δέ τε νούσων*
*Παντοίων ἐπύθοντο κλύειν εὐηκέα* (leg. *εὐηχέα*) *βάξιν.*

De eodem Empedocle vid. et Athenaeum extremo lib. 8. vbi duos illos versus recitat, alibi a me annotatos, quibus profitetur ille philosophus Acragantinus, aliquando se puerum, et puellam, et fruticem, et auem, et piscem marinum fuisse. Item lib. 1. primore, vbi de ipsius ficto ex aromatis variis boue, quem in ludis Olympicis victor certaminis equestris inter spectatores distribuerit.

*Καὶ Ἐπιμενίδην*] Epimenidem Cretensem fuisse Pythagorae discipulum, Iamblich. quoque testatur lib. I. cap. 32. vbi ait, ipsum incidisse in quosdam insidiatores, quibus imprecatus sit Furias necis suae vltrices, illisque diris hoc effecisse, vt ipsi sese mutuis caedibus confecerint. Ascribam verba Iamblich., vt mendum simul inde tollam: *Ἐπιμενίδης ὁ Πυθαγόρου μαθητὴς μέλλων ὑπό τινων ἀναιρεῖσθαι, ἐπειδὴ τὰς Ἐριννύας ἐπεκαλέσατο, καὶ τοὺς τιμωροὺς θεοὺς, ἐποίησε τοὺς ἐπιβουλεύοντας πάντας ἄρδην περὶ ἑαυτοῖς* (leg. *παρ' ἑαυτῶν*) *ἀποσφαγῆναι*, etc.. Eiusdem Epimenidis Plato quoque meminit 1. *De Legibus*, et Pausanias, et Cicero 1. *de Diuinatione*, vbi ipsum illis, qui per furorem vaticinati sunt, annumerat: et lib. 2. *de Legibus*, vbi ait, eum expiandi sceleris Cylonii ergo (Cylo enim Olympionica tyrannidem affectarat) Atheniensibus auctorem fuisse, vti fanum Contumeliae et Impudentiae exstruerent et consecrarent. Extant huius carminum fragmenta quaedam, ex quibus nobilissimum illud est, quod allegat S. Paulus cap. 1. Epist. ad Titum: *Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.*

Cur pro mendacibus habendi sint Cretenses, causam aperit Callimachus *Hymno in Iouem*, quia scilicet Ioui immortali sepulchrum fabricarint. *Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται*, (quod hemistichion Callimachus ab Epimenide mutuatus est) *καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο Κρῆτες ἐτεκτήναντο, σὺ δ' οὐ θάνες· ἔσσι γὰρ αἰεί.* Quos Callimachi versus etiam S. Chrysostomus adducit Homil. 3. in eandem epistolam ad Titum: vbi ipsum quoque Iouis Epitaphium recitat: *Οἱ Κρῆτες τάφον ἔχουσι τοῦ Διός, ἐπιγράφοντα τοῦτο· Ἐνταῦθα Ζὰν κεῖται, τὸν Δία κικλήσκουσι*: q. d. *Zan istic situs est, qui Iupiter indigitatur.*

Porro Empedocli et Epimenidi miror non fuisse adiunctum a Malcho etiam Epicharmum Siculum, quem et ipsum tamen constat Pythagorae sectatorem fuisse, nec minus poëtam quam philosophum eximium, cuius testimoniis

Cicero quoque saepius, et nunquam fere sine elogio, vtitur. Monui olim commentar. in 1. *Halieutic.* Oppiani, Epicharmum Trochaicis versibus plurimum fuisse delectatum, ibidemque non paucos hinc inde, velut dispersas ex naufragio tabulas, collegi atque ex parte emendaui. Illis nunc quosdam alios adiiciam, vt simul etiam alicubi corrigam. Ordiar autem a praecepto eius nobili de amicis caute eligendis, quod et Isocrates Demonico suo in Paraenesi, et Cicero Q. Fratri inculcauit lib. 3. Epist. 1. *Γνῶθι, πῶς ἄλλῳ κέχρηται, πρὶν φίλον ποιῇς τινα.* Sic enim integrandus mihi videtur versus, cuius tantum initium, more suo, allegat Cicero. Possis ita exprimere sententiam eodem metri genere: *Antequam iungas quem amicum, explora, vt erga alios fuit.* Diuini prorsus sunt eiusdem versus de prouidentia et omnipotentia dei, quos subiiciam ex Theodoreto Serm. 6. *Therapeut.* ad Gentes pag. 88. *Ταῦτα σαφῶς ἐπιστάμενος καὶ Ἐπίχαρμος ὁ Πυθαγόρειος, τούτων μὲν ἁπάντων κελεύει καταφρονεῖν· τὸν δὲ τῶν ὅλων ὀπτῆρα δεδιέναι παρεγγυᾷ. λέγει δὲ οὕτως·*

*Οὐδὲν διαφεύγει τὸ θεῖον. τοῦτο γινώσκειν σε δεῖ.*
*Αὐτὸς ἔσθ' ἁμῶν ἐπόπτης· ἀδυνατεῖ δ' οὐδὲν θεῷ.*

Hoc est:

*Nil fugit numen diuinum: id esto persuasum tibi.*
*Ipse noster est inspector: nec deus quicquam nequit.*

Extant iidem versus etiam apud Clem. Alexand. a quo Theodoretus, vt alia plurima, est mutuatus. Sed pro *διαφεύγει* ibi legitur (atque haud scio an non rectius) *ἐκφεύγει*. Aliam Epicharmi sententiam de morte sic Latinam fecit Cicer. in 1 *Tusc. Q.* et versu item Trochaico:

*Emori nolo, sed me esse mortuum nihili aestimo.*
*Βούλομαι μὲν οὐκ ἀποθνήσκειν, ἀλλὰ θανόντ' οὔ μοι μέλει.*

Est et hoc celeberrimum Epicharmi carmen, quod et apud Platonem *Axiocho* exstat, et partim apud Stob. Serm. 10. de *Iniustitia*: *Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι, καί τι καὶ λάβε.* Sic enim legendum, versus ratione postulante. Vide expositionem Erasmi *Chil.* 1. *Cent.* 1. *Prouerb.* 33. Rursus idem Epicharmus apud Stobaeum Serm. 37. *de Bonitate*: *Ὁ τρόπος ἀνθρώποισι δαίμων ἀγαθός· οἷς δὲ καὶ κακός.* Apud Stobaeum deest *καὶ*, quod exigente metro restitui. Congruit plane cum celebri illo dicto Heracliti: *Ἦθος ἀνθρώπου δαίμων:* quo significatur, quod *sui cuique mores fingant fortu-*

nam, *bonam malamue.* Vid. Erasm. *Chil.* 2. *Cent.* 4. *Proverb.* 30. Nobilis quoque est eiusdem Siculi versus, quo prodigum quendam nepotem perhibetur obiurgasse, relatus a Plutarcho in Vita Poplicolae:

*Οὐ φιλάνθρωπός τύ γ' ἐσσί· νόσον ἔχεις, χαίρεις διδούς.*

Hoc est:

*Non ego humanum vocem te; morbum habes, donaturis.*

Est et alius eiusdem versus, sed corruptus apud Stobaeum Serm. 38. *de Inuidia: Τίς ἐγκαλοίη, γενέσθαι μὴ φθονούμενος φίλος.* Doctissimus Gesnerus malebat, *Τίς ἂν βουλοίη.* Sed sic quoque metron ametron manere, nemo non videt: vt taceam de versionis Lat. vitio: *Quis est qui cuperet, amicos sibi non inuidere.* Putabam ego rectum esse: *Τίς ποτ' ἐγκαλοίη*, etc. et *φίλοις* potius, quam *φίλος*· vt hoc voluerit auctor: *Quis tandem est, qui vitio vertat cuiquam, non inuideri ab amicis.* Alius meliora afferat. Nec praetereundus est versus continens admonitionem de officio bonae coniugis, quod est maritum nulla in re laedere: *Σώφρονος γυναικός ἀρετά, τὸν συνόντα μὴ ἀδικεῖν.* Sic enim legend. puto apud Stobaeum Serm. 72. *de praeceptis nuptialibus*, vbi redundat *ἄνδρα:* nisi quis dicat, noui versus id fuisse initium. Denique, vt abrumpam haec *Ἐπιχάρμεια*, est et hic *στίχος Ἐπιχάρμειος* non aspernandae sententiae, (tametsi non Trochaicus, sed Sotadicus) de donis amicorum, quamuis exiguis, in pretio habendis: *Δῶρον μὲν ῥ' ὀλίγον· πάντα δὲ τιμᾶντα τὰ πὰρ φίλων.* *Τιμᾶντα* Dorice pro *τιμήεντα.*

*Ἀλεξάμενος*] Ita MSC. noster habebat. Sed ex Iambl. c. 28. Num. 136. rescribend. *Ἀλεξάνεμος:* ab arcendis scil. seu depellendis ventis: vt *ἀλεξίκακος* depulsor malorum dicitur: item *ἀλεξιφάρμακον.*

*Καθαρτὴς*] Hinc corrigendus Iamblichus d. Num. 136. vbi male editum est *Καθαρίης:* quod interpreti redditur *Catharies*, h. e. mundus, seu purus: male. Imo *Καθαρτής*, *παρὰ τὸ καθαίρειν*, est mundator.

*Ὅτι*] Apud Iamblich. est *ὅτε.* Sed melius est *ὅτι.*

*Οἰστῷ*] Celebris est haec sagitta Abaridis Hyperborei, eamque auream fuisse accepimus. Vide et Iamblich. lib. I. c. 28. Num. 136.

*Ἑκατέρωθι*] Hinc emendandus Iambl. d. Num. 136. vbi male editum *ἑκατέρωθιν.*

30 *Κατεκήλει δὲ ῥυθμοῖς καὶ μέλεσι*] *Κατακηλεῖν* est *θέλγειν*, *πραΰνειν*: demulcere, mansuefacere. Sic Suid. *Κατακηλοῦσαν* exponit *θέλγουσαν*, *πραΰνουσαν*. Et Hesychius: *Κατακηλούμενοι*, *ἐξοιστρούμενοι*, *καταθελγόμενοι*. Hinc *ἀκήλητον*, *ἀπηνῆ* exponit Suidas, et affert distichon ex Epigramm. *de Orpheo*:

> *Ὅς καὶ ἀμειλίκτοιο βαρὺ κλυμένοιο νόημα*
> *Καὶ τὸν ἀκήλητον θυμὸν ἔθελξε λύρᾳ.*

Mira vera fuit vis musicae apud Pythagoram eiusque sectatores in componendis atque tranquillandis animorum affectibus: de qua ita Seneca lib. 3. *de Ira* cap. 9. *Pythagoras perturbationes animi lyra componebat. Quis autem ignorat, lituos et tubas concitamenta esse, sicut quosdam cantus blandimenta, quibus mens resoluatur.* Item Plutarch. lib. *de Iside et Osiride*, vbi cum prius de odoratis ac fragrantibus aromatis dixisset, quod per ea diurnae curae ac molestiae nobis sub noctem relaxentur, et phantasia, quae somniorum est receptaculum, instar speculi leuigetur poliaturque, addit comparationem eorum cum lyrae pulsatione, quam soleant Pythagorei ante somnum ad abigendas curas, et sanandas tranquillandasque animorum perturbationes adhibere. Pauca de pluribus ex eruditissimo auctore ascribam: *Καὶ κρᾶσιν ἐπαγωγὸν ἴσχει, καὶ τὰ λυπηρὰ καὶ σύντονα τῶν μεθημερινῶν φροντίδων ἄνευ μέθης, οἷον ἅμματα χαλᾷ καὶ διαλύει, καὶ τὸ φανταστικὸν καὶ δεκτικὸν ὀνείρων, ὥσπερ κάτοπτρον, ἀπολεαίνει, καὶ ποιεῖ καθαρώτερον, οὐδὲν ἧττον ἢ τὰ κρούματα τῆς λύρας, οἷς ἐχρῶντο πρὸ τῶν ὕπνων οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ ἐμπαθὲς καὶ ἄλογον τῆς ψυχῆς ἐξεπᾴδοντες οὕτω καὶ θεραπεύοντες.* Quintilianus quoque de hoc Pythagoreorum instituto praeclare scribit lib. 9. cap. 4. (mihi pag. 419.) *Pythagoreis certe moris fuit, et cum euigilassent, animos ad lyram excitare, quo essent ad agendum erectiores: et cum somnum peterent, ad eandem prius lenire mentes, vt, si quid fuisset turbidiorum cogitationum, componerent. Quod si numeris et modis inest quaedam tacita vis, in oratione est vehementissima* etc.

Eiusdem quoque moris meminit Cicero *Tuscul. Q.* 4. in prooem. *Carminibus videlicet solitos esse Pythagoreos et praecepta quaedam occultius tradere, et mentes suas a cogitationum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere,* etc. Vbi addit, Romanos veteres hoc ipsum institutum in suas quoque epulas introduxisse. Sed et ipse noster Mal-

chus de Pythagora scribit, mane solitum animam suam ad lyram componere atque mansuefacere, carmina et paeanas vel Thaletis, vel Homeri, vel Hesiodi accinendo. Notandum vero, quod constanter lyrae instrumento vsum Pythag. testantur Seneca, Quintil. Plutar. Iamblich. et alii: Cicero quoque de cantu fidibusque scribit. Quod si quis ex me quaerat, cur lyra potius quam tibia vti voluerit, respondeat pro me Iamblich. cap. 25. Num. 111. *Τοὺς γὰρ αὐλοὺς ὑπελάμβανεν ὑβριστικόν τε καὶ πανηγυρικὸν καὶ οὐδαμῶς ἐλευθέριον τὸν ἦχον ἔχειν.* Tibiam videlicet habebat pro instrumento musico illiberali, quomodo et Pallas de ea iudicauit, quam aiunt aliquando tibia canentem, cum forte in aqua velut speculo relucentem vultum suum inflatum buccis deformiorem redditum conspexisset, ab ea sic alienatam esse, vt abiiceret protinus, nec vnquam postea id instrumenti musici genus *ἔμπνευστον* resumere voluerit. Romani tamen tibiam non respuebant: siquidem apud eos iam olim hic *mos fuit epularum, vt deinceps,* (id est ordine) *qui accumberent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes:* vt ex Catonis lib. *Originum* retulit Cicero in d. prooem. 4. *Tusc.* Nisi forte ibi quoque legend. *ad lyram.* Graeci certe suis conuiuiis lyram adhibebant: quam cum recusasset Themistocles, habitus est indoctior: vt de eo scripsit Cicero prooem. *Tusc.* 1. Priusquam vero ab hoc illustri loco de vi musicae discedam, non possum quin commendem lectori, quae de ead. scribit Athenaeus lib. 14. *Dipnosoph.* praesertim cum et Pythagorae nostri mentionem ibi faciat: *Καὶ γὰρ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος τηλικαύτην δόξαν ἔχων ἐπὶ φιλοσοφίᾳ, καταφανής ἐστιν ἐκ πολλῶν οὐ παρέργως ἁψάμενος μουσικῆς, ὅς γε καὶ τὴν τοῦ παντὸς οὐσίαν διὰ μουσικῆς ἀποφαίνει συγκειμένην. Τὸ δὲ ὅλον ἔοικεν ἡ παλαιὰ τῶν Ἑλλήνων σοφία τῇ μουσικῇ μάλιστα εἶναι δεδρμένη* (ita lego, non *δεδομένη,*) *καὶ διὰ τοῦτο τῶν μὲν θεῶν Ἀπόλλωνα, τῶν δὲ ἡμιθέων Ὀρφέα, μουσικώτατον καὶ σοφώτατον ἔκρινον, καὶ πάντας τοὺς χρωμένους τῇ τέχνῃ ταύτῃ σοφιστὰς ἀπεκάλουν.* Deinde Lacedaemonios plurimum ait vsos fuisse Musica, et austeritatem vitae ac morum dulcedine eius temperasse. *Ἀπὸ γὰρ τῆς τοῦ βίου σωφροσύνης καὶ αὐστηρίας μετέβαινον ἀσμένως ἐπὶ τὴν μουσικὴν, ἐχούσης τὸ* (malim *τι*) *κηλητικὸν τῆς ἐπιστήμης.* (Vim permulcendi suauiter animum Athenaeus quoque hic tribuit musicae, perinde vt Malch. hic verbo *κατεκήλει.*) *εἰκότως οὖν ἐγίνετο χαίρειν τοὺς ἀκροωμένους.* Denique deplorat ibid. et in praecedentibus et sequentibus verbis infelicem

musices a veteri sua praestantia degenerationem. *Νῦν δὲ εἰκῇ καὶ ἀλόγως ἅπτονται τῆς μουσικῆς* etc. Item: *μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης ἀταξίας, καὶ γηρασάντων σχεδὸν ἁπάντων τῶν ἀρχαίων νομίμων, ἥ τε προαίρεσις αὕτη κατελύθη, καὶ τρόποι μουσικῆς φαῦλοι κατεδείχθησαν, οἷς ἕκαστος τῶν χρωμένων, ἀντὶ μὲν πρᾳότητος περιεποιεῖτο μαλακίαν, ἀντὶ δὲ σωφροσύνης ἀκολασίαν καὶ ἄνεσιν. ἔσται δὲ ἴσως τοῦτο μᾶλλον, καὶ ἐπὶ πλέον προαχθήσεται*, etc. Quem locum tanto libentius ascripsi, quod ex parte ad nostri quoque aeui mores pertineat, quibus saepe seruire cogitur musica ad luxuriam, leuitatem, ac petulantiam, qua Pythag. et qui ab eo, ad omnia alia vtebantur: vt mirum non sit, iam pridem corruptam nos habere rempublicam. Plato enim hoc tradidit, commutatis modis musicis, etiam animos hominum et rempublicam immutari solere. Sed quando Lacedaemoniorum facta est mentio, quanto illi studio coluerint musicam, referatur sane *ὁδοῦ παρέργως* historia de iisdem, quae extat apud Suid. in proverbio *Μετὰ Λέσβιον ᾠδήν*. Seditione laborabant Lacedaemonii atque discordiis intestinis: quo malo vt liberarentur, oraculo moniti sunt, cantorem Lesbium accerserent. Ita Terpandrum, excellentem musicum, Antissa aduocarunt: quem cum in suis conuiuiis siue *συσσιτίοις* canentem audiuissent, seditione et discordiis intestinis valere iussis in gratiam redierunt. *Οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς Λεσβίους κιθαρῳδοὺς πρώτους προσεκαλοῦντο. ἀποκαταστατούσης γὰρ τῆς πόλεως αὐτῶν, χρησμὸς ἐγένετο, Λέσβιον ᾠδὸν μεταπέμψασθαι· οἱ δὲ ἐξ Ἀντίσσης Τέρπανδρον ἐφ' αἵματι φεύγοντα μεταπεμψάμενοι ἤκουον αὐτοῦ ἐν τοῖς συσσιτίοις, καὶ κατεστάλησαν.* Et rursum: *Οἱ Λακεδαιμόνιοι στασιάζοντες μετεπέμψαντο ἐκ Λέσβου μουσικὸν Τέρπανδρον, ὅστις ἥρμοσεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, καὶ τὴν στάσιν ἔπαυσεν*, etc. Concludamus haec elogio illo musices, quod ex Theophilo citharoedo refert Athenaeus d. lib. X. *Μέγας θησαυρός ἐστι καὶ βέβαιος ἡ μουσικὴ ἅπασι τοῖς μαθοῦσι παιδευθεῖσί τε. Καὶ γὰρ τὰ ἤθη παιδεύει, καὶ τοὺς θυμοειδεῖς καὶ τὰς γνώμας διαφόρους καταπραΰνει.* Minime vero hic omittendum censeo illustrem de vi musices locum Ammonii, qui extat in commentario ipsius *εἰς τὰς πέντε φωνὰς* pag. 12. et seq. edit. Venet. praesertim cum et historia quaedam de Pythagora ibi attingatur. *Ἡ δὲ μουσικὴ τὰς τῶν χορδῶν συμφωνίας ἐπισκέπτεται· ἐπιτηδεύει δὲ καὶ τινα μέλη, κοιμίζοντα μὲν τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, διεγείροντα δὲ αὐτὴν ἐπ' ἀρετήν. Ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, δηλοῖ τὰ ἔτι σωζόμενα ἴχνη, καὶ οἷον ἀποπτώσεις τῆς μουσικῆς. Ἀκούοντες γὰρ σάλπιγγος, θυμικώτεροι διατιθέμεθα· καὶ διὰ τοῦτο*

*ἐν τοῖς πολέμοις ἡ σάλπιγξ ἐπιτηδεύεται. ἀκούοντες δὲ θεατρικῶν μελῶν, ἐκλυτότερον διακείμεθα τὰς ψυχάς. φέρεται δὲ καὶ ἱστορία τοιαύτη, ὅτι Πυθαγόρας ἑωρακώς τινα νέον αὐλητρίᾳ ἔκλυτον μέλος αὐλούσῃ ἑπόμενον, κελεῦσαι αὐτὴν στρέψασαν τὸν αὐλὸν αὐλῆσαι, καὶ τούτου γενομένου, παῦσαι τοῦ νέου τὴν ἐπιθυμίαν. Ὥστε οὐ δεῖ ἀπιστεῖν τοῖς λεγομένοις περὶ τῆς θείας μουσικῆς. Διά τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Πλάτων παρακελεύεται τοὺς νέους καὶ διὰ μουσικῆς, καὶ διὰ γυμναστικῆς ἰέναι, ἵνα διὰ μὲν τῆς μουσικῆς τὴν ψυχὴν ἐπικοσμῶσι· διὰ δὲ τοῦ γυμνασίου, τὸ σῶμα.*

Sed nihil est omnium, quod ad commendationem laudemque musices dici posſit luculentius atque diuinius, quam quod etiam malum daemonem fugare sit efficax, vt ex hiſtoria sacra de Saule et Dauide constat. Quo etiam respexit auctor huius octostichi in laudem musices facti:

*Musica diuarum salue sanctissima, castae*
*Delicium mentis, virgineique chori,*
*Tu curas abigis, furiarumque agmina pellis:*
*Tu das angelici gaudia sancta chori.*
*Est sine sole dies, et nox sine sidere tristis:*
*Te sine vita hominum nil nisi luctus erit.*
*Quam praebes animo, non castior vlla voluptas:*
*Cui tua sint odio munera, dispereat.*

Vide eius rei rationes (cur, inquam, musica etiam daemonem malum fuget) erudite inquisitas apud Ioan. Saresberiensem lib. 1. *Policratici* cap. 6. et Franc. Vallesium *de Sacra Philos.* cap. 28. Tribuamus autem hoc honori lyrae et musicae Dauidicae, quae *θεόπνευστος* hodieque in Psalmis resonat, vt etiam hic inseramus cum versione nostra Latina X iambos Graecos, qui in veteri menologio extant, hac epigraphe: *Στίχοι εἰς τὸν θεῖον Δαβίδ·*

*Σίγησον Ὀρφεῦ, ῥῖψον Ἑρμῆ τὴν λύραν,*
*Τρίπους ὁ Δελφοῖς δῦνον εἰς λήθην ἔτι.*
*Δαβὶδ γὰρ ἡμῖν, πνεύματος κρούων λύραν,*
*Τρανοῖ τὰ κρυπτὰ τοῦ θεοῦ μυστηρίων·*
*Πληθὺν παλαιῶν ἱστορεῖ τεραστίων,*
*Κινεῖ πρὸς ὕμνον τοῦ κτίσαντος τὴν κτίσιν.*
*Σώζων ἅπαντας μυσταγωγεῖ καὶ γράφει·*
*Ἁμαρτάνοντας εἰς ἐπιστροφὴν φέρει.*
*Πολλοῖς σὺν ἄλλοις καὶ κριτοῦ δηλῶν κρίσιν*
*Σμήχειν διδάσκει ψυχικὰς ἁμαρτάδας.*

Tandem subiicitur a poëta, quisquis fuit, hexameter:

*Ἁρμονίης ἱερῆς μελιηδέα ᾄσματα Δαβίδ.*

Interpretatio superiorum:

*Orpheu sile, lyram adiice, Mercuri, tuam:*
*Obliuione, Delphice tripus, mergitor.*
*Nobis Dauides, Spiritus lyram increpans,*
*Mysteria in lucem abdita eruit dei:*
*Antiqua narrat affatim miracula:*
*Mouet, vt celebrent conditorem, condita:*
*Scribit docetque, quod saluti est omnibus:*
*Peccantium conuersionem promouet:*
*Diem et supremi iudicis extremum notat,*
*Mentisque labem abstergere impuram docet.*
*Harmoniae sacrae sunt mellea carmina Dauid.*

Ἀλλ' ἐκτροπῆς ἤδη ἅλις. Ad Malchum reuertamur.

*Καὶ ἐπῳδαῖς*] Inf. Num. 33. coniungit ἐπῳδὰς καὶ μαγείας. Epodis autem seu incantationibus et susurris magicis curandi ratio antiquissima est, iam tum Chironis Thessali, cognomento Centauri (vnde Centaurio herbae nomen inditum in botanologicis) et Apollinis f. Aesculapii temporibus vsitata. Etymologicum Magnum in Ἐπαοιδή· Ἰστέον, ὅτι ἀρχαία ἐστὶν ἡ διὰ τῆς ἐπαοιδῆς θεραπεία. Ὅμηρος· Παῦεν δ' ἐπαοιδῇ αἷμα κελαινόν. (Ecce, incantatione sistitur sanguis.) Καὶ Πίνδαρος ἐπὶ (f. περὶ) τοῦ Ἀσκληπιοῦ, τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων, etc. Locus est *Pythi.* 3. Idem Pindar. *Neme.* 8. Ἐπαοιδαῖς δ' ἀνὴρ νώδυνον, καί τις κάματον θῆκεν. Hesychius: Ἐπαοιδοί, φαρμακοί, γόητες. Suidas: Ἐπῳδός, ἡ ἐπᾴδουσα τοῖς νοσοῦσι παισί. (Ead. et Hesych. habet.) καὶ ἐπῳδή, ἡ γοητεία. Πολύβιος· Πάσης ἐπῳδῆς καὶ γοητείας καὶ περιάμματος πεῖραν ἐλάμβανον. Allegat ibidem et Sophoclem, qui tamen negat conuenire sapienti medico vti incantamentis, si quando sectionem poscat malum: Οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ, Θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι. Sicut autem aliis in rebus plurimis, ita in hoc quoque ἐπῳδῶν negotio licet vti parodia Ouidiana eiusmodi: *Non cuncta annosa vetustas, Quae laudemus, habet: longis vitium insidet annis.* Non enim, si vel maxime vetusta sit per epodas atque incantationes magicas et amuleta characterum quorundam etc. curandi ratio, ob id etiam probanda est. Mihi semper illa placuit censura grauissimi Iohannis Chrysostomi, Christiano homini optabiliorem esse et morbum et mortem, quam sanitatem recuperatam, et vitam prolongatam beneficio incanta-

tionum vel amuletorum, quae sunt Graecis *περιάμματα.* Plura de hoc argumento dixi in *Commentar. sacr. lect.* et in Scholiis ad Q. Serenum Sammonicum, vbi de quartana per ABRACADABRA, certo modo chartae inscriptum et collo appensum curanda nescio quid nugatur. Vid. et doctissimum medicum ac philosophum Franc. Vallesium *de Sacr. philosoph.* cap. 3. prolixe de vi vocabulorum, vt et contra incantationem disserentem.

*Συνεὶς*] Reponend. *συνιείς:* vt est etiam apud Iambl. Num. 65.

*Κατὰ ταύτας*] Iambl. *κατ' αὐτάς:* quae lectio verior videtur.

*Ἀστέρων ἁρμονίας*] Vide Cicer. in *Somnio Scipionis*, et Macrobium in eius Commentario. Item Plin. lib. 2. cap. 21. et seq. vbi Pythagoram sagacis animi virum vocans, ait et interualla siderum et concentum obseruasse. Eiusdem libri cap. 8. scribit: Pythagoram Samium primum deprehendisse naturam Luciferi: (qui et Vesper, et Vesperugo dicitur.) Addit quoque temporis notationem, videlicet Olympiade circiter quadragesima secunda, h. e. vrbis Romae anno CXLII.

*Ἀκόρεστον* (vel, vt mauult Arcerius, *ἀκατακόρεστον*) *μέλος φθεγγομένην* istam harmoniam scribit Iamblich. c. 15. Num. 65. *de vita Pythagorae.* Melos, quod audiendo satiari non possis, ob immensam eius suauitatem. Philo hanc luculenter explicat in lib. *Quod somnia mittantur a deo: Quae laudare hymnisque celebrare suum patrem possunt, haec duo sunt, coelum et mens. Nam homo hunc praecipuum honorem sortitus est prae caeteris animalibus, quod deum colit. Coelum vero perpetuo concentu suorum motuum reddit harmoniam suauissimam. Quae si ad aures nostras peruenire posset, excitaret in nobis impotentes amores et insanum desiderium, quo stimulati, rerum ad victum necessariarum obliuisceremur, non pasti cibo potuque per fauces demisso, sed quemadmodum immortalitatis candidati consummatae musicae diuinis cantibus* etc. Et mox: *Itaque coelum, instrumentum musicae archetypum, non aliam ob causam ita elaboratum esse mihi videtur, quam vt hymni laudesque patris rerum scite ac musice decantentur* etc.

*Συνεὶς τῆς καθολικῆς τῶν σφαιρῶν* etc.] Leg. *συνιείς.* Porro de contemplatione rerum caelestium, cui impense

deditus fuerit Pythagoras, operae pretium est ascribere sonoros versus Christodori Thebani, qui extant lib. 5. *Antholog.* tit. *Εἰς Πυθαγόραν·* mihi pag. 277. ed. Ald.

*Ἔπρεπε Πυθαγόρης Σάμιος σοφὸς· ἀλλ' ἐν Ὀλύμπῳ*
*Ἐνδιάειν ἐδόκευε, φύσις δ' ἐβιάζετο χαλκοῦ,*
*Πλημμύρων νοερῇσι μεληδόσιν. ὡς γὰρ ὀΐω,*
*Οὐρανὸν ἀχράντοισιν ἐμέτρεε μοῦνον ὀπωπαῖς.*

*Ἦν δέ τις*] Duo priora istorum Empedoclis carminum in laudem magistri Pythagorae factorum exstant etiam apud Diog. Laërt. in Empedocle p. 602. Reliquos 4 versus non puto vsquam alibi reperiri praeterquam apud Malchum et Iamblich. cap. 15. Sed ibi miserrime sunt luxati, hinc restituendi.

*Πραπίδων πλοῦτον*] Similiter idem Empedocles in alio carmine, quod recitat Clemens Alex. *Strom.* V.

*Ὄλβιος, ὃς θείων πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,*
*Δειλὸς δ', ᾧ σκοτόεσσα θεῶν πέρι δόξα μέμηλεν.*

Ad eandem faciem Solon *τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον* dixit in versibus a Plutarcho in eius vita relatis. Sic vero est: Animi diuitiae, h. e. virtus et doctrina, longe antistant omnibus externis opibus, adeoque omni et quod sub terra et supra terram est auro, vt ait Plato. Ascribam de hoc optimo praestantissimoque diuitiarum genere versus Luciani, qui extant in 1. *Antholog.* tit. 67. quia habeo quod in illis emendem et moneam:

*Πλοῦτος, ὁ τῆς ψυχῆς, πλοῦτος μόνος ἐστὶν ἀληθής,*
*Τἄλλα δ' ἔχει αὐτὴν πλείονα τῶν κτεάνων.*

Hic pro *αὐτὴν* non *αὐτῇ*, vt Henr. Steph. qui refert ad *ψυχῇ*, sed *ἄτην* puto legendum. Hoc enim vult poëta: *τὰ ἄλλα τῶν κτεάνων, ἤγουν τὰ ἐκτὸς χρήματα, πολὺ μείζω ἄτην ἔχει ἢ ὠφέλειαν.* Alia bona siue externae opes, quae vulgo fortunae appellantur, maiorem noxam fere quam vtilitatem afferunt suis possessoribus. Hexastichon, quod ibid. in *Antholog.* continue proxime sequitur, mihi sane videtur nouum ac separatum constituere Epigramma, maleque conglutinatum esse superiori disticho. Priore Epigrammate absoluerat poëta vnam sententiam: quae scil. verae sint opes; nempe animi seu mentis, addita ratione, ab antithesi ducta: quia bona fortunae potius nocent multis quam prosunt. Sequitur alterum et distinctum Epigramma,

huius argumenti: Quis iure diues dici debeat: videlicet non is, qui ad calculos semper sedens congerit opes alias super alias atque coaceruat, apum instar alueolis mella constipantium magis ad aliorum quam suos vsus; sed is potius, qui facultatibus suis recte vti nouit, *cui dii diuitias dederunt artemque fruendi*, vt cum Horatio loquar. Mouet quoque me et confirmat in hac sententia, quod nullum video ἄρθρον, quo tertius versus cum prioribus copuletur. Quare nouum atque distinctum hoc a superiore puto Epigramma:

*Τὸν δὲ πολυκτέανον καὶ πλούσιόν ἐστι δίκαιον*
*Κλῄζειν, ὃς χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς δύναται.*
*Εἰ δέ τις ἐν ψήφοις κατατήκεται, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ*
*Σωρεύειν αἰεὶ πλοῦτον ἐπειγόμενος·*
*Οὗτος ὁποῖα μέλισσα πολυτρήτοις ἐνὶ σίμβλοις*
*Μοχθήσει, ἑτέρων δρεψομένων τὸ μέλι.*

Vbi obseruo, comparationem illam auari cum apibus non sibi sed aliis mellificantibus videri Lucianum a Democrito sumpsisse. Sic enim ille apud Stobaeum περὶ φειδωλίας· *Οἱ φειδωλοὶ τὸν τῆς μελίσσης οἶτον ἔχουσιν, ἐργαζόμενοι ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι.* Sed quid vetat, quo minus egregiorum carminum aliquot elaborationes Latinas hic ascribam, quibus et cum Sleidani versione et inter nos certabamus olim in adolescentia familiares ac *συμφοιτηταί* ego et Solomo Rysinius Pantherus, qui nunc a consiliis ac studiis est Illustriss. Principi D. Christophoro Radiuilio. Sleidanus ergo sic vertit:

*Nobilis est animi thesaurus, nobilis ille,*
*Postrema quisquis parte locabit opes.*
*Diues erit vere, qui fidos inter amicos*
*Largiter effundit parta labore bona.*
*Sed genium quisquis defraudat, opesque tenacem*
*Congerit in testam, quo numerare queat,*
*Qualis apes, frustra studio complebit auaro*
*Vascula, mox fuco diripiente fauos.*

Sol. Rys. Panth. ita geminum in modum transtulit:

I.

*Mentis opes solius, opes verae atque perennes:*
*Plurimum habent aliae diuitiae exitii.*
*Sed pollentem opibus multis, multoque metallo,*
*Hunc voco qui partis vtitur ipse bonis.*

*At qui sollicitis tabet numerando lapillis,*
*Semper opes opibus accumulare studens:*
*Hic in multiforis aluearibus Attica tanquam*
*Sudat apis, linquens mella metenda aliis.*

II.

*Solae animi gazae gazarum nomine dignae:*
*Heu secum reliquae quot nocumenta trahunt!*
*Solus at hic laudem Pelopisque Midaeque meretur,*
*Diuitiis vti qui valet ipse suis.*
*Qui vero excoquitur numerandis tabe talentis,*
*Atque alias aliis anxius addit opes:*
*Angitur hic vt apis, quae aliis sua mella legenda*
*Linquit in alueolis multiforatilibus.*

Ego ita quater variabam metricum stylum:

I.

*Vera in mente sita est opulentia. Nam bona vulgi*
*Sunt nugae, et dominis noxia saepe suis.*
*Hic audit locuples merito, qui nouerit vti*
*Diuitiis, arcae nec male damnat opes.*
*Qui subducenda semper ratione macrescit,*
*Et festinat opes accumulare opibus,*
*Cui geminum hunc dicam? nisi, quae mortalium in vsum,*
*Haud sibi, in alueolis mella recondit, api.*

II.

*Nobilior nulla est opibus possessio mentis:*
*Caetera namque mali plus bona semper habent.*
*Hunc vere ditem dicam, hunc et iure beatum,*
*Efficere vtibiles qui bene nouit opes.*
*At miser in nummis si quis tabescit, et auri*
*Quo plus est sibi, eo quaerere plus satagit,*
*Sedulae is instar apis, quae operando melle laborat:*
*Mox alio dulces diripiente fauos.*

III.

*Mentis opes, verissimae opes: at caetera noxae*
*Quam solidae frugis plus bona saepe ferunt.*
*Hic locuples dici vere, diuesque meretur,*
*Diuitiarum vsum qui scit habere bonum,*
*Qui vero tantum numerando insumitur auro,*
*Atque aliquid partis addere semper auet;*
*Florilegae instar apis, labor hunc exercet inanis,*
*Quae cellas aliis, non sibi melle replet.*

IV.

*Diuitias veras mens possidet vnica; vulgi*
*Diuitiae damnum saepe dedere graue.*
*Scilicet is vere est opulenti nomine dignus,*
*Qui bona laudatis vsibus apta facit.*
*Qui vero in nummis numerandis tabe liquescit,*
*Festinans veteres accumulare nouis,*
*Hunc apibus dicam similem, quae multiforis in*
*Alueolis, aliis, non sibi mellificant.*

Sed haec hactenus: quam digressionem lectori non iniucundam fore arbitrabar.

Ἐμφατικὰ] Ita Manuscriptus noster. Sed apud Iamblichum extremo cap. 15. ἐμφαντικὰ legitur. 31

Κατὰ τοὺς ἀντίχθονας] Vsitatiore vocabulo hi dicuntur ἀντίποδες. Diog. Laërt. in Pythag. p. 583. *Εἶναι δὲ καὶ ἀντίποδας· καὶ τὰ ἡμῖν κάτω ἐκείνοις ἄνω.* Non defuerunt tamen ex doctoribus ecclesiae praestantissimi viri, qui antipodas esse pernegarent: vt S. August., vt Lactant. Firmianus: cuius ista sunt lib. 3. *de Falsa Sapientia* cap. 24. *Quid illi, qui esse contrarios vestigiis nostris antipodas putant, num aliquid loquuntur? aut est quisquam tam ineptus, qui credat, esse homines, quorum vestigia sunt superiora quam capita? aut ibi, quae apud nos iacent, inuersa pendere? fruges, et arbores deorsum versus crescere? pluuias, et niues, et grandinem sursum versus cadere in terram?* etc. Deinde postquam examinavit rationes eorum, qui ex doctrina sphaerica statuunt antipodas, (quos ipse dicere non dubitat in multa incidere ridicula, et defendere portenta,) addit hoc tandem epiphonema: *Sic pendulos istos antipodas caeli rotunditas adinuenit.* Et sub fin. cap. *At ego* (inquit) *multis argumentis probare possem, nullo modo fieri posse, vt caelum terra sit inferius*, etc.

Apud Clem. Alex. V. *Strom.* p. 261. reperio, Pythagoreis caelum ipsum ἀντίχθονα dictum fuisse: *Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι τὸν οὐρανὸν τὸν ἀντίχθονα καλοῦσιν.*

Σύγκρισιν] Puto legend. σύγκρασιν.

Ἐκτρέπεσθαι τὰς μετὰ τῶν πολλῶν ὁμιλίας] Vulgi commercia fugienda esse monebat Pythag. etiam illo symbolico praecepto: *Τὰς λεωφόρους μὴ βαδίζειν;* de quo infra. Ratio est in versibus heroïcis Cleanthis apud Clementem Alex. 32

Ἁρμοζόμενος πρὸς λύραν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν] De hac Pythagorae consuetudine componendi animum ad tranquilli-

tatem cantu lyrae, et de laudibus atque vtilitatibus musicae, praeter ea, quae supra dixi, etiam haec vtiliter obseruabuntur ex Iamblich. cap. 28. *Ὑπελάμβανε δὲ καὶ τὴν μουσικὴν μεγάλα συμβάλλεσθαι πρὸς ὑγείαν, ἄν τις αὐτῇ χρῆται κατὰ τοὺς προσήκοντας τρόπους.* Idem cap. 25. et quasi totidem verbis cap. 32. *Ἦν δέ τινα μέλη παρ᾽ αὐτοῖς πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς πάθη πεποιημένα, πρός τε ἀθυμίας καὶ δηγμοὺς, ἃ δὴ βοηθητικώτατα ἐπινενόητο. Καὶ πάλιν αὖ ἕτερα πρός τε τὰς ὀργὰς, καὶ πρὸς τοὺς θυμοὺς, δι᾽ ὧν ἐπιτείνοντες αὐτὰ καὶ ἀνιέντες ἄχρι τοῦ μετρίου σύμμετρα πρὸς ἀνδρείαν ἀπειργάζοντο.* Rursus idem Iamblich. extremo d. cap. 25. *Οὕτω μὲν οὖν πολυωφελεστάτην κατεστήσατο Πυθαγόρας τὴν διὰ τῆς μουσικῆς τῶν ἀνθρωπίνων ἠθῶν τε καὶ βίων ἐπανόρθωσιν.* Notanda obiter emendatio Iamblich. eod. cap. 25. Ubi enim editum est, *Καὶ πρὸς πᾶσαν παραλλαγὴν τοιαύτης ψυχῆς*, legend. *τοιαύτην.* Non tacuit hanc vtilitatem musices etiam doctiss. scriptor geogr. Strabo: cuius sunt ista lib. 10. *Καὶ διὰ τοῦτο μουσικὴν ἐκάλεσεν ὁ Πλάτων, καὶ ἔτι πρότερον οἱ Πυθαγόρειοι, τὴν φιλοσοφίαν, καὶ καθ᾽ ἁρμονίαν τὸν κόσμον συνεστάναι φασὶ, πᾶν τὸ μουσικὸν θεῶν ἔργον ὑπολαμβάνοντες. οὕτω δὲ καὶ τὴν τῶν ἠθῶν κατασκευὴν τῇ μουσικῇ προσνέμουσιν, ὡς πᾶν τὸ ἐπανορθωτικὸν τοῦ νοῦ τοῖς θεοῖς ἐγγὺς ὄν.*

*Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου*] Idem et Iambl. testatur d. c. 25. vbi corrigend. *λέξεσιν ἐξειλεγμέναις.* Mirum vero non abhorruisse Pythagoram ab Homerica et Hesiodea poësi, cum illorum auctorum animas iactarit se apud inferos vidisse cruciari, quod illas absurdissimas de diis fabulas confinxerint. Ac Hesiodi quidem animam fuisse alligatam aeneae columnae, et miserum quendam stridorem edidisse; Homeri vero de arbore suspensam, cinctamque serpentibus. Nisi quis forte dicat, nondum tunc Pythagoram se ad inferos penetrauisse, cum tanti ipsorum carmina putaret, ut ad lyrum accineret: postea vero ad superas auras reuersum ab illis abstinuisse. Vid. Diog. Laërt. in Pythag. p. 580. vbi verissima est Cl. Casauboni emendatio, *ἀνθ᾽ ὧν εἶπον περὶ θεῶν.*

*Ὀρχήσεις δέ τινας ὑπωρχεῖτο*] De variis saltationum generibus et vtilitatibus eruditissime disserit Athenaeus lib. 10. quem videre est operae pretium.

*Ἐπιφθόνως*] Forte legendum *ἀφθόνως*, h. e. copiose, magno numero, etc. Huic autem loco Malchi plane gemina sunt, quae ex Porphyrii libro de Pythag. refert Cyrillus lib. 3. contra Iulianum, sic Latine translata per Oecolampad-

*Neque ipse cum multis faciebat obambulationes, sed duobus vel tribus comitibus in templis vel lucis amoenissima et maxime silentia loca quaerebat. Amicos autem valde amabat, primus dicens, amicorum omnia esse communia: et, amicum esse alterum ipsum. Et cum sanis quidem conuersabatur; laborantium autem corpora curabat: et animas quoque languentes, vt diximus, consolabatur; haec quidem incantationibus et magice; illas autem musica,* etc. Videtur interpres legisse, τὰ μὲν (scil. σώματα) et τὰς δὲ (scil. ψυχάς). Plura de Porphyrio et Malcho vide annotata nobis supra.

Τοὺς δὲ φίλους ὑπερηγάπα] Diog. Laërt. l. 8. p. 577. 35
de eodem Pythagora: Ἱκανὸς ἦν φιλίας ἐργάτης. Iambl. lib. 1. cap. 33. *Φιλίας δὲ διαφανέστατα πάντων πρὸς ἅπαντας Πυθαγόρας παρέδωκε.* Vide totum illud perquam insigne caput. Sed hic notandum, quod inter se tantum amicitiam coluerint Pythagorei; non autem cum externis: vt pluribus explica- 4
bitur infra. Porro ad amicitiam inter ipsos sartam tectam conseruandam vtilissimum erat illud institutum, de quo scribit Plutarch. in commentar. *περὶ πολυφιλίας*. Solebant nimirum Pythagorici, si quid forte interdiu inter ipsos per iracundiam extitisset offensionis aut rixae, ante occasum solis in gratiam redire inuicem porrectis dextris, et salutationibus additis mutuis. Verba Plutarchi haec sunt: *Εἶτα μιμεῖσθαι τοὺς Πυθαγορικοὺς, οἳ γένει μηθὲν προσήκοντες, ἀλλὰ κοινοῦ λόγου μετέχοντες, εἴ ποτε προαχθεῖεν εἰς λοιδορίας ὑπ' ὀργῆς, πρὶν ἢ τὸν ἥλιον δῦναι, τὰς δεξιὰς ἐμβαλόντες ἀλλήλοις καὶ ἀσπασάμενοι, διελύοντο.* Valde hoc congruit cum praecepto apostolico Ephes. 4. v. 26. *Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν.*

Κοινὰ τὰ τῶν φίλων εἶναι] Diog. Laërt. pag. 573. *Εἶπέ τε πρῶτος (ὥς φησι Τίμαιος) κοινὰ τὰ φίλων εἶναι· καὶ, φιλίαν ἰσότητα.* Et p. 587. *φιλίαν τε εἶναι ἐναρμόνιον ἰσότητα.* Sic et Aristoteles lib. IX. *Ethic.* cap. 8. in cumulo aliorum prouerbiorum, quae de amicitia sermonibus vulgi circumferuntur, haec quoque duo modo dicta refert: *Καὶ αἱ παροιμίαι δὲ πᾶσαι ὁμογνωμονοῦσιν· οἷον τὸ, Μία ψυχή· καὶ, Κοινὰ τὰ τῶν φίλων· καὶ, Ἰσότης φιλότης· καὶ, Γόνυ κνήμης ἔγγιον.* Ex quibus inferri posse ait, ὅτι *μάλιστα φίλος ἕκαστος ἑαυτῷ· καὶ φιλητέον δὴ μάλιστα ἑαυτόν.* S. Hieronymus Apologia aduersus Ruffin. *Pythagorica et illa praecepta sunt, Amicorum omnia esse communia; et, Amicum se ipsum esse alterum.* Vide et Iamblich. c. 19. Euripides quoque eandem sententiam,

de communione omnium rerum, quae sit inter amicos, sui tragoediis φιλοσοφωτάταις non semel intexuit: vt *Oreste*, *Κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων.* Et *Andromach.*:

*Φίλων γὰρ οὐδὲν ἴδιον, οἵ τινες φίλοι*
*Ὀρθῶς πεφύκασ᾽, ἀλλὰ κοινὰ χρήματα.*

Eandem et Terentius (siue is Laelius fuisse credendus est,) in pretio habuit, vt apparet ex *Adelphis* Act. 5. Sc. 9, 3. vbi Micio: *Vetus verbum hoc quidem est, Communia esse amicorum inter se omnia.* Hoc tamen scito pulcherrimo non desunt qui abutantur: qualis ille apud Martial. lib. II. Epigr. 43. Candidus, quem sic perstrinxit poëta:

*Candide, Κοινὰ φίλων, haec sunt tua, Candide, πάντα.*
*Quae tu magniloquus nocte dieque sonas.*

Deinde cum sextuplici antithesi ostendisset illius quidem summam et abundantissimam copiam, suam vero tenuitatem et inopiam, ad extremum exclamat de indignitate rei, quod omnia alia faciat ab illo dogmate Pythagorico, et (vt pragmatici aiunt) protestatione contraria facto vsus, ne teruncium quidem impertiat amico:

*Ex opibus tantis veteri fidoque sodali*
*Das nihil: et dicis, Candide, Κοινὰ φίλων;*

Interrogatiue enim haec legenda sunt, q. d. an non te pudet dictorum, quibus facta reclamant?

*Τὸν δὲ φίλον ἄλλον ἑαυτὸν*] Amicus *alter idem* dictus est primum a Pythagora. Simplicius in Enchirid. Epicteti p. 63. edit. Venet. vbi de officio amicorum inter se: *Ἴδιον δὲ μηδὲν ἔχειν ὑπολαμβάνειν, ὃ μὴ καὶ μᾶλλον ἡμῶν τοῖς φίλοις προσήκει· πρωτείων τε παραχωρεῖν ἡδέως, ὡς ἑαυτῶν παραχωρούντων, εἴπερ ὁ φίλος ἄλλος ἐγὼ κατὰ τὸν παλαιὸν ἐστι λόγον.* Sic illud paulo ante relatum ex Aristotele et Laërtio: *ὅτι ἡ φιλότης ἐστὶν ἰσότης*, testatur idem Simplicius d. commentar. pag. 47. Pythagoricum esse: vbi postquam docuit, eos, qui non quaerant bona animae ratione praeditae, secundum quam homo est homo, sed alias cupiditates sectentur, et *ἀγνώμονας* esse et *ἀνίσους*: explicans vtrumque membrum subiicit: *Ἄνισοι μὲν, ὅτι καὶ ἄφιλοι. Ἡ γὰρ φιλότης ἰσότης, ὡς ἔλεγον οἱ Πυθαγόρειοι* etc. Suidas: *Ἰσότης φιλότης· αὕτη γνωμικὴ, δηλοῦσα, ὡς ἰσότης τὴν φιλίαν κατέχει.*

*Μέλη καὶ πρὸς νόσους σωμάτων*] Sic Athenaeus lib. XIV. scribit, ex lib. Theophrasti de Enthusiasmo, ischia-

dicos harmoniae musicae beneficio doloribus suis leuari: Ὅτι δὲ καὶ νόσους ἰᾶται μουσικὴ, Θεόφραστος ἱστόρησεν ἐν τῷ περὶ ἐνθουσιασμοῦ, ἰσχιακοὺς φάσκων ἀνόσους διατελεῖν, εἰ καταυλήσοι τις τοῦ τόπου τῇ φρυγιστὶ ἁρμονίᾳ. Sic qui a tarantula, venenata bestiola, morsi sunt, modis musicis adhibitis saltantes sanantur: qua de re vid. Cl. et Ampliss. Viri D. Philippi Camerarii *Cent.* 2. *Medit. Hist.* c. 18. et *Cent.* 3. c. 97. vbi plura de vi musices.

*Καὶ ὀργὰς ἐπράϋνε*] Sic Cliniam Pythagoreum, hominem asperis moribus et iracundum, accepimus, si quando ira exacerbatus fuisset, lyra assumpta canere solitum, causamque huius rei quaerentibus respondere, se ita mitescere. Athenaeus lib. XIV. ex Chamaeleonte Pontico historico: *Κλεινίας ὁ Πυθαγόρειος καὶ τῷ βίῳ καὶ τοῖς ἤθεσι διαφορῶν, εἴποτε συνέβαινε χαλεπαίνειν αὐτὸν δι' ὀργὴν, ἀναλαμβάνων τὴν λύραν, ἐκιθάριζε· πρὸς δὲ τοὺς ἐπιζητοῦντας τὴν αἰτίαν ἔλεγε, Πραΰνομαι.* Sic apud Homer. Achilles citharae cantu mitescit, cum ira inflammatus fuisset.

*Τῆς δὲ διαίτης*] De frugali diaeta seu victus ratio- 34
ne, qua vsus fuerit Pythagoras, praeclarus est locus apud Athenaeum lib. X. vbi laudat Lyconem Iasium in lib. de Pythag. *Καὶ Πυθαγόρας δὲ ὁ Σάμιος μετρίᾳ τροφῇ ἐχρῆτο, ὡς ἱστορεῖ Λύκων ὁ Ἰασεὺς ἐν τῷ περὶ Πυθαγόρου. Οὐκ ἀπείχετο δὲ ἐμψύχων, ὡς Ἀριστόξενος εἴρηκεν.* Et mox: *Ἦν δὲ καὶ ὀλιγοπότης Πυθαγόρας, καὶ εὐτελέστατα διεβίου· ὡς καὶ πολλάκις μέλιτι μόνῳ ἀρκεῖσθαι. Τὰ παραπλήσια δ' ἱστορεῖται καὶ περὶ Ἀριστείδου καὶ Ἐπαμινώνδου, καὶ Φωκίωνος, καὶ Φορμίωνος, τῶν στρατηγῶν.* Huc pertinet, quod Pythagorici maxime studebant illi parti medicinae, quae *διαιτητικὴ* appellatur, inque victus accurata ratione versatur: vt praeter caeteros de illis testatur non vno loco Iamblich. Vide eum cap. 29. Num. 136. et cap. 34. Num. 244. Adscribam ipsa eius verba, non solum, vt inde cognoscamus Pythagoricae medicinae rationes, sed etiam, vt quaedam siue emendationes siue lectionis varietates apud Iamblichum annotentur, quae ex collatione loci gemini d. Num. 163. et 244. a nobis obseruatae sunt. *Τῆς δὲ ἰατρικῆς μάλιστα μὲν φασὶν αὐτοὺς ἀποδέχεσθαι τὸ διαιτητικὸν εἶδος, καὶ εἶναι ἀκριβεστάτους ἐν τούτῳ, καὶ πειρᾶσθαι πρῶτον μὲν καταμανθάνειν σημεῖα συμμετρίας ποτῶν* (Num. 163. est *πόνων*, forte rectius) *τε καὶ σίτων καὶ ἀναπαύσεως. Ἔπειτα περὶ αὐτῆς τῆς κατασκευῆς τῶν προφερομένων* (leg. *προσφερομένων*) *σχεδὸν πρώτους ἐπιχειρῆσαι*

τε πραγματεύεσθαι καὶ διορίζειν. Ἅψασθαι δὲ (d. Num. 165. additur χρή: non recte) καὶ καταπλασμάτων ἐπὶ πλεῖον τοὺς Πυθαγορείους τῶν ἔμπροσθεν. Τὰ δὲ περὶ τὰς (Num. 244. est τῆς: non recte) φαρμακείας ἧττον δοκιμάζειν. Αὐτῶν δὲ τούτων τοῖς (τοῖς omittitur Num. 244. non recte) πρὸς τὰς ἑλκώσεις μάλιστα χρῆσθαι· τὰ δὲ περὶ τὰς τομάς τε (τε omittitur Num. 244.) καὶ καύσεις ἥκιστα πάντων ἀποδέχεσθαι. Χρῆσθαι δὲ καὶ ταῖς ἐπῳδαῖς πρὸς ἔνια τῶν ἀῤῥωστημάτων. Atque haec hactenus Iamblicho medendi causa in medium sint allata. Illud ad hunc locum de diaeta Pythagorica monere quoque debeo: eam ipsam frugalitatem victus non potuisse effugere veteris comoediae licentiam carpendi, quin ab ea in scena propalam exagitaretur: vt videre est ex versibus Antiphanis, Alexidis, et Aristophanis ab Athenaeo lib. X. relatis: inter quos Aristophanes ille petulantissimus de Pythagoristis pronunciare non dubitat in *Pythagoreis*, (quae comoedia hodie non exstat) si vel pisces, vel carnes apponantur Pythagoristis, eos tam auide voraturos, quasi digitos ipsimet suos sibi essent admorsuri ac vna deuoraturi. Hoc ni ita fiat, se decies suspendium passurum. Παράθες αὐτοῖς ἰχθῦς, ἢ κρέας. κἂν μὴ κατεσθίωσι καὶ τοὺς δακτύλους, ἐθέλω κρέμασθαι δεκάκις: vbi quod de digitis vna cum cibis deuorandis ait comicus, id Plautus imitatus est *Pseudolo* Act. 3. Sc. 2. v. 94. vbi coquum inducit interrogantem eum, a quo conductus erat, amicis, an inimicis coenam praebiturus sit? Se enim ita suauiter cibos conditurum, vt conuiuae, vbi gustarint, ipsi digitos sibi suos praerodant: quam imitationem iam olim obseruauit doctissimus et probissimus P. Victorius lib. 5. *Var. Lect.* cap. 24.

*Τὸ μὲν ἄριστον ἦν κηρίον ἢ μέλι*] Athenaeus lib. II. hoc comprobat testimonio Aristoxeni, Pythagoricorum fuisse cibum panem cum melle, et vitam egisse morborum expertem, qui his in prandio semper vescerentur. Καὶ τῶν Πυθαγορικῶν δὲ τροφὴ ἦν ἄρτος μετὰ μέλιτος, ὥς φησιν Ἀριστόξενος, τοὺς προσφερομένους αὐτὰ ἀεὶ ἐπ' ἀρίστῳ λέγων ἀνόσως διατελεῖν. Vid. et Caeli. Rhodigin. lib. XXI. *Lect. Antiq.* cap. 3.

*Ἀλίμοις ἐχρῆτο*] Ἀλκτήρια λιμοῦ Suidas exponit τὰ δυνάμενα ἀλαλκεῖν καὶ ἀπείργειν τὸν λιμόν. Sic ἄλιμα etiam in versibus Antiphanis comici de Pythagoricis apud Athenaeum lib. IV. appellantur tales cibi, qui facile sedant

famem, praestantque, ne illa cito redeat. Sic et ἄδιψοι τροφαὶ hic dicuntur, quibus vtentes non facile nec multum sitiunt. Apud Suidam vero Ἄλιμον substantiue est βοτάνη δενδροειδὴς παρὰ θάλασσαν. Ἔστι δὲ γεννητικὸν γάλακτος καὶ σπέρματος. Sed forte ibi legend. Ἅλιμον, ab ἅλς, ἁλός: vt apud Hesychium diserte scriptum video: Ἅλιμον, παραπλήσιον θαλάσσῃ γινόμενον. Et: Ἅλιμα, θαλάσσια.

Μέλιτι ἀνέδευεν Ὑμηττίῳ] Mel aliud Hymettium erat Graecis veteribus, aliud insulanum, de quo mox. Hymettus mons Atticae apud Stephanum de Vrbibus, et Suidam: cuius haec sunt verba: Ὑμηττός, τόπος ἐν Ἀθήναις. ἢ ὄρος· Καὶ Ὑμήττιον μέλι ἐξ αὐτοῦ. Ἀπὸ τούτου δὲ καὶ πᾶν τὸ εὔχρηστον πρὸς ἰατρείαν. Strabo lib. 9. in descriptione Atticae: Τῶν δ' ὀρῶν, ἃ ἐν ὀνόματι μάλιστα ἐστὶν, ὅ, τε Ὑμηττὸς, καὶ Βριλησσὸς, καὶ Λυκαμβηττός· ἔτι δὲ Πάρνης, καὶ Κορυδαλός. Et mox: Ὁ δ' Ὑμηττὸς καὶ μέλι ἄριστον ποιεῖ.

Τὰ γίγαρτα] Id est, *acinos*. Suidas: Γίγαρτα, τῶν σταφυλῶν ὁ καρπός. Et mox post Aristophanis versum adductum: Οἱ ἄγροικοι κόπτοντες τὰ γίγαρτα μετὰ τῶν ἰσχάδων ἤσθιον. Hesychius: Γίγαρτον, τῆς σταφυλῆς τὸ ἔνδον.

Ὥσπερ ἐπὶ στάθμῃ] Tanquam in aequilibrio, proverbiale est.

Τὸ ὅμοιον ἦθος ἀεὶ διὰ τῆς ὄψεως παρεδήλου] Primum hic nota, mores animi voluntatemque cuiusque ex 55
vultu relucere. Vnde et vultum dictum putant. Deinde Pythag. semper aequabili animo praeditum fuisse, pluribus verbis scribit etiam Iamblich. cap. 2. Ὤν τε ἐλάλει ἢ ἔπραττεν, εὐδίᾳ καὶ ἀμιμήτῳ τινὶ γαλήνῃ, μήτε ὀργῇ ποτὲ, μήτε γέλωτι, μήτε ζήλῳ, μήτε φιλονεικίᾳ, μήτε ἄλλῃ ταραχῇ ἢ προπετείᾳ ἁλισκόμενος, ὡς δὲ Δαίμων τις ἀγαθὸς ἐπιδημῶν τῇ Σάμῳ. Et rursus c. 3. in f. Τὸ αὐτὸ ἦθος ἐν παντὶ ἀτάραχον καὶ ἐπιεικὲς διαφυλάττων. Sic et Socrati eundem sibique semper constantem vultum tribuunt. Cicero *de Offic. Praeclara est aequabilitas in omni vita, et idem semper vultus, eademque frons, vt de Socrate, idemque de C. quoque Laelio accepimus.* Idem 3. *Tuscul. Q. Hic est ille vultus semper idem, quem dicitur Xantippe praedicare solita in viro suo fuisse Socrate, eodem vultu semper se vidisse exeuntem illum domo, et reuertentem. Nec vero eadem frons erat, quae M. Crassi illius veteris, quem semel ait in omni vita risisse Lucilius, sed tranquilla et serena: sic enim accepimus. Iure autem erat semper*

*idem vultus, cum mentis, a qua is fingitur, nulla fieret mutatio* etc. Simplicius p. 81. b. ad praeceptum illud Epicteti, quo is vult, vnumquemque sibimet constituere debere certum characterem ac typum, quem in omni vita constanter seruet, siue solus degat secum, seu cum aliis versetur, idem adducit exemplum Socraticum: *Τοῦτο δὲ, οἶμαι, σημαίνει, τὸ δεῖν ἀεὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἐν ταυτότητι διαμένειν μίαν τὴν αὐτοῦ* (l. *καὶ τὴν αὐτὴν*) *ζωὴν ἀεὶ διαζῶντα, καὶ μὴ* (in Veneto exempl. male legitur *μὴν*) *τοῖς ἔξωθεν προσπίπτουσι, ποικίλοις οὖσιν, Εὐρίπου δίκην συμμεταῤῥέοντα. Ἔλεγεν* (l. *ἐλέγετο*) *οὖν καὶ ὁ Σωκράτης ἐν τῷ αὐτῷ καταστήματι ἀεὶ ὁρᾶσθαι, καὶ μήθ' ὑπὸ τῶν ἡδέων, μήτε ὑπὸ τῶν λυπηρῶν δοκούντων μετακινεῖσθαι, διὰ τὸ μίαν τὴν* (f. deest *καὶ*) *αὐτὴν ζωὴν ἀεὶ τὴν αὐτοῦ διαζῆν. καὶ τάχα αὐτός ἐστιν ὁ εἷς χαρακτὴρ, ὃν δεῖ τάξαι καὶ ὁρίσαι, ὃν ἐνεδείξατο συντόμως διὰ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι δεῖ τὸν αὐτὸν φυλάττειν, ἐφ' ἑαυτοῦ τε ὄντα, καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνοντα.* Huic est cognatum quodammodo, quod tam aestate quam hieme Socrates vnis iisdemque vestibus vsus fuisse scribitur: quod quidem loco probri obiecit ei aliquando Antiphon Sophista, audientibus eius studiosis, vt eos ab ipso alienatos abstraheret: vt est apud Xenophontem lib. I. *Apomnemoneumatum: Σιτία τε σιτῇ, καὶ ποτὰ πίνεις τὰ φαυλότατα, καὶ ἱμάτιον ἠμφίεσαι οὐ μόνον φαῦλον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος, ἀνυπόδητός τε καὶ ἀχίτων διατελεῖς.* Cui respondens Socrates ait, quo quis paucioribus egeat, hoc propinquiorem deo esse. Idem Simplicius in Epicteti Enchiridio p. 84. *Μακάριον καὶ τὸ ἐξαρχῆς οὕτω τετράφθαι, καὶ συνειθίσθαι· οὕτω γὰρ καὶ τῷ σώματι ἀνεκτὴ καὶ ἐπωφελὴς καὶ ἡδεῖα ἔσται ἡ φυσικὴ καὶ λιτὴ καὶ ἀπέριττος δίαιτα· οὕτω δὲ καὶ περὶ ἐσθῆτα καλὸν ἔχειν. Σωκράτης μὲν γὰρ ἐλέγετο καὶ θέρους καὶ χειμῶνος τοῖς αὐτοῖς ἀμφιέσμασι κεχρῆσθαι.*

36 *Ἐμψύχοις δ' ἥκιστα*] Iamblich. in *Protrept.* cap. vII. *Τὸ δὲ ἐμψύχων ἀπέχου, ἐπὶ δικαιοσύνην προτρέπει, καὶ πᾶσαν τὴν τοῦ συγγενοῦς τιμὴν, καὶ τῆς ὁμοίας ζωῆς ἀποδοχὴν, καὶ πρὸς ἕτερα τοιαῦτα πλείονα.* Quia vero saepissime fit mentio abstinentiae Pythagoricae ab animatis, quae non minus quam fabas abhorruisse atque auersatus perhibetur Pythag. et qui ab eo; pauca nobis hic de ea re afferenda sunt, quae apud varios auctores obseruauimus. In causa igitur huius prohibitionis et abstinentiae animatorum tradenda video multos consentire, nempe, non solum ne carnium

esu obtusiora fierent ingenia, verum etiam, vt homines studerent potius cibis vti parabilioribus, et temperantiae: tum vt mitiores fierent erga genus cognatum. Qui enim erga bestias commiseratione tangitur, is multo vtique magis erit misericors et mitis erga homines: vt est etiam apud Solomonem et Philonem. Quod Plutarchus animadvertit in Commentario, *πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα*, ista scribens: *Ὥσπερ αὖ πάλιν οἱ Πυθαγορικοὶ τὴν πρὸς τὰ θηρία πρᾳότητα μελέτην ἐποιήσαντο πρὸς τὸ φιλάνθρωπον καὶ φιλοίκτιρμον. Ἡ γὰρ συνήθεια δεινὴ τοῖς κατὰ μικρὸν ἐνοικειουμένη πάθεσι πόῤῥω προαγαγεῖν τὸν ἄνθρωπον.* Et idem in Comment. *De vtilitate ex inimicis capienda: Ὀρθῶς ὁ Πυθαγόρας ἐν ἀλόγοις ζώοις ἐθίζων ὠμότητος ἀπέχεσθαι καὶ πλεονεξίας, ὀρνίων τε θηρευτὰς παρῃτεῖτο, καὶ βόλους ὠνούμενος ἰχθύων, ἐκέλευεν ἀφιέναι, καὶ παντὸς ἡμέρου ζώου φόνον ἀπηγόρευσε* etc. Vt autem Pythag. tanto facilius, quod volebat, obtineret, conatus est hominibus persuadere, animas humanas etiam in bestiarum corpora quandoque transire, proindeque communi illas iure nobiscum contineri atque coniungi. Diogen. Laërt. pag. 575. *Τοῦτον γὰρ καὶ τὸ φονεύειν, μὴ ὅτι γε ἅπτεσθαι τῶν ζώων, κοινὸν δίκαιον ἡμῖν ἐχόντων ψυχῆς. Καὶ τόδε μὲν ἦν τὸ πρόσχημα.* (Ambros. non recte vertit *fabulosum:* vertend. potius: *et iste quidem praetextus erat.*) *τὸ δ' ἀληθὲς τῶν ἐμψύχων ἀπηγόρευεν ἅπτεσθαι, συνασκῶν καὶ συνεθίζων εἰς εὐκολίαν βίου τοὺς ἀνθρώπους, ὥστε εὐποριστοὺς αὐτοῖς εἶναι τὰς τροφὰς, ἄπυρα προσφερομένοις, καὶ λιτὸν ὕδωρ πίνουσιν.* Iambl. cap. 24. *Ἤδη δὲ καὶ τῶν πολιτικῶν* (malim *πολιτειῶν*) *τοῖς νομοθέταις προσέταξεν, ἀπέχεσθαι τῶν ἐμψύχων. ἅτε γὰρ βουλομένους ἄκρους* (leg. *ἄκρως*) *δικαιοπραγεῖν, ἔδει δήπου* (ita recte restituit D. Herald. pro *δὴ τοῦ*) *μηδὲν ἀδικεῖν τῶν συγγενῶν ζώων. ἐπεὶ πῶς ἂν ἔπεισαν δίκαια πράττειν τοὺς ἄλλους, αὐτοὶ ἁλισκόμενοι ἐν πλεονεξίᾳ συγγενικῇ τῇ τῶν ζώων μετοχῇ, ἅπερ διὰ τὴν τῆς ζωῆς καὶ τῶν στοιχείων τῶν αὐτῶν κοινωνίαν, καὶ τῆς ἀπὸ τούτων συνισταμένης συγκράσεως, ὡσανεὶ ἀδελφότητι πρὸς ἡμᾶς συνέζευκται.* Ecce, Animalia, inquit Iamblich., quia et vita et iisdem elementis nobiscum participant, ideo velut fraternitatis quoddam ius inter nos et ipsa intercedit: proindeque est etiam erga ipsa quaedam exercenda iustitia. Idem Iambl. c. 30. *Καὶ τὸ ἐμψύχων δὲ ἀπέχεσθαι ἐνομοθέτησε* (sic corrigenda est distinctio, et secundum eam Lat. quoque interpretatio, quae ibi nullius est pretii) *διά τε ἄλλα πολλὰ, καὶ ὡς εἰρηνοποιέοιντο ἐπιτη-*

δευμα. ἐθιζόμενοι γὰρ μυσάττεσθαι φόνον ζώων, ὡς ἄνομον καὶ παρὰ (non περὶ) φύσιν, πολὺ μᾶλλον ἀθεμιτώτερον τὸν ἄνθρωπον ἡγούμενοι κτείνειν, οὐκέτ' ἐπολέμουν. φόνων δὲ χορηγέτης καὶ νομοθέτης ὁ πόλεμος. Et rursum c. 51. Πυρὶ καὶ σιδήρῳ τὰ ἀσύμμετρα πάντα ἀποκόπτειν διώρισται. τοῦ δὲ αὐτοῦ εἴδους ἐστὶν ἀποχὴ ἐμψύχων ἁπάντων, καὶ προσέτι βρωμάτων τινῶν ἀκολάστων, etc. Plus audet dicere Clemens Alexand. *Strom.* 2. p. 172. videri sibi Pythagoram mansuetudinem illam erga bruta hausisse ex ipsa lege diuina, quae dum vetat, intra septem primos a partu dies foetum matri eripi ad sacrificium, voluit hominibus mitem erga homines animum instillare ab illa ipsa mansuetudine, quam erga bestias iubet exerceri. Verba ipsa doctissimi scriptoris subiiciam, vt simul inde tollam mendum: Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ καὶ Πυθαγόρας τὸ ἥμερον τὸ περὶ τὰ ἄλογα ζῶα παρὰ τοῦ νόμου εἰληφέναι. αὐτίκα (videtur legend. ὃς αὐτίκα: vel αὐτίκα γὰρ) τῶν γεννωμένων κατά τε τὰς ποίμνας, κατά τε τὰ αἰπόλια καὶ βουκόλια, τῆς παραχρῆμα ἀπολαύσεως, μηδὲ ἐπὶ προφάσει θυσιῶν, διηγόρευεν, ἐκ γονέων τε ἕνεκα καὶ μητέρων, εἰς ἡμερότητα τὸν ἄνθρωπον κάτωθεν ἀπὸ τῶν ἀλόγων ζώων ἀνατρέφων etc. Vbi pro ἐκ γονέων puto legend. vno vocabulo ἐκγόνων. Hoc enim vult Clemens, tam ipsorum foetuum, (quae ipsi sunt ἔκγονα) quam matrum rationem habitam fuisse a legislatore. Idem Clemens *Paedagogi* lib. 2. p. 63. physicam reddit rationem abstinentiae illius ab animalium carnibus; quia scil. vapores ab esu carnium ascendentes caliginem animae offundant. Καλὸν μὲν οὖν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ οἶνον πιεῖν, αὐτός τε ὁμολογεῖ (ὁ Παῦλος) καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου. θηρίον γὰρ μᾶλλον τοῦτό γε. καὶ ἡ ἀπ' αὐτῶν ἀναθυμίασις, θολωδεστέρα οὖσα, ἐπισκοτεῖ τῇ ψυχῇ. Hic non capio quid faciat illud θηρίον: ac fortasse legend. θηρίων, vel θηρίου. Similia vide apud Plutarch. in Commentar. περὶ σαρκοφαγίας. Alibi vero idem Clemens reprehendit falsam Pythagorae hypothesin et λόγον ἄλογον, quasi scil. propter migrationem animarum humanarum in corpora bestiarum sit ab animatorum esu abstinendum. Εἰ δέ τις τῶν δικαίων οὐκ ἐπιφορτίζει τῇ τῶν κρεῶν βρώσει τὴν ψυχήν, λόγῳ τινὶ εὐλόγῳ χρῆται, οὐχ' ὡς Πυθαγόρας καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, τὴν μετένδεσιν ὀνειροπολοῦντες τῆς ψυχῆς etc. Quibus Clementis verbis luculenti vice commentarii possumus adhibere quae scribit Origenes lib. IV. *contra Celsum*, p. 271. edit. Aug. vbi discrimen ostendit inter Christianos a carnibus interdum abstinentes, et inter

Pythagoreos. *Οὐ* (malim *οὐδὲ*) *μέγα φρονοῦμεν μὴ ἐσθίοντες, οὐδ' ἀπὸ γαστριμαργίας ἥκομεν ἐπὶ τὸ ἐσθίειν. διόπερ, τὸ ὅσον ἐφ' ἡμῖν, οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου, ἐμψύχου ἀπεχόμενοι, χαιρόντων* (valeant, inquit, quoad nos quidem Pythagorei). *ὅρα δὲ καὶ τὴν διαφορὰν τοῦ αἰτίου τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς, τῶν ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου, καὶ τῶν ἐν ἡμῖν ἀσκητῶν.* (Ita vocat Monachos, vt saepiss. Basil. M. Chrysost. alii.) *Ἐκεῖνος μὲν γὰρ, διὰ τὸν περὶ ψυχῆς μετενσωματουμένης μῦθον, ἐμψύχων ἀπέχονται, καί τις φίλον υἱὸν ἀείρας σφάξαι ἐπευχόμενος, μέγα νήπιος· ἡμεῖς δὲ, κἂν τὸ* (malim *τι*) *τοιοῦτο πράττωμεν, ποιοῦμεν αὐτὸ, ἐπεὶ ὑπωπιάζομεν τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγοῦμεν, καὶ βουλόμεθα νεκροῦν τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, ἀσέλγειαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ πάντα γε πράττομεν, ἵνα τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατώσωμεν.* Similiter S. Hieronymus lib. II. aduersus Iov. (mihi pag. 166. col. 1.) *Antequam ad scripturas veniam, doceamque ex eis deo grata ieiunia, et acceptabilem continentiam, argumentis philosophorum argumenta componam, et probabo, non Empedoclis et Pythagorae nos dogma sectari, qui propter μετεμψύχωσιν omne quod mouetur et viuit edendum non putant: et eiusdem criminis reos arbitrantur, qui abietem quercumque succiderint, cuius parricidae sunt et venefici; sed venerari conditorem nostrum, qui in vsus hominum cuncta creauit*, etc.

Non tamen omnino ab omnibus animatis abstinuisse Pythagoram, et hic innuit Malchus, et diserte ex Aristoxeno refert Athenaeus lib. I. *Οὐκ ἀπείχετο δὲ ἐμψύχων, ὡς Ἀριστόξενος εἴρηκεν.* Idem et Plutarch. lib. I. *De Homero* probat auctoritate Aristotelis, quod Pythagorici non abstinuerint edundis animalibus, nisi pauca carne quadam. Vid. et Agell. lib. IV. cap. 11. In abstinentiam denique Pythagoricam ab animatis, de qua huc vsque egimus, exstat Epigr. Diog. Laërt. in hanc sententiam, sat frigidum, vt mihi videtur: Non solum esse Pythag., qui ab animatorum esu abstinuerit, sed plurimos eiusdem instituti habere socios: cum nemo sit nostrum, qui non caesorum exanimatorumque prius animalium carnibus coctis vescatur; ab animatis vero ac viuis crudisque abstineamus omnes.

*Τῶν χοίρων τοῖς ἁπαλωτάτοις*] Huc illa accommodo ex Agell. d. c. 11. lib. IV. *Porculis quoque minusculis, et haedis tenerioribus victitasse* (*Pythagoram*) *idem Aristoxenus refert.*

*Σταίτινον, ὥς φασι, βοῦν οἱ ἀκριβέστεροι*] Puto hic ordinem verborum non nihil perturbatum esse, et ita restituendum: *ὥς φασιν οἱ ἀκριβέστεροι, βοῦν:* vel *σταίτινον βοῦν, ὥς φασιν οἱ ἀκριβέστεροι.* Pro *σταίτινον* diuinabam legend. *στεατινὸν*, h. e. pinguem: nam *στέαρ*, *στέατος* est *λῖπος*, h. e. pinguedo, vt exponit Hesych. *σταίτινος* autem est ex farina subacta confectus. Nec vsquam reperio *τὸ σταῖς* positum in eadem significatione cum *στέαρ*. An *σταίτινον βοῦν* intelligi vult Malch. de boue, quem ex aqua farina subacta confecerit atque immolauerit Pythag.? Et hoc magis est vt credam: rationem paulo post annotabo, ab Empedoclis exemplo ductam.

*Ἐξευρὼν τοῦ ὀρθογ.*] Plutarch. quoque huius *βουθυσίας* meminit lib. VIII. *Sympos.* problem. 2. et Diog. Laert. lib. VIII. p. 575. vbi etiam Epigr. distichon recitat. Sed vtriusque verba iuuat subiicere, vt cuilibet in promptu sit collatio. Sic ergo Plutarch. *Ἔστι γὰρ ἐν τοῖς γεωμετρικωτάτοις θεωρήμασι, μᾶλλον δὲ προβλήμασι τὸ δυοῖν εἰδῶν δοθέντων ἀλλότριον παραβάλλειν, τῷ μὲν ἴσον, τῷ δὲ ὅμοιον· ἐφ᾽ ᾧ καί φασιν ἐξευρεθέντι θῦσαι τὸν Πυθαγόραν.* Diog. Laert. *Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος ὁ λογιστικὸς, ἑκατόμβην θῦσαι αὐτὸν, ὅτι τοῦ ὀρθογωνίου τριγώνου ἡ ὑποτείνουσα πλευρὰ ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις· καί ἐστιν ἐπίγραμμα οὕτως ἔχον·*

*Ἡνίκα Πυθαγόρης τὸ περικλεὲς εὕρατο γράμμα*
*Κεῖν᾽, ἐφ᾽ ὅτῳ κλεινὴν ἤγαγε βουθυσίην.*

Quod Epigramma extat etiam lib. I. *Antholog.* tit. *εἰς Φιλοσόφους.* Cum his et Athenaeus conferatur lib. X. vbi alter versus ita incipit: *Κλεινὸς, ἐφ᾽ ᾧ.* Cicero tamen lib. III. *De Nat. D.* hanc Pythagorae victimam sua contradictione in dubium vocauit, cum ita scripsit: *Neque Herculi quisquam decumam vouit vnquam, si sapiens factus esset: quanquam Pythagoras, cum in geometria quiddam noui inuenisset, Musis bouem immolasse dicitur. Sed id quidem non credo, quoniam ille ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine aspergeret* etc. Assentior facile Ciceroni, non verum ac viuum bouem fuisse a Pythagora immolatum, sed potius factitium ex farina subacta. Mouet me, quod de Empedocle, Pythagorae discipulo, scribit Athenaeus lib. I. ipsum, cum in certamine Olympico victor extitisset, bouem fictum e myrrha, thure, pretiosisque odoribus aliis distribuisse inter eos, qui in illo totius Graeciae conuentu con-

currerant. Et ideo quidem fictum bouem, quod Pythagoricus esset Empedocles, et animatis cibis abstineret.

*Διττὸν γὰρ ἦν αὐτοῦ τῆς διδασκ.*] Vt docendi modum 37
duplicem, ita et auditorum genera duo habuit Pythag. Ac docendi quidem ratio vna erat *διεξοδική*: altera vero *συμβολική*. Illa planior atque facilior; ista arcana et mystica. Auditorum autem alii dicebantur *Ἀκουσματικοὶ*, alii *Μαθηματικοὶ*, quibus tamen et tertium genus addit Agellius lib. I. c. 4. qui *Φυσικοὶ* fuerint nominati. Eidemque sunt *Ἀκουστικοὶ*, qui Iamblicho, Malcho, et aliis *Ἀκουσματικοί*. Sed et in descriptione singulorum generum Agell. a Malcho aliisque nonnihil diuersus abit. Vid. Iambl. lib. I. c. 18. qui cum paulo ante inter *Πυθαγορείους* et *Πυθαγοριστὰς* distinxisset, quomodo inter *Ἀττικοὺς* et *Ἀττικιστὰς* solet distingui, subiicit ista: *Κατ' ἄλλον δὲ αὖ τρόπον δύο ἦν εἴδη τῆς φιλοσοφίας. δύο γὰρ ἦν γένη καὶ τῶν μεταχειριζομένων αὐτήν· οἱ μὲν Ἀκουσματικοί· οἱ δὲ Μαθηματικοί.* Deinde postquam et hos et illos, quinam fuerint, descripsit, (nempe quod *Ἀκουσματικοὶ* fuerint, quibus magister suus tradiderit *ἀκούσματα ἀναπόδεικτα καὶ ἄνευ λόγων. ά. περὶ τοῦ τί ἐστιν ἕκαστον. β'. περὶ τοῦ τί μάλιστα. γ'. περὶ τοῦ τί δεῖ πράττειν.* In haec enim tria genera partiebatur *τὰ ἀκούσματα*: qualis fere etiam VII illorum Graeciae sapientum doctrina fuerit. *Μαθηματικοὶ* vero illi, qui non tantum *τὸ ὅτι* seu praecepta nuda cognita habuerint, verum etiam *τὸ διότι*, h. e. rationes, principia et causas cuiusque rei, cur, inquam, sic et non aliter ea habeat, fierini quid oporteat, vel non fieri.) rationem indicat huius inter auditores Pythagorae discriminis seu inaequalitatis ab ipso magistro constitutae, nimirum hanc: Quia, cum ex Ionia et Samo in Italiam traiecisset, Polycratis tyrannidem fugiens (vt sup. dict.), principes plerarumque ciuitatum Magnae Graeciae familiares et discipulos habuit. Ii vero non solum quod prouectioris essent aetatis, verum etiam quod reipublicae negotiis occupati destituerentur otio ad discendum necessario, videbantur difficilius per *μαθήματα* et *ἀποδείξεις*, profundiore scil. quadam et accuratiore ratione, institui posse. Quapropter nudis praeceptis eos sibi erudiendos atque informandos existimauit, quasi vel sic non parum apud eos profecturus, etiamsi non demonstrasset rationes, cur quidque faciendum omittendumue esset. Nam nec aegrotos necesse est scire, cur hoc aut illud facere vel non facere debeant: dummodo pareant praeceptis medici, hoc

eis est satis ad sanitatem recuperandam, tametsi nec modum nec methodum curationis ipsi intelligant. Hac enim eleganti comparatione Iamblich. vtitur. Hinc ergo nati Pythagorae *Ἀκουσματικοὶ*, si Iamblicho habenda est fides. At *Μαθηματικοὶ* vnde? A iunioribus, qui et ferendis laboribus et ad discendum aptiores erant. Iamblich. *Ὅσοις δὲ νεωτέροις ἐτύγχανε, καὶ δυναμένοις ποιεῖν* (omnino legend. *πονεῖν*) *καὶ μανθάνειν, τοῖς τοιούτοις δι' ἀποδείξεως καὶ τῶν μαθημάτων ἐνετύγχανεν.* Cum his ergo talibus per demonstrationem et mathemata agebat.

Memorabile autem et hoc est, quod scribit Iamblich. prudentia instructiores habitos fuisse prioris generis auditores: *Αὐτοὶ δὲ παρ' αὐτοῖς ὑπολαμβάνουσι, τούτους ἔχειν βέλτιστα πρὸς φρόνησιν, οἵτινες πλεῖστα ἀκούσματα ἴσχον.*

Quocum congruit, quod scribit Epictetus cap. 76. *Enchiridii*, *primum et maxime necessarium in philosophia* locum esse eum, qui agat de vsu dogmatum, seu decretorum, seu praeceptorum (haec sunt Pythagorae *ἀκούσματα*), v. g. Non esse mentiendum. Alterum locum tractare demonstrationes: velut, Quare non sit mentiendum. Tertium confirmare et distinguere ipsas demonstrationes: vt, Qui fiat, quod ista sit demonstratio: quid sit demonstratio: quid consequentia: quid pugna: quid verum, quid falsum. Ex his tertium locum esse propter secundum, et hunc propter primum, qui maxime sit necessarius, et in quo sit conquiescendum. Reprehendit deinde eos, qui hunc ordinem inuertant, adeo vt *in tertio loco* immorantes, ibi omne suum studium consumant, ac primum prorsus negligant, strenue scil. mentientes, cum interim in promptu habeant rationem, ac viam demonstrandi: Non esse mentiendum, etc. Putarim autem illam quoque rationem duplicis istius institutionis, et duplicium auditorum Pythagorae, posse reddi, ab ipsa natura petitam: quia natura prius est scire *τὸ ὅτι*, quam *διότι:* rem ita se habere, quam cur ita se habeat. Duplicium illorum Pythagorae auditorum meminit etiam Clem. Alex. lib. V. *Strom.* pag. 246. istis verbis: *Ναὶ μὴν καὶ ἡ Πυθαγόρου συνουσία, καὶ ἡ πρὸς τοὺς ὁμιλητὰς διττὴ κοινωνία, ἀκουσματικοὺς τοὺς πολλοὺς, καί τινα μαθηματικοὺς ἑτέρους* (f. *ἑταίρους*) *καλοῦσα, τοὺς γνησίους* (leg. *γνησίως*) *ἀνθαπτομένους τῆς φιλοσοφίας· Ἀλλὰ τὸ μὲν φᾶσθαι, τὸ δὲ καὶ κεκρυμμένον εἶναι, πρὸς τοὺς πολλοὺς ᾐνίσσετο.* De diuersis generibus auditorum Pythagorae iu-

vat etiam huc conferre, quae scribit Photius in Excerptis innominati auctoris de vita Pythag. p. 214. Bibliothecae: *Τῶν δὲ Πυθαγόρου οἱ μὲν ἦσαν περὶ τὴν θεωρίαν καταγινόμενοι, οἵπερ ἐκαλοῦντο Σεβαστικοί· οἱ δὲ περὶ τὰ ἀνθρώπινα, οἵπερ ἐκαλοῦντο Πολιτικοί· οἱ δὲ περὶ τὰ μαθήματα, γεωμετρικὰ, καὶ ἀστρονομικὰ, οἵπερ ἐκαλοῦντο Μαθηματικοί. καὶ οἱ μὲν αὐτῷ τῷ Πυθαγόρᾳ συγγενόμενοι, ἐκαλοῦντο Πυθαγορικοί· οἱ δὲ τούτων μαθηταί, Πυθαγόρειοι· οἱ δὲ ἄλλως ἔξωθεν ζηλωταί, Πυθαγορισταί.* Ecce, hic quoque scriptor in recensendis et describendis Pythagorae auditoribus suus est, et ab aliis discrepat: vt per se manifestum est.

Ex hoc autem instituto Pythagorico, nisi fallor, etiam Aristoteles suum illud nobilissimum discrimen operum mutuatus est, quo scripta sua duum voluit esse generum: *Ἐσωτερικὰ* vt essent alia, siue *ἀκροαματικά*; alia *Ἐξωτερικά*. Ceterique Peripatetici eodem exemplo *λόγους* suos partim *ἐνδόξους*, partim *ἐπιστημονικοὺς* siue *ἀποδεικτικοὺς* constituerunt. *Ἐξωτερικὰ* porro Aristotelis scripta quaenam aut qualia fuerint, quae contra et qualia *Ἀκροαματικὰ*, didicimus ex Agellio lib. XX. cap. 4. vbi etiam epistola refertur Alexandri Magni, qua inde vsque ex ipsa Asia, et proeliis atque victoriis, quibus Darium vrgebat, missa expostulauit cum magistro, qui *τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων* edidisset, quos non putabat rex potentissimus pariter et studiosissimus cum quibusuis communicandos. Metuebat videlicet, ne, si eadem alii quoque scirent, ipse nihil haberet praecipui, quo ante ceteros excelleret. De iisdem duobus generibus Commentariorum Aristotelicorum sic scribit Clem. Alex. V. *Stromat.* p. 245. *Λέγουσι δὲ καὶ οἱ Ἀριστοτέλους, τὰ μὲν ἐσωτερικὰ εἶναι τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν* (f. legend. *αὐτοῦ*)· *τὰ δὲ κοινά τε καὶ ἐξωτερικά.* Deinde eiusd. Clement. de duplici genere disputationum Peripateticarum verba haec sunt p. 246. *Ἴσως δὲ καὶ διττὸν ἐκεῖνο εἶδος τῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου, τὸ ἐν τοῖς λόγοις ἔνδοξόν τε καὶ ἐπιστημονικὸν καλούμενον, οὐκ ἀπήλλακται διαιρεῖν* (f. *διαιροῦν*) *δόξαν ἀπό τε εὐκλείας καὶ ἀληθείας.* Ammonius quoque Commentar. in Categorias Aristot. quo loco partitionem pulcherrimam tradit scriptorum Aristotelicorum, inter alia sic scribit: *Τῶν δὲ συνταγματικῶν, τὰ μὲν διαλογικὰ, τὰ δὲ αὐτοπρόσωπα. Αὐτοπρόσωπα μὲν, ἐν οἷς ἐξ οἰκείου προσώπου τὴν διδασκαλίαν ἐποιεῖτο, ἅπερ καὶ ἀκροαματικὰ καλοῦσι, διὰ τὸ πρὸς γνησίους ἀκροατὰς ποιεῖσθαι τὸν λόγον. Διαλογικὰ δὲ,*

*ὅσα μὴ ἐξ οἰκείου προσώπου συνέγραψεν, ἀλλ' ὥσπερ ὁ Πλάτων, ὑποκρινόμενος ἑτέρων πρόσωπα, ἅπερ καὶ ἐξωτερικὰ ἐκάλουν, διὰ τὸ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν γεγράφθαι ὠφέλειαν. διαφέρει δὲ πλεῖστον τὰ διαλογικὰ τῶν αὐτοπροσώπων. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς αὐτοπροσώποις, ἅτε πρὸς γνησίους ἀκροατὰς τὸν λόγον ποιούμενος, τὰ δοκοῦντά τε αὐτῷ λέγει, καὶ δι' ἐπιχειρημάτων ἀκριβεστάτων, καὶ οἷς οὐχ οἷοί τε εἰσὶν οἱ πολλοὶ παρακολουθῆσαι. ἐν δὲ τοῖς διαλογικοῖς, ἅτε πρὸς κοινὴν καὶ τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν γεγραμμένοις, τὰ δοκοῦντα αὐτῷ λέγει, ἀλλ' οὐ δι' ἀποδεικτικῶν ἐπιχειρημάτων, ἀλλὰ δι' ἁπλουστέρων, καὶ οἷς οἷοί τέ εἰσιν οἱ πολλοὶ παρακολουθεῖν.* Eodem pertinet *χλευασμὸς* ille seu *διασυρμὸς* Luciani, qui, vt omnium sectarum philosophos, imo deos hominesque pro deridiculo habuit, ita hanc quoque partitionem Peripateticorum exagitauit in dialogo, cui tit. *Βίων πρᾶσις:* vbi cum dixisset Mercurius venditor, quasi ad commendationem suae illius mercis, *διπλοῦν εἶναι*, hoc est, duplicem esse virum, rogassetque admirabundus mercator, quid ita? explicans vim verbi Mercurius haec loqui inducitur: *Ἄλλος μὲν ὁ ἔκτοθεν φαινόμενος, ἄλλος δὲ ὁ ἔνδοθεν εἶναι δοκῶν·* (ita lego, non *δοκεῖ*) *ὥστε ἢν πρίῃ αὐτὸν, μέμνησο τὸν μὲν ἐσωτερικὸν, τὸν δὲ ἐξωτερικὸν καλεῖν.* Sed iam ad alia pergamus.

58 *Τὸν περιττότερον*] Vide supra notata ad Num. 18.

*Εὔφημον εἶναι*] Hinc Iamblichus corrigendus est c. 21. vbi legitur: *εὔφημόν τε.* Pro *τε* repono *εἶναι.* Non enim recte puto iungi *εὔφημον διάνοιαν.*

*Γονεῦσι δὲ καὶ εὐεργέταις εὔνουν*] Iamblich. d. loco: *Ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ γονέων τε καὶ εὐεργετῶν διανοεῖσθαι. ὡσαύτως*, intellige *ἀγαθῶς.* Praecessit enim: *ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν.*

*Νόμοις δὲ πείθεσθαι*] Non tantum legibus obtemperandum praecepit Pythag. (vt hic scribit Malch. noster), sed etiam opem ferendam legibus, et cum iniquitate seu legum violatione bellum suscipiendum: vt multo *ἐμφατικώτερον* tradiderunt alii, testantes, hoc ipsius fuisse *παράγγελμα καθημερινόν.* Iamblich. d. c. 21. *Νόμῳ τε βοηθεῖν, καὶ ἀνομίᾳ πολεμεῖν.* Et plenius c. 30. *Ἐπεὶ δὲ καὶ ὕβρις καὶ τρυφὴ πολλάκις καὶ νόμων ὑπεροψία ἐπαίρουσιν εἰς ἀδικίαν, διὰ ταῦτα ὁσημέραι παρήγγειλε, Νόμῳ βοηθεῖν, καὶ ἀνομίᾳ πολεμεῖν* etc. Similiter Diog. Laërt. p. 581. *Νόμῳ βοηθεῖν. Ἀνομίᾳ πολεμεῖν.* Sic Heraclitus apud eundem Laert. *Μάχεσθαι χρὴ*

τὸν δῆμον ὑπὲρ τοῦ νόμου, ὅκως ὑπὲρ τείχεος. Hic obiter noto illustrem Pythagorae sententiam de legum mutatione, quae apud Iamblich. d. cap. 30. extat, sed mendis carere non videtur. Sic enim edita sunt verba: *Καθόλου δὲ ᾤοντο δεῖν ὑπολαμβάνειν, μηδὲν εἶναι μεῖζον κακὸν ἀναρχίας. Οὐ γὰρ πεφυκέναι τὸν ἄνθρωπον διασώζεσθαι, μηδενὸς ἐπιστατοῦντος. Τὸ μένειν ἐν τοῖς πατρίοις ἔθεσί τε καὶ νομίμοις ἐδοκίμαζον οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι, κἂν ᾖ μικρῷ χείρω ἑτέρων. τὸ γὰρ ῥᾳδίως ἀποπηδᾷν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων νόμων, καὶ οἰκείους εἶναι καὶ νομοτομίας, οὐδαμῶς εἶναι σύμφορον καὶ σωτήριον.* Posteriora haec verba semper mihi suspecta fuerunt. Tandem incidit coniectura, vt puto, non absurda, legendum esse, *καὶ ἀπείας εἶναι καινοτομίας.* Equidem *νομοτομίας* nusquam legi, quas tamen Fris. interpres vertit, *legum abscissiones.* Sed *καινοτομία* est *innouatio*, seu *rerum nouarum studium.* Suidas: *Καινοτομεῖ, καινουργεῖ. τὸ καινοτομεῖν, ἐπὶ τοῦ ἄρχειν.* Producit deinde locum Aristophanis, in quo etiam *καινοτομία* vsurpatur. Hesychius: *Καινοτομῆσαι, καινὸν ποιῆσαι.* Et mox: *Καινουργηκότα, νέα πράγματα ἐργασάμενον.*

*Προσκυνεῖν δὲ μὴ ἐκ παρέργου τοὺς θεούς*] Praeclare admodum et diuinitus Pythag. apud Iamblich. c. 23. *Ὁδοῦ πάρεργον οὔτε εἰσιτέον εἰς ἱερὸν, οὔτε προσκυνητέον τοπαράπαν, οὐδ᾽ εἰ πρὸς ταῖς θύραις αὐταῖς παριὼν γένῃ. Ἀνυπόδητος θῦε καὶ προσκύνει.* Vide et Symbolum 2. Pythag. apud eundem Iamblich. *in Protrept.* cap. vlt. eiusque expositionem p. 135. Puto autem, quod de adoratione a discalceato facienda praecipit Pythag., id eum hausisse ex historia Mosis in Exodo ad rubum in monte ardentem ita accedentis, dei ipsius iussu. Mirifice porro haec illustrabuntur per illa Lactantii, quae ex lib. V. *De iustitia* cap. 20. adscribo, simulque vno et altero loco corrigo: *Igitur dei cultus, quoniam militiae* (l. militia) *coelestis est, deuotionem maximam fidemque desiderat. Quomodo enim deus aut amabit colentem, si ipse non ametur ab eo, aut praestabit peccanti* (puto legend. *precanti*) *quicquid orauerit, cum ad precandum neque ex animo, neque obseruanter accedat*, etc.

*Τοῖς μὲν οὐρανίοις θεοῖς περιττὰ θύειν, τοῖς δὲ χθονίοις ἄρτια*] Hinc illud apud Virgilium (qui bonus fuit Pythagoreus) *Pharmaceutria*, seu Ecloga VIII. *Numero deus impare gaudet.* vbi Seruius P. Danielis: *Aut quemcun-*

*que superiorum, iuxta Pythagoreos, qui ternarium numerum perfectum summo deo assignant, a quo initium et medium et finis est: aut reuera Hecaten dicit, cuius triplex potestas esse perhibetur*, etc. Et mox: *Aut impari quemadmodumcunque. Nam 7 chordae: 7 planetae: 7 dies nominibus deorum: 7 stellae in septentrione: et multa his similia. Et impar numerus immortalis, quia diuidi integer non potest: licet Varro dicat, Pythagoreos putare, imparem numerum habere finem, parem esse infinitum, ideo medendi causa multarumque rerum impares numeros seruari* etc. De ternario in sacris deorum antiquitus adhibito etiam Aristoteles lib. I. *de Caelo* cap. 1. *Διὸ παρὰ τῆς φύσεως εἰληφότες ὥσπερ νόμους ἐκείνης, καὶ πρὸς τὰς ἁγιστείας τῶν θεῶν χρώμεθα τῷ ἀριθμῷ τούτῳ.* Vid. et Turneb. 27. *Aduers.* cap. 25. et Cael. Rhodigin. 22. *Antiq. Lection.* cap. 9. Vocant autem Graeci numerum imparem quidem *ἀριθμὸν περιττὸν*, parem vero *ἄρτιον*. Est etiam *ἀριθμὸς ἀρτιοπέριττος*, ex quo scil. in duo diuiso statim euadit impar numerus: vt, si 14 in duas aequales partes secemus, medium erit 7. *Ἄρτιος* autem est etiam, cuius in duo diuisi medium adhuc par manet: vt, si 32 diuidas aequaliter in duas partes, medium erit 16, h. e. par numerus. Sic, si 16 diuidas in duas partes, euadent 8. Si 8, euadent 4. Si 4, euadent duo. Suidas: *Ἄρτιος ἀριθμὸς, ὁ λβ. ἀρτιοπέριττος δὲ, ὁ διχοτομούμενος εὐθέως εἰς περισσὸν ἀριθμόν, οἷον τῶν ιδ. τούτου γὰρ τὸ ἥμισυ, ἑπτά.*

Plutarchi locus minime est hic praetereundus, qui est in Romaïcis, problemate 102. vbi inuestigans causas, quare Romani maribus quidem nono die a natiuitate, foeminis vero octavo nomina imponere consueuerint, inter alia sic scribit de Pythagorica hac numerorum diuisione *εἰς ἄρτιον καὶ περιττόν. Οἱ Πυθαγορικοὶ τὸν ἀριθμὸν τὸν μὲν ἄρτιον θῆλυν, ἄῤῥενα δὲ τὸν περιττὸν ἐνόμιζον. Γόνιμος γάρ ἐστι, καὶ κρατεῖ τοῦ ἀρτίου συντιθέμενος, καὶ διαιρουμένων εἰς τὰς μονάδας, ὁ μὲν ἄρτιος, καθάπερ τὸ θῆλυ, χώραν μεταξὺ κενὴν ἐνδίδωσι· τοῦ δὲ περιττοῦ μόριον ἀεί τι πλῆρες ὑπολείπεται. διὸ τὸν μὲν ἄῤῥενι, τὸν δὲ θήλει πρόσφορον νομίζουσιν*, etc. Pluribus enim ibid. de numerorum ratione philosophatur.

59 *Ἄκαρπον*] Sic habebat MSC. sed omnino legend. *ἔγκαρπον*: vt apud Iamblich. diserte scriptum est in eiusdem praecepti mentione cap. 21. Connenit autem huic loco, quod Diog. Laërt. scribit p. 581. *Φυτὸν ἥμερον μήτε*

*φθείρειν, μήτε σίνεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ ζῶον, ὃ μὴ βλάπτει ἀνθρώπους.* Vnde adducor, vt putem, apud Malchum quoque pro *ζώων* rescribi debere *ζῶον;* tametsi et genitiuus ille partitionem significans tolerari posse videatur, vt subintelligamus *ἐκεῖνο:* hoc est, ex animalibus illud etc.

*Παρακαταθήκην δὲ*] Probe hic notanda sunt duo genera depositi, bonorum, et verborum, siue sermonum, (scil. arcanorum) quorum in vtroque par seruanda sit fides. De bonorum deposito poëta:

*Reddite depositum: pietas sua foedera seruet:*
*Fraus absit* etc.

De eodem notae sunt I. Civ. sanctiones atque sententiae: In hoc contractu bonam fidem exuberare: et contractum, qui ex bona fide oritur, non debere ad perfidiam retrahi: Depositum celerrime sine aliquo obstaculo restituendum: Vt depositae res vel pecuniae prima fronte restituantur: Eum, qui depositum non restituit, (suo nomine conuentum et condemnatum) ad eius restitutionem cum infamiae periculo vrgeri. Vid. inprimis l. antepen. et l. pen. *C. Depositi.* De sermonum deposito, siue arcano, quod alicui concreditur, non euulgando, notum est illud Horatii:

*Commissa tacere*
*Qui nequit, hic niger est; hunc tu, Romane, caueto.*

Vtrumque genus depositi commendant etiam Isocrates et Anaxandrides Comicus, procul dubio id mutuati a Pythagora, cuius ex fontibus plurimi hauserunt, philosophi, poëtae, oratores. Sic igitur ille Demonico suo *παραινῶν: Μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας. δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τρόπον ὅρκου πιστότερον φαίνεσθαι παρεχομένους.* Anaxandrides autem eorum, qui arcanorum sermonum depositum enuntiant, duo facit genera: Aut enim iniustos esse, si lucri causa id prodant: Aut incontinentes admodum, si nulla proposita spe lucri id faciant. Vtrumque vero genus pari improbitate laborare. Verba eius haec retulit Stobaeus Serm. 34. *περὶ ἀποῤῥήτων*

*Ὅστις λόγους γὰρ παρακαταθήκην λαβὼν*
*Ἐξεῖπεν, ἄδικός ἐστιν, ἢ ἀκρατὴς ἄγαν.*
*Ὁ μὲν διὰ κέρδος, ἄδικος· ὁ δὲ τούτου δίχα,*
*Ἀκρατής. ἴσως δέ γ' εἰσὶν ἀμφότεροι κακοί,*

Memoratu quoque dignum est Epigramma Luciani, quod extat lib. I. *Antholog.* tit. 51. *εἰς μυστήριον*·

*Ἀῤῥήτων ἐπέων γλώσσῃ σφρηγὶς ἐπικείσθω.*
*Κρείσσων γὰρ μύθων, ἢ κτεάνων φυλακή.*

Hoc est:

*Arcanis dictis linguam obsignare memento.*
*Dictorum maius depositum est opibus.*

Siue, vt Vincent. Opsopoeus trantulit:

*Fac arcana premat tacitae custodia linguae:*
*Sermonum custos est mihi maior opum.*

De arcanis denique non enuntiandis multa sunt etiam apud Siraciden.

*Τῶν εὐκλεῶν*] In MSC. hic legebatur *ἀκλεῶν*. Perperam. Quis enim credat, Pythagoram talibus operam dari voluisse?

*Τῶν Σειρήνων ᾠδαῖς*] Aureus locus de duplici genere voluptatum: quarum aliae impurae et turpes sint, ex gula ac ventre et rebus venereis perceptae: aliae purae, quae ex studio rerum honestarum et iustarum et alioqui vitae necessariarum capiuntur. Recte autem sciteque Pythag. posterioris quidem generis voluptates animi suauissimae cuipiam harmoniae Musarum; priores illas corporis voluptates, quae ex ventre, et iis, quae sub ventre, percipiuntur, Sirenum homicidis cantilenis similes fecit. Quomodo et Iuuenalis desidiam (quae voluptatis germana fere et contubernalis est) *Sirenem improbam* vocat. *Vitanda est improba Siren Desidia*, inquit. Et merito. Nam vt Sirenes ad se homines praeternauigantes subdola cantus suauitate pellectos pessundabant: sic et voluptates istae sibi deditos in exitium pertrahunt. Vere igitur et grauiter Archytas Tarentinus, et Pythagorae discipulus, dicere solitus est, *nullam capitaliorem pestem, quam corporis voluptatem, hominibus a natura datam:* quod ex effectu luculenter demonstrabat, vt est apud Ciceronem *Cat. Maj.* Commonefacit me hic Sirenum mentio alterius quoque cuiusdam memorabilis sententiae Pythagorae, quam conseruarunt nobis Clemens Alex. 1. *Strom.* p. 127. et Theodoretus de *Curatione Graecanic. affect.* Serm. 8. in princ. *Ὡς χρὴ τῶν Σειρήνων προτιθέναι τὰς Μούσας.* Quod aenigma sic interpretatur Theodoretus: *Οἶμαι αὐτὸν Σειρῆσι μὲν ἀπεικάσαι τοὺς κεκομψευμένους καὶ κατεγλωττισμένους λόγους· Μούσαις δὲ, τοὺς ἐπείσακτον μὲν οὐδὲν ἔχοντας, γυμνὸν δὲ τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος ἐπιδεικνύντας.* Clemens ita: *Μούσας Σειρήνων ἡδίους ἡγεῖσθαι, Πυθαγόρας παραινεῖ,* (f. *παρῄνει*) *τὰς σοφίας ἀσκεῖν μὴ μετὰ*

*ἡδονῆς διδάσκων, ἀπατηλὸν δὲ τὴν ἄλλην διελέγχων ψυχαγωγίαν.* Apud Theodoretum vero qui Graeca cum Latinis contulerit, nemo non animaduertet erratum interpretis Acciaioli, cum vertit: *idiotam hominem.* Quomodo enim homo idiota Pythagoras sapientiae causa tantum et tulit et fecit? Videlicet legerat Acciaiolus in suo exemplari, vel in animo certe habebat, *ὡς ἰδιώτην:* cum verum sit, *ὡς ἡδίω τὴν τῶν Μουσῶν φωνήν.* Quod propter eos obiter monere volui, qui interpretibus vbique confidunt, quo magis intelligant, quam saepe misere et ridicule decipiantur, dum spretis fontibus solis inhaerent versionibus.

*Τοῖς πρὸς τὸ ζῆν*]. Videtur omissum *καὶ* ante *τοῖς.*

*Δύο τε μάλιστα καιροὺς*] D. Hieronymus Apolog. aduersus Ruffin. *Duorum temporum quam maxime habendam curam, mane et vesperi: id est, eorum quae acturi sumus, et eorum quae gesserimus.* Iamblich. praeclare cap. 35. *Μηδ' ἀπροβούλευτον μηδ' ἀνυπεύθυνον μηδὲν ποιεῖν, ἀλλὰ πρωῒ μὲν προχειρίζεσθαι, τί πρακτέον· εἰς δὲ τὴν νύκτα ἀναλογίζεσθαι, τί διῳκήκασιν, ἅμα τῷ σκοπεῖσθαι καὶ τὴν μνήμην γυμναζομένους.* Cato Censorius apud Ciceronem in Dialogo *de Senectute: Pythagoreorum more, exercendae memoriae gratia, quid quoque die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro vesperi,* etc. Plura notabo infra.

*Τῶν μὲν γενομένων εὐθύνας*] Proderit haec exercitatio et apud animum quasi ruminatio recordatioque praeteritorum, non solum ad accuratam vitae rationem tenendam, sed etiam ad alendam augendamque memoriam, thesaurum illum et promptuarium et penu eruditionis atque prudentiae. Docet nos Iamblich. cum ita scribit cap. 29. *Πυθαγόρειος ἀνὴρ οὐ πρότερον ἐκ τῆς κοίτης ἀνίστατο, ἢ τὰ χθὲς γενόμενα πρότερον ἀναμνησθείη.* Describit ibid. et modum huius rememorationis: *Ἐποιεῖτο δὲ τὴν ἀνάμνησιν τόνδε τὸν τρόπον. ἐπειρᾶτο ἀναλαμβάνειν τῇ διανοίᾳ, τί πρῶτον εἶπεν, ἢ ἤκουσεν, ἢ προσέταξε τοῖς ἔνδον ἀναστάς, ἢ τί δεύτερον, ἢ τί τρίτον· καὶ περὶ τὸν ἐσόμενον* (aut *τὸ ἐσόμενον* legend. puto, aut *περὶ τῶν ἐσομένων*, quod quidem magis placet, nam et mox sequetur, *περὶ τῶν ἄλλων*) *ὁ αὐτὸς λόγος, καὶ πάλιν αὖ ἐξιὼν, τίνι πρώτῳ ἐνέτυχεν, ἢ τίνι δευτέρῳ· καὶ λόγοι τίνες ἐλέχθησαν πρῶτοι, ἢ δεύτεροι, ἢ τρίτοι· περὶ τῶν ἄλλων δὲ ὁ αὐτὸς λόγος. πάντα γὰρ ἐπειρᾶτο ἀναλαμβάνειν τῇ διανοίᾳ τὰ συμβάντα ἐν ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὕτω τῇ τάξει προθυμούμενος ἀναμι-*

*μνήσκεσθαι, ὥστε* (malim *ὡς*, vel *ὡς καὶ*) *συνέβη γενέσθαι ἕκαστον αὐτῶν. εἰ δὲ πλείω σχολὴν ἄγοιεν ἐν τῷ διεγείρεσθαι, τὰ κατὰ τρίτην ἡμέραν συμβάντα τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπειρᾶτο ἀναλαμβάνειν καὶ ἐπὶ πλέον ἐπειρῶντο τῇ μνήμῃ γυμνάζειν. οὐδὲν γὰρ μεῖζον πρὸς ἐπιστήμην καὶ ἐμπειρίαν καὶ φρόνησιν τοῦ δύνασθαι μνημονεύειν.* Vbi pro *ἐπειρῶντο* forte rescribendum *ἐπειρᾶτο*: scilicet *Πυθαγόρειος ἀνήρ*: nisi quis dicat saltum fieri a singulari ad pluralem numerum: quod non esse bonis auctoribus infrequens, docui Commentario ad Oppianum. Sed et pro *τῇ μνήμῃ γυμνάζειν* malim *τὴν μνήμην*. An retinendum *τῇ μνήμῃ γυμνάζειν*, et subaudiendum *ἑαυτούς*? Caeterum hanc commendationem memoriae et exercitationis eiusdem bene notet adolescentia, et conferat Quintil. lib. II. Instit. Orat. cap. 2. Porro apud eundem Iambl. dicto loco obiter emendo illud *ἐφιέντες*, rescriboque *ἀφιέντες*: quod est, *dimittentes*. Hoc dicit philosophus: Pythagorae discipuli cum semel statuissent, sibi quicquid proponebatur, memoriae infigendum esse, non prius id, quod docebat magister, putabant dimittendum, quam firmiter apprehendissent. Male igitur vertit Interpres Frisius: *Atque in discendo non prius appetebant, quod docebatur* etc. quasi legeretur *ἐφιέμενοι*, et quasi idem valerent *ἐφίεσθαι*, et *ἀφιέναι*. Mox etiam ibidem legendum *τόνδε τὸν τρόπον*, non *τὸν δέ*.

*Ἐπᾴδειν*] Alludit Malchus hoc verbo ad epodas Pythagoricas, de quibus passim Iamblichus. Vide, quae notabam supra ad Num. 30.

*Μηδ' ὕπνον*] Extant priores isti tres versus inter *Aurea Carmina* Pythagorae, quae Philolao ab aliquibus ascribuntur: vers. 40. et seqq.

*Πῇ παρέβην*] Iamblichus quoque videatur.

*Πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο*] Hunc et sequentem versum nusquam alibi extare puto: quos in Ephemeride nostra Pythagorica primum ante aliquot annos inuulgabam, et ita Latinis metris exprimebam:

*E somno primum euigilans cum strata relinquis,*
*Disponas animo luce expedienda futura.*

Priores autem tres ad hanc faciem transferebam:

*Quando adimit rebus veniens nox atra colorem,*
*Non debes oculis prius indulgere quietem,*

*Elapſi quam ter repetas animo acta diei:*
*Quid feci secus ac debebam? quidue patraui?*
*Officii qua pars aliqua est neglecta mihi in re?*

Faciebam quoque Graecorum interpretátionem rhythmis Germanicis, qui etsi tanti non sunt, in gratiam tamen iuventutis hic quoque adiicientur:

*So bald du morgens früh aus dem schlaf wachest auf,*
*Eh dann du dein Handthierung und gscheſft anfangst drauf,*
*Solst du dir alsbald fürsetzen in deinen Sinn,*
*Mit was sachen du wölst den tag wol bringen hin.*
*Wann auch nunmehr die schwartze Nacht fellt da herein,*
*So hüte dich, das du ja nicht ehe schlafest ein,*
*Du habst dann zuvor des Tags werck bei dir betracht,*
*Und dich dreimahl erinnert, was du habst volbracht,*
*Also zu dir sprechend: was hab ich gethan,*
*Das besser gwesen wer, wann ichs het bleiben lahn?*
*Worinn hab ich die gbür niet wol bei mir bedacht,*
*Und was mein Ampt mitbringt, gelassen aus der Acht?*
*Also vom ersten ordentlich zum lezten ort,*
*Solst du mit deim gedechtnüs immer schreiten fort.*
*Darnach freu dich ob dem, was recht gehandelt ist:*
*Betraur hingegen, wo du irgend gfallen bist.*
*Hierauf befleis dich, hierzu lust und liebe trag,*
*Und geh umb mit solchen gedancken alle tag.*
*Wo du dich selbst wirst prüfen nach obgesagter mas,*
*Dann wirstu in dem weg der tugend kommen fürbas.*

*Μάλιστα δ' ἀληθεύειν. τοῦτο γὰρ*] S. Hieronymus 41
*Apologia aduersus Ruffin. Post deum veritatem colendam* (scilicet praeceptum est Pythagoricum), *quae sola homines deo proximos faciat.* Iamblichus *Protreptici* cap. 20. pag. 114. *Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀψεύδειαν δεῖ περὶ πολλοῦ ποιεῖν. Τὸ γὰρ ἀληθεύειν καὶ πρὸς θεοὺς κατὰ τὴν θείαν ἀλήθειαν, καὶ πρὸς ἀνθρώπους κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἡγεῖται ἡμῖν πάντων τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν.* Sic Plato V. *de Legibus* (quem non obscure imitatus est Iamblichus, cum hic, tum saepe alibi): *Ἀλήθεια δὴ πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς ἡγεῖται, πάντων δὲ ἀνθρώποις, ἧς ὁ γενήσεσθαι μέλλων μακάριός τε καὶ εὐδαίμων ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς μέτοχος εἴη, ἵνα ὡς πλεῖστον χρόνον ἀληθὴς ὢν διαβιοῖ.* Poteram in eandem sententiam plura etiam ex Philonis scriptis annotare, quae sciens omitto, contentus vnicum istud addidisse ex ipsius libro *De Praemiis et poe-*

*nis: Veritatis studiosi deum, adiuti deo, quaerunt, et lumen ope luminis*, etc. Verumtamen quod hic et apud S. Hieronymum dicitur: SOLA VERITATE homines deo similes et proximos effici, per id non debemus existimare excludi beneficentiam. Nam hanc quoque constat, et passim alibi legimus, esse rem illam, qua homines ad diuinam naturam quam proxime accedamus. Strabo lib. X. *Geographiae: Εὖ μὲν γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο, τοὺς ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι τοὺς θεοὺς, ὅταν εὐεργετῶσιν· ἄμεινον δ' ἂν λέγοι τις, ὅταν εὐδαιμονῶσι.*

Hoc ipsi etiam fatebantur Pythagorici. Cum enim tres modos obseruassent, quibus modis homo se ipso melior efficiatur, medium illum constituebant, benefaciendi studium. Ita incertus scriptor vitae Pythagorae, apud Photium pag. 712. cuius verba adscribam inter varias Pythagorae sententias infra.

*Παρὰ τοῦ θεοῦ*] Puto legendum *παρὰ τῷ θεῷ.*

*Ὁ Ὠρομάζην*] Idem apophthegma et Ioannes Stobaeus Serm. XI. de veritate, nescio ex quo auctore refert: sed apud eum legitur *Ὡρομάγδην. Πυθαγόρας ἐρωτηθεὶς, τί ποιοῦσιν ἄνθρωποι θεῷ ὅμοιον, ἔφη· Ἐὰν ἀληθεύωσιν. Οἱ δὲ μάγοι ἀποφαίνονται τοῦ μεγίστου τῶν θεῶν, ὃν Ὡρωμάγδην καλοῦσιν, ἐοικέναι τὸ μὲν σῶμα φωτί· τὴν δὲ ψυχὴν ἀληθεία.* Corrigendum vero *Ὡρωμάσδην.* Apud Agathiam lib. 2. Histor. Iustiniani, pag. 58. Graec. edit. Bonauent. Vulcanii, est cognomentum Zoroastri, siue Zaradae, *Ζωροάστρου τοῦ Ὀρμάσδεως.* Linguarum orientalium eruditi deriuant ab *Vr chasdim*; quod dicitur *ignis daemonum*, vel *ignis sanctus*, quem pro deo coluere Chaldaei, quod igni coelitus delapso incensas esse victimas SS. Patrum cognouissent. Nominatur etiam Orimasda apud Plutarchum in Alexandro et in Artaxerxe. Hinc etiam viris apud Persas nomen inditum fuit, Hormisdas, vel Ormista. Vide Paul. Oros. et Histor. Trip. lib. X. cap. 31. Quid? quod etiam inter Pontifices Romanos vnus hoc nomine fuit, Hormisda circa annum Domini 514. Caeterum quod Magi Persarum putabant, deum illum maximum corpore lumini, anima autem *veritati* similem esse, videntur hausisse ex Vrim et Thumim Hebraeorum, quo Lumen et Veritas designatur. Sed illud non recte assuerunt, deum corpus habere et animam, qui error est Anthropomorphitarum.

Ad locum hunc Malchi de veritate ista sic commentanti commodum affertur praestantissimae bonitatis oda Alcaïca eiusdem argumenti, nuperrime Parisiis edita auctore Amplissimo Viro Domino Iacobo Augusto Thuano, Praeside et Consiliario Regio: quam hic inseram, quod simul et opusculo huic magnum ornamentum, simul et lectoribus praeclaram vtilitatem voluptatemque allatura videatur. Sic igitur Parisiense exemplar habet.

## *ΑΛΗΘΕΙΑ.*

*Dilecta coelo candida Veritas,*
*Inuisa terris horrida Veritas,*
*O diua, quo periclitantum*
*Ancora et arx fugis innocentum?*
*An te per Alpis inuia ningidae,*
*Inhospitalis per Rhodopes iuga*
*Sequar recedentem, aut acuta*
*Tesqua per aëriae Pyrenes?*
*An foeta monstris squamigeris freta,*
*Lateque sparsas gurgite Atlantico*
*Terras, et alterno perustos*
*Sole petam peregrinus Indos?*
*Qua ferre gressus cumque datur vagos,*
*Intenta qua fas vertere lumina,*
*Nusquam es, tenebrae cuncta caecae,*
*Cuncta grauis situs occupauit,*
*Iniurioso protinus vt solo*
*Pedem extulisti. Quo properas? preces*
*Miscere si coram negatur,*
*Mitis ades procul inuocanti.*
*Dux luce cassis tu dea mentibus*
*Praestigiarum nubila discutis*
*Obstantia, ignorantiaeque*
*Trans salebras per opaca tutos*
*Praestas eunteis, ne miseri ruant*
*Terrore fracti pectora panico;*
*Ceruice neu iusta imperantis*
*Excutiant iuga contumaci.*
*Nostrique numen sollicitum negent,*
*Incerta ferri cuncta rati impetu,*
*Voluente Fortuna labores*
*Atque vices variante rerum.*
*Tu viperinae caecae Calumniae*

*Palam retundis spicula, nec metu*
*Aut spe moueris, nec fauore*
*Aut odio labefacta mutas.*
*Laudem merenteis tu prohibes mori,*
*Latere inultum nec vitium sinis;*
*Per te secus recteque facta*
*Per memores sine fraude fastos*
*Eunt in aureis tradita posteris;*
*Nec poenitendum de tribus altera*
*Sororibus pensum retexet,*
*Quod properans semel vna neuit.*
*Cui, diua, curae es, rite deo litat,*
*Aequum inter omneis ipse potens sui*
*Ius dicit, et ciuilis omne*
*Officium pietatis implet.*
*Non ille clarae lumine purpurae*
*Praestringitur, non vritur ambitu;*
*Non ille spes foedas coquentis*
*Illecebris capitur lucelli.*
*Non ad superbi res auidus suas*
*Trimalcionis arbitrium exigit,*
*Pruriginosis insusurrans*
*Auribus exitiale murmur.*
*Ad gratiam non blanda loquentium*
*Venatur auram obnoxius aulicam,*
*Turpiue libertatem auitam*
*Mancipat obsequio, probrosi*
*Nutu ex Catulli pendulus improbo;*
*Non ille amicis aut patriae piger*
*Prodesse, vitandumque honesta*
*Flagitium nece peius horret.*
*Iamque axe virgo labere flammeo,*
*Tecumque Virtus et Pudor et Fides*
*Terras, et albo tecta panno*
*Simplicitas repetat relictas.*
*Pugnae lacertos et frameam para,*
*Contende neruos; secla nouissima*
*Instant, ad extremamque mundus*
*Iam senio veniente metam*
*Vergit. Vides, vt colla tumentia*
*Ferroque flammaque insuperabilis*
*Attollit, et semper renatis*
*Pullulat hydra ferox colubris.*

*Opinionum fluctiuago in salo*
*Pulsata cauris relligio gemit:*
*Scissaque passim caritatis*
*Sacra iacent temerata vinclô.*
*Lasciuientis liuida belluae*
*Vltrice dextra demete cornua,*
*Auro propinantis supinis*
*Dulcia principibus venena.*
*Fastus rebelleis frange superbiae,*
*Et occupanti cuncta licentiae*
*Impone frenos, et reclusis*
*Fucum animis abole nocentem.*
*Sic constituta mentibus in piis*
*Tandem beabit pace suos deus,*
*Vitaeque defunctos periclis*
*Emeritos breuis hora soluet.*

Et hactenus Ἀλήθεια Thuani.

*Τὴν θάλατταν μὲν ἐκάλει εἶναι δάκρυον*] Hinc suum illud hausisse videtur Empedocles, quo mare vocabat *sudorem terrae*: quod velut ἀσαφὲς καὶ μεταφορικὸν reprehendit Aristoteles lib. II. Meteor. cap. 3. Ὁμοίως δὲ γελοῖον καὶ εἴ τις εἰπὼν ἱδρῶτα τῆς γῆς εἶναι τὴν θάλατταν, οἴεταί τι σαφὲς εἰρηκέναι, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς. Πρὸς ποίησιν μὲν γὰρ οὕτως εἰπὼν ἴσως εἴρηκεν ἱκανῶς· ἡ γὰρ μεταφορὰ ποιητικόν· πρὸς δὲ τὸ γνῶναι τὴν φύσιν, οὐχ ἱκανῶς. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δῆλον, πῶς ἐκ γλυκέος τοῦ πόματος ἁλμυρὸς γίνεται ὁ ἱδρὼς, etc. Eiusdem generis esse videtur, quod vinum vocabat Empedocles *aquam in ligno putrefactam*, id est coctam: vt in ipsius versu, quem Plutarchus nobis conseruauit:

*Οἶνος ἀπὸ φλοιοῦ πέλεται σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ.*

*Εἶδος τῶν Συμβόλων*] Priusquam Symbola Pythag. a Malcho seu Porphyrio hic allata comparatione aliorum auctorum, qui in eodem argumento versati sunt, illustremus, duo praemitto, in primis obseruanda: vnum est, de origine Symbolorum: alterum, de interpretatione. Ad originem quod attinet, scilicet ea esse ab Aegyptiis. Ab his enim Pythagoras τὴν διὰ συμβόλων διδασκαλίαν, hoc est *symbolicam docendi rationem mutuatus est*, vt praeter Clementem Alexandrinum testatur Iamblich. cap. 5. *de Vita Pythagorae*: Τὸν τῆς διδασκαλίας τρόπον συμβολικὸν ποιεῖν ἐπιχείρει, καὶ πάντη ὅμοιον τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ διδάγμασι καθ' ἃ ἐπαιδεύθη.

(puto legendum καθ' ἃ, vel καθ' ὅν: vt refe[ra]tur vel ad διδάγματα, vel ad τρόπον. An legendum διδέγμα[τα], ἃ ἐπαιδεύθη;) Vide eundem Iamblichum cap. 23. vb[i le]gendum διαρθρώσει, vel διαρθρώσεις, pro διαρθρώσεις; et [τρόπ]ον, pro τύπον. Interpretatio quoque Frisii tota ibi nihi[l e]st, vt alibi passim. De commoda deinde interpretatio[ne s]ymbolorum admonendi sumus, nisi haec addatur, tum [v]ero ab anilibus fabulis ipsa symbola parum discrepatura [e]t plane ridicula fore. Quod quidem non sine causa ter[ quater]que inculcat Iamblich. vt cap. 23. et 32. vt et in [Prot]rept. cap. vlt. pag. 131. Quorum locorum collatio [effici]t, primum dicto capite ita legendum: Καὶ εἰ μή τις [αὐτὰ] (τὰ) σύμβολα ἐκλέξας διαπτύξειε, καὶ ἀμώμῳ ἐξηγήσει πε[ριλάβ]οι, γελοῖα ἂν καὶ γραώδη δόξῃ τοῖς ἐντυγχάνουσι τὰ λεγό[μενα], λήρου μεστὰ καὶ ἀδολεσχίας. Ibidem mox pro φανὰ καὶ εναγῆ suspicor legendum φανερὰ καὶ ἐναργῆ ἀντὶ σκοτεινῶν. Et mox pro ἐκφαίνειν, ἐκφαίνει. Deinde in *Protrept.* cap. vlt. pag. 131. totum locum ita restituendum esse aio: *Καὶ εἰ μή τις αὐτὰ τὰ σύμβολα ἐκλέξας διαπτύξειε, καὶ ἀμώμῳ ἐξηγήσει περιλάβοι, γελοῖα ἂν καὶ γραώδη δόξειαν τοῖς* (non δόξει αὐτοῖς) *ἐντυγχάνουσι τὰ λεγόμενα, λήρου μεστὰ καὶ ἀδολεσχίας. ἵν' οὖν χρήσιμ'* (non χρήματ') *ἐκφανῇ*, etc. Idem et Iustinus Martyr attestatur in Cohortatione ad Graecos pag. 14. *Ὁ δὲ τοῦ Μνησάρχου Πυθαγόρας, ὁ τὰ δόγματα τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας διὰ συμβόλων μυστικῶς ἐκθέμενος, ὡς δηλοῦσιν οἱ τὸν βίον αὐτοῦ γεγραφότες, ἄξια καὶ αὐτὸς τῆς εἰς Αἴγυπτον ἀποδημίας περὶ ἑνὸς θεοῦ φρονῶν φαίνεται*, etc.

Τοιούτων] Restituendum τοιοῦτον, vt est in MSC.

Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν] Prima aliquot symbola cum suis expositionibus eodem ordine iisdemque verbis, vsque ad II. quod incipit, Σπονδάς τε ποιεῖσθαι, etc. duobus tantum in medio omissis, 6. scilicet et 7. retulit D. Cyrillus lib. IX. contra Iulianum Apostatam p. 209. Lat. Edit. Basil. ex qua versionem Oecolompadii ascribam: *Pythagoras autem aenigmaticam manifestationem non contemnit, sed magnifacit, vt de illo Porphyrius in primo libro historiae philosophicae. Erat autem et aliud genus symbolorum tale: Stateram ne transeas: h. e. Ne auarus sis. Ne ignem gladio fodias: id quod erat, Impudentem et iratum animum asperis verbis ne commoueas. Et, Coronam ne vellices: hoc est, Leges ne offendas. Nam ciuitatum coronae scilicet erant. Praeter haec et alia quaedam: Ne cor edas: h. e. Ne conficias teipsum curis.*

*Ne super choenicem (vel modium) sedeas: h. e. Ne ignauiter viuas. Non suscipiendas hirundines in domum, h. e. Loquaces et impotentis linguae homines non esse faciendos contubernales. Et, Onus portantibus imponendum; non autem simul deponendum: per quod admonet, non oportere cuipiam cooperari ad ignauiam, sed ad virtutes et ad labores. Deorum imagines in annulis ne feras, hoc est, sententiam et sermonem de diis ne facile manifestes et diuulges.* Haec e Cyrillo, apud quem dicto libro IX. contra Iulianum antecedentia quoque et seqq. legisse fuerit operae pretium. Affert enim ibi memorabilia de hieroglyphicis scripturis Aegyptiorum, quae addi velim ad ea quae supra notaui. An non autem hic quoque Cyrilli locus manifestissime confirmat coniecturam nostram supra propositam de libelli huius auctore, eum esse ipsum Porphyrium, qui, teste Suida, cognomentum habuerit *Βασιλέως*, *ἤγουν Μάλχου*; Meo certe animo vel maxime confirmat.

Caeterum quod Oecolampadius in explicatione secundi symboli *τὸν ἀνοιδοῦντα* vertit *impudentem*, animaduersione ac nota dignum est. Videtur enim vel in suo codice legisse, vel in animo certe habuisse *ἀναιδοῦντα*. Sed retinendum *ἀνοιδοῦντα*, quod est *turgentem*; siue, vt S. Hieronymus Apologia aduersus Ruffinum vertit, *tumidum*. Notandum et hoc ex dicto loco Cyrilli, Porphyrium de Vita seu Historia Pythagorae plures scripsisse libros. Ait enim *in primo libro historiae.* Ad minimum itaque duos fuisse oportet, argum. l, 12. *Vbi numerus.* D. *de Testibus.* Ex quo colligitur, non modo primum hunc librum Malchi seu Porphyrii, quem nunc primi edimus, in fine mutilum imperfectumque esse, sed et totum secundum interiisse.

Rursum: *Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν*] S. Hieronymus saepius a nobis laudata Apolog. in Ruffinum: *Stateram ne transilias*, id est, *Ne praetergrediare iustitiam.* Athenaeus lib. X. ita exponit plenius: *Πᾶσαν πλεονεξίαν φεύγειν καὶ στυγεῖν. ζητεῖν δὲ τὸ ἴσον.* Plutarchus *Ἐν τῷ περὶ παίδων ἀγωγῆς* ita: *Ὅτι δεῖ τῆς δικαιοσύνης πλεῖστον ποιεῖσθαι λόγον καὶ μὴ ταύτην ὑπερβαίνειν.* Clemens Alex. *Stromat.* lib. V. pag. 239. (in Flor. edit. pag. 252.) ita exponit: *Τουτέστι, μὴ παρέρχεσθαι τὸ πρὸς τὰς διανομὰς ἴσον τιμῶντας τὴν δικαιοσύνην, ἢ φίλους ἀεὶ φίλοις, πόλεις τε πόλεσι, συμμάχους τε συμμάχοις συνδεῖ. Τὸ γὰρ ἴσον, νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ. τῷ*

*πλέονι δ' αἰεὶ πολέμιον καθίσταται τοὔλασσον, ἐχθρᾶς θ' ἡμέρας κατάρχεται, κατὰ τὴν ποιητικὴν χάριν.* Sunt autem versus, quos adducit, Euripidis in *Phoenissis.* Sed quod deinde idem doctissimus scriptor cum hoc Symbolo Pythag. confert illud Christi: *Ἄρατε τὸν ζυγόν μου, ὅτι χρηστός ἐστι καὶ ἀβαρής,* si dicendum est, quod sentio, alienum est, frigidaque et inepta accommodatio. Iamblich. cap. 30. in fin. *Τὸν ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, δικαιοσύνης ἐστὶ παρακέλευσμα, πάντα τὰ δίκαια παραγγέλλον ἀσκεῖν.* Idem in *Protreptico* c. vlt. *Δικαιοπραγεῖν παρακελεύεται, καὶ προτιμᾷν ἰσότητα καὶ μετριότητα θαυμαστῶς· καὶ τὴν τελειοτάτην ἀρετὴν γιγνώσκειν δικαιοσύνην, ἧς συμπληρωτικαὶ αἱ λοιπαί, καὶ ἧς ἄνευ τῶν ἄλλων οὐδὲν ὄφελος, καὶ οὐ παρέργως αὐτὴν εἰδέναι χρή, ἀλλὰ διὰ θεωρημάτων καὶ ἐπιστημονικῆς ἀποδείξεως. τοῦτο δὲ οὐδεμιᾶς ἄλλης ἔργον ἐστὶ τέχνης εἰδέναι καὶ ἐπιστήμης, πλὴν μόνης φιλοσοφίας τῆς κατὰ Πυθαγόραν, ἥτις ἐξαιρέτως τῶν ἄλλων τὰ μαθήματα προτιμᾷ.* Diog. Laërt. lib. VIII. pag. 578. hanc symbolo nostro subiicit explicationem: *τουτέστι, τὸ ἴσον καὶ δίκαιον μὴ ὑπερβαίνειν.*

*Μὴ τὸ πῦρ τῇ μαχαίρᾳ σκαλεύειν*] S. Hieronymus Apolog. aduersus Ruffinum: *Ignem gladio ne fodias: iratum videlicet et tumidum animum verbis maledicis ne lacessas.* Meminit et Theodoretus Serm. 8. in pr. ad Gentes: sed non explicat. Athenaeus dicto libro X. *Τεθυμωμένον ἄνδρα μὴ ἐρεθαίνειν. Πῦρ γὰρ ὁ θυμός. ἡ δὲ ἔρις μάχαιρα.* Plutarchus dicto loco: *Μὴ ἐρεθίζειν θυμούμενον. οὐ γὰρ προσήκει. ἀλλ' ὑπείκειν τοῖς ὀργιζομένοις.* Iamblichus: *Τὸ δὲ μαχαίρᾳ πῦρ μὴ σκάλευε, φρονήσεως ἐστὶ παρακλητικόν. ἐγείρει γὰρ ἡμῖν τὴν ἔννοιαν, τὴν προσήκουσαν περὶ τοῦ μὴ δεῖν πυρὸς πλήρει καὶ θυμοῦ ἀνθρώπῳ μήτε ἀντιτιθέναι λόγον τεθηγμένον, μήτε ἐρίζειν. πολλάκις γὰρ κινήσεις τῷ λόγῳ τὸν ἀμαθῆ, καὶ ταράξεις, καὶ πείσῃ δεινὰ καὶ ἀηδῆ. μάρτυρ τοῖς λεχθεῖσιν Ἡράκλειτος. Θυμῷ γάρ, φησί, μάχεσθαι χαλεπόν. ὅ, τι γὰρ ἂν χρήζῃ γίγνεσθαι, ψυχῆς ὠνέεται. καὶ τοῦτο ἀληθῶς εἶπε. πολλοὶ γὰρ χαριζόμενοι θυμῷ, ἀντηλλάξαντο τὴν ἑαυτῶν ψυχήν, καὶ θάνατον φίλτερον ἐποιήσαντο. Ἐκ δὲ τοῦ γλώσσης κρατεῖν, καὶ εἶναι ἠρεμαῖον, ἐκ μὲν νείκους γίγνεται φιλία, σβεννυμένου πυρὸς θυμικοῦ, καὶ αὐτὸς οὐκ ἄφρων εἶναι δόξεις.* Heracliti dictum hic laudatum Iamblich. etsi in epistolis ipsius, quae exstant, non inuenitur, tamen celebre est ex Aristotelis citationibus, vt lib. II. *Ethic. Nicom.* cap. 3. et 2. Item, cap. 7. et 5. *Polit.* cap. 11. *Χαλεπὸν θυμῷ μάχεσθαι. ψυ-*

χῆς γὰρ ὠνεῖται. Simile est illud Democriti apud Stobaeum, tit. Περὶ ὀργῆς· Θυμῷ μάχεσθαι μὲν χαλεπόν· ἀνδρὸς δὲ, τὸ κρατέειν, εὐλογίστου. Vim sententiae elegantissimae non est assecutus interpres Frisius, cum ita vertit: *Dictis testis sit Heraclitus. Nam ira, inquit, pugnare difficile. Quodcunque enim vsus poposcerit vt sit, id animo prodest.* Ὠνεῖσθαι est *mercari*, non *prodesse*. Et quomodo possit animo prodesse, quo vt potiatur homo iratus, non dubitet vitam, velut pretium, pro eo dependere?

Diog. Laert. dicto loco: Ἤθελε δὲ αὐτῷ τὸ πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν, δυναστῶν ὀργὴν καὶ οἰδοῦντα θυμὸν μὴ κινεῖν.

Στέφανόν τε μὴ τίλλειν] S. Hieronymus dicto loco: *Coronam minime carpendam:* id est, *Leges vrbium conseruandas.*

Μὴ καρδίας (forte καρδίαν) ἐσθίειν] Hieronymus ibidem: *Cor non comedendum:* id est, *Moerorem de animo proiiciendum.* Clemens Alexandrinus *Strom.* 5. Φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται, καὶ ζῆλος, καὶ λύπη· ἢ καὶ οἱ μύσται καρδίαν ἐσθίειν ἀπαγορεύουσι, μὴ χρῆναι ποτὲ διδασκόντες ῥαθυμίαις καὶ ὀδύναις ἐπὶ τοῖς ἀβουλήτως συμβαίνουσι δάκνειν καὶ κατεσθίειν τὴν ψυχήν. Ἄθλιος γοῦν ἐκεῖνος, ὅν φησι καὶ Ὅμηρος πλανώμενον μόνον, ὃν θυμὸν κατέδειν. Alludit ad versus Homeri de Bellerophonte. Athenaeus lib. X. ἀλυπίαν ἀσκεῖν exponit. Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγ. Μὴ βλάπτειν τὴν ψυχὴν, ταῖς φροντίσιν αὐτὴν κατατρύχοντα. Iamblich. cap. 24. Ἐνομοθέτησε δὲ τοῖς αὐτοῖς, καρδίαν μὴ τρώγειν· ἐγκέφαλον μὴ ἐσθίειν. καὶ τούτων εἴργεσθαι πάντως τοὺς Πυθαγορικούς. ἡγεμονίαι γάρ εἰσι, καὶ ὡσανεὶ ἐπιβάθραι καὶ ἕδραι τινὲς τοῦ φρονεῖν, καὶ τοῦ ζῆν. Ἀφωσιοῦτο δὲ αὐτὰ διὰ τὴν τοῦ θείου λόγου φύσιν. Ibidem cap. 21. Τὸ δὲ, Καρδίαν μὴ τρῶγε, σημαίνει, τὸ μὴ δεῖν τὴν ἕνωσιν τοῦ παντὸς καὶ τὴν σύμπνοιαν διασπᾶν. καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ, μὴ ἴσθι βάσκανος, ἀλλὰ φιλάνθρωπος καὶ κοινωνικός. ἐκ δὲ τούτου φιλοσοφεῖν παραινεῖ. μόνη γὰρ αὕτη ἐπιστημῶν καὶ τεχνῶν οὔτε ἐπιλυπεῖται ἀγαθοῖς ἀλλοτρίοις, οὔτε ἐπιχαίρει κακοῖς τοῖς (forte τῶν) πέλας, ἅτε φύσει συγγενεῖς, καὶ οἰκείους, ὁμοιοπαθεῖς τε, καὶ κοινῇ ὑποκειμένους τύχῃ, ἀπρόορατόν τε τὸ μέλλον ἔχοντας τοὺς ἀνθρώπους πάντας ὁμαλῶς ἀποφαίνουσα. διόπερ συμπαθεῖς τε καὶ φιλαλλήλους παραγγέλλει εἶναι, κοινωνικόν τε ὡς ἀληθῶς καὶ λογικὸν ζῶον. Diog. Laert. pag. 579. Διὰ δὲ τοῦ, Καρδίαν μὴ ἐσθίειν, ἐδήλου, μὴ τὴν ψυχὴν ἀνίαις (male editum est a quibusdam ἀνοίαις) καὶ λύπαις κατατήκειν.

*Μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθίζεσθαι*] Athenaeus lib. X. *Μὴ καθῆσθαι ἐπὶ χοίνικα, τουτέστι, μὴ σκοπεῖν τὰ ἐφ' ἡμέραν, ἀλλὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἀεὶ προσδέχεσθαι. ὅρια γὰρ καὶ πέρας ζωῆς ὁ θάνατος. τοῦτο οὖν οὐκ ἐᾷ μετὰ λύπης καὶ φροντίδος προσιέσθαι.* Plutarchus dicto loco: *Μηδ' ἐπὶ χοίνικα καθίσαι, τουτέστι, φεύγειν ἀργίαν, καὶ προνοεῖν, ὅπως τὴν ἀναγκαίαν παρασκευάσωμεν τροφήν.* Meminit etiam Theodoretus *Serm.* 8. de Martyribus in pr. *Ἐπὶ χοίνικος μὴ καθῆσθαι:* sed nullam addit explicationem.

Iamblichus in *Protrept.* p. 146. *Τὸ δέ, Ἐπὶ χοίνικι μὴ καθίζου, Πυθαγορικώτερον ἐκδέξαιτ' ἄν τις, ἐκ τῶν αὐτῶν τοῖς ἄνωθεν ὁρμώμενος. ἐπεὶ γὰρ σωματότητι, καὶ ζωοδίᾳ, καὶ οὐ χοίνικι μετρητέα ἐστὶν ἡ τροφή, μὴ ἠρέμει, μηδ' ἀμύητος φιλοσοφίας διατέλει, ἀλλ' εἰς ταύτην σαυτὸν δούς, ἐκείνου μᾶλλον προνοοῦ τοῦ ἐν σοι θεοειδεστάτου, ὅ ἐστι ψυχή, καὶ πολὺ πρότερον τοῦ ἐν ταύτῃ νοῦ· ὧν τροφὴ οὐ χοίνικι, ἀλλὰ θεωρίᾳ καὶ μαθήσει μετρεῖται.*

Diogenes Laërtius p. 578. *Ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν, ἐν ἴσῳ τοῦ ἐνεστῶτος φροντίδα ποιεῖσθαι καὶ τοῦ μέλλοντος. ἡ γὰρ χοῖνιξ ἡμερήσιος τροφή.*

*Μηδ' ἀποδημοῦντα ἐπιστρέφεσθαι*] S. Hieronymus dicta Apologia: *Cum profectus fueris*, inquit, *ne redeas:* id est, *post mortem vitam istam ne desideres.* Plutarchus dicto loco: *Μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντας, τουτέστι, μέλλοντας ἀποθνήσκειν, καὶ τὸν ὅρον τοῦ βίου πλησίον ὄντα ὁρῶντας, φέρειν εὐκόλως, καὶ μὴ ἀθυμεῖν.* Iambl. Symbol. XV. *Ἀποδημῶν τῆς οἰκίας, μὴ ἐπιστρέφου. Ἐριννύες γὰρ μετέρχονται. καὶ τοῦτο εἰς φιλοσοφίαν προτρέπει, καὶ τὴν κατὰ νοῦν αὐτοπραγίαν δηλοῖ τε καὶ προλέγει τὸ σύμβολον ἐναργῶς, ὅτι φιλοσοφεῖν ἐπιβαλλόμενος, χώριζε σαυτὸν πάντων σωματικῶν καὶ αἰσθητῶν, καὶ ὄντως θανάτου μελέτην ποιοῦ, ἐπὶ τὰ νοητὰ καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα ἀμεταστρεπτὶ χωρῶν διὰ τῶν προσηκόντων μαθημάτων. ἀποδημία μὲν γὰρ, μετάστασις τόπου· θάνατος δέ, ὁ τῆς ψυχῆς χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ σώματος. οὕτως δὲ τὸ φιλοσοφεῖν ὡς ἀληθῶς, καὶ ἄνευ αἰσθητηρίων καὶ σωματικῶν ἐνεργειῶν, καθαρῷ τῷ νῷ χρῆσθαι εἰς κατάληψιν τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀμαθίας, ἥπερ ἐπέγνωσται σοφία οὖσα. φιλοσοφεῖν δὲ ἐπιβαλλόμενος, μὴ ἐπιστρέφου, μηδὲ καθέλκου πρὸς τὰ πρότερα, καὶ ἐν συντροφίᾳ σοι διατελέσαντα σωματικά. μετάνοια γὰρ ἐκ τούτου πολλή σοι παρέψεται ἐμποδιζομένῳ εἰς τὰς ὑγιεῖς καταλήψεις ὑπὸ τῆς περὶ τὰ σωματικὰ ἀχλύος· τὴν δὲ

*μετάνοιαν Ἐριννὺν μετωνόμασε.* Diog. Laërtius pag. 579. *Διὰ δὲ τοῦ, εἰς ἀποδημίαν βαδίζοντα μὴ ἐπιστρέφεσθαι, παρῄνει τοῖς ἀπαλλαττομένοις τοῦ βίου, μὴ ἐπιθυμητικῶς ἔχειν τοῦ ζῆν, μηδὲ ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα ἡδονῶν ἐπάγεσθαι.*

*Τάς τε λεωφόρους μὴ βαδίζειν*] S. Hieronymus: *Per viam publicam ne ambules:* id est, *Ne multorum sequaris errorem.* Philo Iudaeus libro *περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον· Τὸν τῶν Πυθαγορείων ἱερώτατον θίασον λόγος ἔχει μετὰ πολλῶν καὶ ἄλλων καλῶν καὶ τοῦτ' ἀναδιδάσκειν, ταῖς λεωφόροις μὴ βαδίζειν ὁδοῖς· οὐχ ἵνα κρημνοβατῶμεν (οὐ γὰρ ποσὶ κάματον παρήγγειλεν), ἀλλ' αἰνιττόμενος διὰ συμβόλου, τὸ μήτ' ἔργοις μήτε λόγοις δημώδεσι καὶ πεπατημένοις χρῆσθαι, καὶ δόξας ἀγελαίους ὑπερκύπτειν, καὶ ἰδιώτας λόγων καὶ δογμάτων ἰδέας ἀναστέλλειν.*

Clemens Alexandrinus lib. V. *Strom.* pag. 239. *Δύο ὁδοὺς ὑποτιθεμένου τοῦ εὐαγγελίου καὶ τῶν ἀποστόλων, ὁμοίως τοῖς προφήταις ἅπασι· καὶ τὴν μὲν καλούντων στενὴν καὶ τεθλιμμένην, τὴν κατὰ τὰς ἐντολὰς καὶ ἀπαγορεύσεις περιεσταλμένην· τὴν δὲ ἐναντίαν, τὴν εἰς ἀπώλειαν φέρουσαν, πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον, ἀκώλυτον ἡδοναῖς τε καὶ θυμῷ· καὶ φασκόντων, μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη. Ὅ, τε τοῦ Κίου Προδίκου ἐπί τε τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας μῦθος πρόεισιν. καὶ Πυθαγόρας οὐκ ὀκνεῖ ἀπαγορεύειν τὰς λεωφόρους ὁδοὺς βαδίζειν, προστάττων, μὴ δεῖν ταῖς τῶν πολλῶν ἕπεσθαι γνώμαις, ἀκρίτοις καὶ ἀνομολογουμέναις οὔσαις.*

Athenaeus lib. X. *Λεωφόρους ὁδοὺς μὴ στείχειν. τουτέστι, γνώμῃ πολλῶν μὴ ἀκολουθεῖν. εἰκῆ γὰρ ἕκαστος ὅ τι ἂν δόξῃ ἀποκρίνεται. τὴν δ' εὐθεῖαν ἄγειν, ἡγεμόνι χρώμενον τῷ λόγῳ.* Diogenes Laërtius pag. 578. *Ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν.* Vbi aut pro *ἐκτὸς* reponendum *ἐντός:* aut delenda particula *μή.* Iamblichus Symbolo V. pag. 138. *Τὰς λεωφόρους ὁδοὺς ἐκκλίνων, διὰ τῶν ἀτραπῶν βάδιζε. τοῦτο τὴν μὲν δημώδη καὶ ἀνθρωπίνην ζωὴν ἀφιέναι παραγγέλλει· τὴν δὲ χωριστὴν καὶ θείαν μεταδιώκειν ἀξιοῖ. καὶ τὰ μὲν δοξάσματα τὰ κοινὰ φησὶ δεῖν ὑπερορᾶν· τὰ δὲ ἴδια καὶ ἀπόῤῥητα περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι· καὶ τὴν μὲν πρὸς ἀνθρώπους φέρουσαν τέρψιν ἀτιμάζειν· τὴν δὲ τῆς θείας βουλήσεως ἐχομένην εὐπραγίαν περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι. καὶ τὰ μὲν ἀνθρώπινα ἔθη ἐᾶν, ὡς δημώδη· τὰς δὲ τῶν θεῶν θρησκείας, ὡς ὑπερέχουσαν τὴν δημώδη ζωὴν, ἀνταλλάττεσθαι.*

*Μηδὲ χελιδόνας ἐν οἰκίᾳ δέχεσθαι*] S. Hieronymus dicto loco: *Hirundinem in domum non suscipiendam*, id est, *Garrulos et verbosos homines sub eodem tecto non habendos*. Clem. Alex. 5. Stromat. p. 238. *Αὐτίκα τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας πάνυ σφόδρα ἐπικεκρυμμένως ἤρτηται τὰ Πυθαγόρια σύμβολα. παραινεῖ γοῦν ὁ Σάμιος, χελιδόνα ἐν οἰκίᾳ μὴ ἔχειν· τουτέστι, λάλον καὶ ψίθυρον καὶ πρόγλωσσον ἄνθρωπον μὴ δέχεσθαι. Χελιδὼν γὰρ καὶ τρυγὼν, ἀγροῦ στρουθία, ἔγνωσαν καιροὺς εἰσόδων αὐτῶν, φησὶν ἡ γραφὴ, καὶ οὐ χρὴ ποτὲ φλυαρίᾳ συνοικεῖν. καὶ μὴν γογγύζουσα ἡ τρυγὼν, μέμψεως καταλαλιὰν ἀχάριστον ἐμφαίνουσα, εἰκότως ἐξοικίζεται. Ὡς μὴ μοι τρύζητε παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος. ἡ χελιδὼν δὲ, ἢ τὸν μῦθον αἰνίττεται τὸν Πανδίονος, ἀφοσιοῦσθαι ἄξιον τὰ ἐπ' ἐκείνῃ θρυλλούμενα πάθη. ἐξ ὧν τὸν Τηρέα τὰ μὲν παθεῖν, τὰ δὲ καὶ δρᾶσαι παρειλήφαμεν. διώκει δὲ ἄρα καὶ τέττιγας τοὺς μουσικούς· ὅθεν ἀπωθεῖσθαι δίκαιος ὁ διώκτης τοῦ λόγου. καὶ τὰν Ὄλυμπον καταδερκομέναν σκαπτοῦχον Ἥραν, ἔστι μοι πιστὸν ταμιεῖον ἐπὶ γλώσσας· ἡ ποιητικὴ φησιν. ὅ, τε Αἰσχύλος· Ἀλλ' ἔστι κἀμοὶ κλεὶς ἐπὶ γλώσσῃ φύλαξ.* Iamblich. Symbolo XXII. p. 150. *Τὸ δὲ, χελιδόνα οἰκίᾳ μὴ δέχου, συμβουλεύει, ῥᾴθυμον καὶ μὴ διηνεκῶς φιλοπονοῦντα, μηδὲ ἐπίμονον αἱρετιστὴν καὶ γνώριμον, εἰς τὰ δόγματα τὰ σὰ μὴ ἐπιδέχου, δεόμενα συνεχοῦς καὶ ἐντονωτάτης προσοχῆς καὶ φερεπονίας, διὰ τῶν* (forte *τὴν*) *ἐν αὐτοῖς ποικίλων ἐξαλλαγὴν καὶ περιπλέκειαν. εἰκόνα δὲ ῥαθυμίας καὶ ἐγκοπὴν χρόνων χελιδόνα κέχρηται, ὅτι μέρος τι τοῦ ἐνιαυτοῦ αὕτη ἐπιφοιτᾷ ἡμῖν, καὶ ὡσανεὶ ἐπιξενοῦται πρὸς βραχὺν καιρόν. τὸ δὲ πλεῖον ἀφίσταται καὶ ἀφανὴς ἡμῖν ὑπάρχει.* Diog. Laert. p. 578. *Ὁμοροφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν.*

Notandus hic est mos priscus mulierum, quae hirundines vnguento delibutas domibus exigere solebant. Vide post alios Theodoret. Serm. 2. *de principio.*

*Φορτία συνανατιθέναι μὲν τοῖς βαστάζουσιν· συγκαθαιρεῖν δὲ μή.*] S. Hieronymus dicta Apologia: *Oneratis superponendum onus; deponentibus non communicandum:* id est, *Ad virtutem incedentibus augenda praecepta; tradentes se ocio relinquendos.* Clem. Alex. *Stromat.* lib. I. p. 118. *Ἐν γοῦν τοῖς νόμοις ὁ ἐξ Ἑβραίων φιλόσοφος Πλάτων κελεύει, τοὺς γεωργοὺς μὴ ἐπαρδεῦσαι, μηδὲ λαμβάνειν ὕδωρ παρ' ἑτέρων, ἐὰν μὴ πρότερον ὀρύξαντες παρ' αὐτῶν ἄχρι τῆς παρθενίου καλουμένης, ἄνυδρον εὕρωσι τὴν γῆν. ἀπορίᾳ γὰρ ἐπαρκεῖν οὐ δίκαιον·* (ita editur: sed aut delenda negatiua particula *οὐ*:

aut cum D. Hoeschelio nostro legendum, *μὴ ἐπαρκεῖν, οὐ δίκ.*) *ἀργίαν δὲ ἐφοδιάζειν οὐ καλόν· εἰ καὶ φορτίον συναποτιθέναι μὲν εὔλογον, συγκαθαιρεῖν δὲ οὐ προσήκειν ὁ Πυθαγόρας ἔλεγεν. συνεξάπτει δὲ ἡ γραφὴ τὸ οἰκεῖον ὄμμα πρὸς θεωρίαν, τάχα μέν τι καὶ ἐντιθεῖσα οἷον ὁ ἐγκεντρίζων γεωργός· τὸ δὲ ἐνυπάρχον ἀνακινοῦσα.* Iamblich. *in Protrept.* Symbolo XI. pag. 141. *Τὸ δὲ φορτίον συναναιτιθέναι, συγκαθαιρεῖν δὲ μὴ, εἰς ἀνδρίαν προτρέπει. πᾶς μὲν γὰρ ἀνατιθέμενος φορτίον, πόνου καὶ ἐνεργείας σημαίνεται πρᾶξιν. ὁ δὲ καθαιρούμενος, ἀναπαύσεως καὶ ἀνέσεως. ὥστε καὶ τὸ σύμβολον εἶναι αὐτοῖς τοιόνδε ἔχει ἐπιλογισμόν· μὴ γίγνου μήτε αὐτῷ* (legendum *σαυτῷ* vel *σεαυτῷ*) *μήτε ἄλλῳ ῥαθυμίας καὶ μαλθακῆς διαίτης αἴτιος. πόνῳ γὰρ πᾶν χρῆμα ἁλώσιμον. Ἡράκλειον δὲ οἱ Πυθαγόρειοι ἐφήμιζον τόδε σύμβολον εἶναι αὐτοῖς, ἀποσφραγιζόμενοι ἀπὸ τῶν ἐκείνου ἔργων. ὅτε γὰρ ὡμίλει κατ᾽ ἀνθρώπους, πολλάκις ἐκ πυρὸς καὶ πάντων τῶν δεινοτάτων ἀπενόστει, ὄκνον παραιτούμενος. ἐκ γὰρ τοῦ πράττειν καὶ ἐργάζεσθαι τὸ κατορθοῦν παραγίγνεται, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκ τοῦ ἀποκνεῖν.* Idem Iamblichus plenius hoc refert Symbolum ad istum modum: *Ἀνδρὶ ἐπανατιθεμένῳ μὲν φορτίον συνέπαιρε· μὴ συγκαθαίρει δὲ ἀποτιθεμένῳ.* Idem cap. 18. *Φορτίον μὴ συγκαθαιρεῖν· οὐ γὰρ δεῖ αἴτιον γίνεσθαι τοῦ μὴ πονεῖν· συναναιτιθέναι δέ.* Diogenes Laërtius pag. 578. *Φορτίον συγκαθαιρεῖν, καὶ μὴ συνεπιτιθέναι.* Quae lectio si vera est, sententiam continet plane contrariam: Onus videlicet deponentem esse adiuuandum, non autem vna imponendum onus ei qui suscipiat. Sed corrigendus fortasse hic quoque Diogenes ex aliis scriptoribus, vt et alibi.

*Μηδὲν κατὰ ῥαστ.*] Suspicor legendum *μὴ δεῖν*: vt et supra, *οἷον μὴ δεῖν ἀργὸν ζῆν.*

*Θεῶν εἰκόνας ἐν δακτυλίοις μὴ φορεῖν*] Clemens Alexandrinus lib. V. *Strom.* pag. 239. *Δακτύλιον μὴ φορεῖν, μηδὲ εἰκόνας αὐτοῖς ἐγχαράσσειν θεῶν, παρεγγυᾷ ὁ Πυθαγόρας· ὥσπερ Μωϋσῆς πρόπαλαι διαῤῥήδην ἐνομοθέτησεν, μηδὲν δεῖν γλυπτὸν, ἢ γραπτὸν ἄγαλμά τε καὶ ἀπεικόνισμα ποιεῖσθαι· ὡς μὴ τοῖς αἰσθητοῖς προσανέχωμεν, ἐπὶ δὲ τὰ νοητὰ μετίωμεν. ἐξευτελίζει γὰρ τὴν τοῦ θείου σεμνότητα ἡ ἐν ἑτοίμῳ τῆς ὄψεως συνήθεια. καὶ τὴν νοητὴν οὐσίαν δι᾽ ὕλης σεβάζεσθαι, ἀτιμάζειν ἐστὶν αὐτὴν δι᾽ αἰσθήσεως. διὸ καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων οἱ σοφώτατοι τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἕδος ὕπαιθρον ἀφώρισαν, ὡς Ἑβραῖοι τὸν νεὼν ἄνευ ἀγάλματος ἱδρυσάμενοι*, etc.

Vt autem Clemens duo Symbola cognata coniungit, ita et Iamblich. in *Protrept.* Symb. 23. et 24. *Τὸ δὲ, Δακτύλιον μὴ φόρει, ἀκολούθως τῷ Πυθαγορικῷ ἀρέσκοντι ἔλωμεν εἰς τὴν παράκλησιν οὕτως, ἐπεὶ δεσμοῦ τρόπῳ περίκειται τοῖς φοροῦσιν ὁ δακτύλιος, ἴδιον ἔχων τὸ μὴ ἄγχειν, μηδὲ κακουχεῖν, ἀλλά πως ἁρμόζειν, καὶ προσφυῶς ἔχειν· δεσμὸς δὲ τοιοῦτός τις καὶ τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ ὑπάρχει· τὸ οὖν, Δακτύλιον μὴ φόρει, ἀκολούθως φιλοσοφεῖν* (forte *φιλοσόφει*) *ὡς ἀληθῶς, καὶ χώριζε τοῦ περικειμένου δεσμοῦ τὴν ψυχήν. μελέτη γὰρ θανάτου καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἡ φιλοσοφία. τὴν ἄρα Πυθαγορικὴν μέτιθι σπουδῇ μεγάλῃ, τὴν ἀφιστᾶσαν ἑαυτὴν διὰ τοῦ νοῦ ἀπὸ σωματικῶν πάντων, καὶ περὶ τὰ νοητὰ καὶ ἄϋλα διὰ τῶν θεωρητικῶν μαθημάτων καταγιγνομένην. ἀλλὰ καὶ ἀπόλλυε* (forte *ἀπόλυε*) *σαυτοῦ τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ἀνθολκὰ καὶ κωλυσίεργα τοῦ φιλοσοφεῖν σαρκὸς ἀσχολήματα, τροφάς τε ὑπερβαλλούσας, καὶ πληθώρας ἀκαίρους, δεσμοῦ τρόπον τὸ σῶμα καταλαμβανούσας, νοσοκομίας τε καὶ ἀσχολίας ἀδιαλείπτως ἐμποιούσας.*

*Τὸ δὲ, Θεοῦ τύπον μὴ ἐπίγλυφε δακτυλίῳ, κατὰ τὴν προλεχθεῖσαν ἔννοιαν προτροπῇ χρῆται τοιᾷδε· φιλοσόφει, καὶ ἀσωμάτους πρὸ παντὸς ἡγοῦ θεοὺς ὑπάρχειν. τὸ γὰρ κυριώτατον ῥίζωμα τῶν Πυθαγορικῶν δογμάτων, τουτέστιν* (lego diuisim, *τοῦτό ἐστιν*) *ἐξ οὗ τὰ πάντα σχεδὸν ἤρτηται, καὶ ὑφ' οὗ μέχρι τέλους κρατύνεται. μὴ νόμιζε δὲ μορφαῖς αὐτοὺς κεχρῆσθαι, ὅσαι εἰσὶ σωματικαί· μηδὲ προσδέχεσθαι ὑποστάσει ὑλικῇ, καὶ οἷον δεσμῷ ὑλικῷ σώματι, ὥσπερ τὰ ἄλλα ζῶα. αἱ δὲ* (forte deest *ἐν*) *δακτυλίοις γλυφαὶ, τόν τε δεσμὸν δι' αὐτοῦ τοῦ δακτυλίου ἐμφαίνουσι, καὶ τὴν σωματότητα, τό, τε αἰσθητὸν εἶδος, καὶ ὡσανεὶ τινος τῶν ἐπὶ μέρους ζώων διὰ τῆς γλυπτῆς προσόψεως, ἧς χωριστέον μάλιστα τὸ τῶν θεῶν γένος, ὡς ἀΐδιόν τε καὶ νοητὸν, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ ὡσαύτως ἀεὶ ἔχον, ὡς ἐν τῷ περὶ θεοῦ ἰδίως καὶ πληρέστατα τεχνολογεῖται.*

Idem de V. P. cap. 18. Num. 84. *Ἐν δακτυλίῳ μὴ φέρειν σημεῖον θεοῦ εἰκόνα, ὅπως* (videtur deesse *μὴ*) *μιαίνηται. ἄγαλμα γὰρ, ὅπερ δεῖ φυτεῦσαι ἐν τῷ οἴκῳ* (locus corruptus, quem tacitus praeteriit Arcerius).

*Σπονδάς τε ποιεῖσθαι τοῖς θεοῖς κατὰ το οὖς τῶν ἐκπωμάτων*] Iamblich. cap. 18. *Σπένδειν τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ οὖς τῆς κύλικος οἰωνοῦ ἕνεκα, καὶ ὅπως μὴ ἀπὸ τοῦ πίνηται.*

45 *Κυάμων παρῄνει ἀπέχεσθαι*] Ipsemet de se Pythagoras apud Lucianum *βίων πράσει*, interrogatus a merca-

ioτe, *Τὰ δ' ἀμφὶ δίαιταν ὁποῖός τις εἶ;* h. e. *in victus autem ratione qualisnam es?* respondet ei in haec verba: *Ψυχήϊον μὲν οὐδὲ ἕν τι σιτέομαι· τὰ δ' ἄλλα, πλὴν κυάμων.* Sed hic primum non inter omnes conuenire video, quid fabarum nomine Pythagoras intelligi voluerit, cum ab ipsis praecepit abstinendum. Deinde et causae huius interdicti ab aliis aliae redduntur. Sunt qui putent, idcirco fabarum, siue (vt cum Agellio fabuler) *fabulorum* esu et ipsum abstinuisse Pythagoram, et suis sectatoribus interdixisse, quod hoc genus leguminis sit non modo nimis alimentosum, sed et flatulentum, et menti tenebras offundat: quam eandem ob causam ab animatorum quoque esu abstinuerint. Ita ignorabilis ille vitae Pythagorae scriptor apud Photium pag. 713. *Bibliothec. Ὅτι τὰ τοιαῦτα τῶν βρωμάτων (τὰ ἔμψυχα) παχύνει τὸν νοῦν, τροφιμώτερα ὄντα, καὶ πολλὴν ἀνάδοσιν ποιοῦντα. διὰ τοῦτο καὶ τοῦ κυάμου ἀπείχοντο, ὅτι φυσώδης καὶ τροφιμώτατος· καὶ ἄλλας δέ τινας αἰτίας πλείους ἀποδιδόασιν, αἳ αὐτοὺς ἐνῆγον ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων.* Plinius praeter hebetationem sensuum et insomnia, adducit aliam quoque rationem ex aliorum sententia, quae ambae causae interdicti fabarum esus ex his eius verbis intelligi poterunt, quae describam ex lib. XVIII. cap. 12. *Fabae multiplex vsus omnium quadrupedum generi, praecipue homini. Frumento etiam miscetur apud plerasque gentes, et maxime panico, solida, ac delicatius fracta. Quin et prisco ritu fabacia suae religionis diis in sacris est, praeualens pulmentari cibo, et hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere. Ob haec Pythagorica sententiâ damnata; vt alii tradidere, quoniam mortuorum animae sint in ea: qua de causa parentando vtique assumitur. Varro et ob haec Flaminem ea non vesci tradit, quoniam in flore eius literae lugubres reperiantur. In eadem peculiaris religio. Namque fabam vtique e frugibus referre mos est, auspicii causa, quae ideo refrina* (forte *referina* legendum) *appellatur. Et auctionibus eam adhiberi lucrosum putant. Sola certe frugum etiam exesa repletur crescente luna,* etc. Diogenes Laërtius p. 588. ex Aristot. libr. *de Fabis* quinque huius instituti rationes affert: *Παραγγέλλειν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων, ἢ ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι· ἢ ὅτι ᾅδου πύλαις· (ἀγόνατον γὰρ μόνον·) ἢ ὅτι φθείρει, ἢ ὅτι τῇ τοῦ ὅλου φύσει ὅμοιον, ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν. κληροῦνται γοῦν* (forte *γὰρ*) *αὐτοῖς.* Idem Laërtius pag. 582. *Τῶν δὲ κυάμων ἀπηγόρευεν ἔχεσθαι,* (legendum puto, *ἀπέχεσθαι*) *διὰ τὸ πνευματώδεις ὄντας μάλ-*

λον μετέχειν τοῦ ψυχικοῦ· καὶ ἄλλως κοσμιωτέρας ἐργάζεσθαι τὰς γαστέρας μὴ παραληφθέντας, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰς καθ' ὕπνους φαντασίας λείας καὶ ἀταράχους ἀποτελεῖν. Similiter Cicero lib. 2. *De Diuinatione: Pythagoras et Plato locupletissimi auctores, quo in somnis certiora videamus, praeparatos quodam victu atque cultu proficisci ad dormiendum iubent. Faba quidem Pythagorei vtique abstinuere: quasi vero eo cibo meus, non venter infletur. Sed nescio quomodo nihil tam absurde dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum*, etc. Quem Ciceronis locum retulit et Agellius lib. IV. cap. 11. aliis longe verbis: quod factum puto, quia memoriae suae confidens, Ciceronis locum non inspexit, nec verba eius annumerauit. Sic autem ait: *Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil sit, quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex quo etiam Pythagoreis interdictum putatur, ne faba vescerentur: quae res magnam habet inflationem. Is cibus tranquillitati mentis constat esse contrarius, etc.* Plutarchus autem in lib. *De Liberorum Educatione*, τὸ κυάμων ἀπέχεσθαι, ita exponit: Οὐ δεῖ πολιτεύεσθαι. κυαμευταὶ γὰρ ἦσαν ἔμπροσθεν αἱ ψηφοφορίαι, δι' ὧν πέρας ἐπετίθεσαν ταῖς ἀρχαῖς. Iamblich. c. 24. Κυάμων ἀπέχου, διὰ πολλὰς ἱεράς τε καὶ φυσικὰς καὶ εἰς τὴν ψυχὴν ἀνηκούσας αἰτίας. (vbi quod paulo post editum est, καὶ διὰ τῆς τροφῆς ἀρχόμενος, εἰς ἀρετὴν ὁδηγεῖν τοὺς ἀνθρώπους· obiter corrigo, ὡδήγει: praecessit enim διεθεσμοθέτησε.) Idem Iamblichus in *Protrept.* cap. vlt. Symb. 37. Τὸ δὲ, κυάμων ἀπέχου, συμβουλεύει, φυλάττεσθαι πᾶν, ὅσον ἐπιφθαρτικὸν (forte legendum ἐστὶ φθαρτ.) τῆς πρὸς θεοὺς ὁμιλίας, καὶ τῆς θείας μαντικῆς. Sed et Lucian. loco supra dicto Pythagoram inducit, ad quaesitum mercatoris, *quid ita fabas abominetur*, sic respondentem: *Ego vero eas non abominor nec odi: sed quia sacrae sunt, et mirabilem quandam obtinent indolem, ideo ab illis abstineo.* Eam indolem deinde explicat hunc in modum: Πρῶτον μὲν γὰρ τὸ πᾶν γονή εἰσι· καὶ ἢν ἀποδύσῃς κύαμον ἔτι χλωρὸν ἐόντα, ὄψεαι τοῖσιν ἀνδρείοισι μορίοισιν ἐμφερέα τὴν φυήν. ἑψηθέντα δὲ, ἢν ἐπαφῇς εἰς τὴν σεληναίην νυξὶ μεμετρημένῃσιν, αἷμα ποιήσεις· τὸ δὲ μεῖζον, Ἀθηναίοισι νόμος, κυάμοισι τὰς ἀρχὰς αἱρέεσθαι. Quibus applaudens mercator ait: Καλῶς πάντα ἔφης καὶ ἱεροπρεπῶς. In quibus nihil nisi διασυρμὸς καὶ χλευασμὸς Lucianicus inest, vt etiam apud eundem in 2. *Verae Hist.* vbi in conuiuio solenni post partam victoriam ab nescio quibus celebrato, cum etiam fabae essent coctae atque appositae, ab illis

abstinentem facit Pythagoram. *Τότε δ' οὖν κυάμους ἑψήσαντες, ὥσπερ παρ' αὐτοῖς νόμος, ἐπειδὰν πόλεμον κατορθώσωσιν, εἱστιῶντό τε ἐπινίκια, καὶ ἑορτὴν μεγίστην ἦγον. Μόνος δὲ ταύτης οὐ μετεῖχε Πυθαγόρας, ἀλλ' ἄσιτος πόῤῥω ἐκαθέζετο, μυσαττόμενος τὴν κυαμοφαγίαν*, etc.

Neque vero solum esu fabarum volunt abstinuisse Pythagoram, et qui ab eo, (non aliter quam a cognatarum nuptiis et commixtione abhorremus: vnde fabam *Pythagorae cognatam* venuste dixit poëta Venusinus) sed etiam superstitiose cauisse ipsos, ne forte fabas in agro adhuc nascentes conculcarent violarentue, vsque adeo, vt mallent occidi quam hoc facere. *Ἁλῶναι μᾶλλον, ἢ πατῆσαι*, dicebat Pythagoras, teste Diogene Laërtio pag. 592. cum Crotone fugiens peruenisset ad agrum fabis consitum (fabalia vocat Tertullian. lib. *de Anima* cap. 31.) ibique constitisset, ac trucidari, quam per fabas grassari transeundo maluisset. Vid. et Iamblich. cap. 31. vbi de Pythagoricis, fabarum religiosis cultoribus, *καὶ ἐπετύγχανον δὲ ἤδη τούτου· βαρόμενοι* (forte *βαρυνόμενοι*) *γὰρ τοῖς ὅπλοις ἀπελείποντο οἱ συνευρισκόμενοι τοῦ διωγμοῦ· εἰ μὴ περιφεύγοντες ἐνέτυχον πεδίῳ τινὶ κυάμοις ἐσπαρμένῳ καὶ τεθηλότι ἱκανῶς, καὶ μὴ βουλόμενοι δόγμα παραβαίνειν, τὸ κελεῦον, Κυάμων μὴ θιγγάνειν, ἔστησαν*, etc. Ita ibi legendum et distinguendum. Vide et S. Chrysostomum Homil. 1. in Ioannem, quem locum supra alia occasione annotaui.

Hanc tamen veterem opinionem vt falsam refellit Agellius lib. IV. cap. 11. et ex Aristoxeno, Aristotelis auditore, probat, Pythagoram non abstinuisse fabulo (ita vocat, quem Graeci *κύαμον*), sed potius vnum ex omnibus leguminibus vehementer probasse, et maxime illo vti solitum, quoniam is cibus et subduceret sensim aluum, et leuigaret; siue, vt Graeca verba habent: *Κινητικόν τε γὰρ εἶναι καὶ διαφορητικόν*. Aperit etiam ibidem Agellius causam erroris de *κυάμῳ* non esitato, quia in carmine Empedoclis Pythagorei hic inueniatur versus:

*Δειλοὶ πάνδειλοι κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθαι.*

quem versum proxime secutus est alter, relatus a Clemente Alexandrino 3. *Stromat.* p. 187.

*Ἶσόν τοι κυάμους τρώγειν, κεφαλάς τε τοκήων.*

ex quo plerique fuerint opinati, *κύαμον* legumentum vulgo dici. Sed addit Agellius, eos, qui carmina Empedoclis

diligentius scitiusque arbitrati sint, obseruasse, *κυάμους* ibi *testiculos* significare: eosque more Pythagorae operte atque symbolice *κυάμους* appellatos, quod sint *εἰς τὸ κυεῖν δεινοὶ, καὶ αἴτιοι τοῦ κυεῖν.* Non igitur a fabulo non edendo, sed a rei Venereae proluuio voluisse homines deducere.

Aliam prohibitionis huius, vt sic dicam, fabariae rationem reddit Clem. dicto loco, quia interdicere voluerit Pythagoras, ne rebus venereis post procreationem sobolis tantum voluptatis causa indulgeamus, cum fabarum esus infoecundas efficiat mulieres: sicut etiam gallinas aiunt assiduo fabarum esu sterilescere: imo etiam, Theophrasto auctore, *putamina fabarum radicibus nouellarum arborum si circumfundas, exarescere ipsas facias.* Verba Clementis haec sunt: *Φασὶ καὶ τοὺς Πυθαγορείους ἀπέχεσθαι ἀφροδισίων. ἐμοὶ δὲ ἔμπαλιν δοκοῦσι γαμεῖν μὲν παιδοποιΐας ἕνεκα· τῆς δὲ ἐξ ἀφροδισίων ἡδονῆς ἐθέλειν κρατεῖν μετὰ τὴν παιδοποιΐαν. ταύτῃ μυστικῶς ἀπαγορεύουσι κυάμοις χρῆσθαι· οὐχ ὅτι πνευματοποιὸν καὶ δύσπεπτον, καὶ τοὺς ὀνείρους τεταραγμένους ποιεῖ τὸ ὄσπριον· οὐδὲ μὴν, ὅτι ἀνθρώπου κεφαλῇ ἀπείκασται κύαμος, κατὰ τὸ ἐπύλλιον ἐκεῖνο· Ἶσόν τοι κυάμους* etc. *μᾶλλον δὲ, ὅτι κύαμοι ἐσθιόμενοι ἀτόκους ἐργάζονται τὰς γυναῖκας* etc. Sequitur deinde quod ex Theophrasto iam dixi, nec non de gallinis fabiuoris sterilescentibus.

Postremo non est hic nobis omittenda istius praecepti Pythagorae *de abstinentia a fabis* noua atque singularis expositio, quam apud Caelium Rhodigin. legi lib. XXVII, *Lect. Antiq.* c. 17. Ei enim Pythagoras nomine *cyami* non aliud intellexisse videtur, quam *ouum*, quod in eo sit animalium *κύησις*, id est *foetura. Eius autem* (inquit) *erat decretum, compar censeri, κυάμους ἐσθίειν, κεφαλάς τε τοκήων.* Probat ibidem testimoniis Ouidii, Iuuenalis, et Luciani, *oua lustrationibus et expiationibus adhiberi solita.*

44 *Τοῦ ϑ'*] Haec nota solis est in MSC. quasi scriptum foret, *τοῦ ἡλίου:* quomodo edidimus infra: vbi idem in MSC. erat signum.

*Ἡμέρας*] Videtur hinc deperiisse numerus dierum.

*Ἢ παιδὸς κεφαλὴν, ἢ γυναικὸς αἰδ.*] Mira vero metamorphosis fabarum; imo vel floris fabalis.

45 *Τριγλίδος*] In MSC. hoc nomen istis erat notis scriptum: *Δοϛ.*

Ibidem Ἀραλήφης] Ita in nostro exemplari a librario scriptum erat. Sed legendum ἀκαλήφης. Est autem hoc loco ἀκαλήφη piscis marinus, *vrtica* dictus. Scribitur etiam per *υ*, Ἀκαλύφη: vt apud Arist. et Plutarchum, quorum verba recitat Agellius lib. IV. cap. 11. Suidas: Ἀκαλήφη, ἡ κνίδη, καὶ ἡ χερσαία, καὶ ἡ θαλαττία, ἥτις ἐστὶ κογχυλίδιόν τι. Deinde postquam Aristophanis et Pherecratis protulit versus, quibus hoc nomen intexuerunt, addit de *vrtica marina* testimonia Aristotelis 1. *de Animalibus*, et Theophrasti lib. VII. *Physic.* Obseruetur obiter prouerbium ex Pherecratis versibus: *Vrtica malim coronari, quam inepto cantori auscultare.*

Atque haec hactenus ad Symbola Pythag., quae Malchus seu Porphyrius attingit et explicat, annotata sint. Multo autem plura habet Iamblich. in *Protreptico* cap. vlt., quae cum suis explicationibus huc inserere animus erat, non sine emendationibus nostris. Sed cum animaduerterem, instantibus nundinis properandum fore ad huius opusculi absolutionem, illa commodiore tempore dabimus peculiari libello. Interea lectorem remitto ad ea, quae habent Erasmus initio *Chiliadum*, et Lilius Gregorius Gyraldus, etc.

Πρῶτον μὲν Εὔφορβος] Huius animae Pythagoricae migrationis in varia corpora plurimi auctores meminerunt: quorum aliquos alibi produxi: hic alios allegabo, Pertinent huc isti versus Horatiani lib. I. Od. 28.

*Habentque*
*Tartara Panthoidem iterum Orco*
*Demissum, quamuis clypeo Troiana refixo*
*Tempora testatus, nihil vltra*
*Neruos atque cutem morti concesserat atrae,*
*Iudice te non sordidus auctor*
*Naturae verique, etc.*

Ad quem locum vide Commentarium Clarissimi Turnebi. Ouid. lib. I. *Metamorphos.* ita loquentem inducit ipsummet Pythagoram:

*Morte carent animae, semperque priore relicta*
*Sede, nouis domibus viuunt, habitantque receptae.*
*Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli*
*Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam*
*Haesit in aduerso grauis hasta minoris Atridae.*
*Cognoui clypeum, laeuae gestamina nostrae,*
*Nuper Abanteis, templo Iunonis, in Argis.*

*Omnia mutantur: nihil interit: errat et illinc*
*Huc venit; hinc illud, et quoslibet occupat artus*
*Spiritus, eque feris humana in corpora transit,*
*Eque feris noster, nec tempore deperit vllo etc.*

Lactantius Firmian. lib. III. *De Falsa Sapientia* cap. 19. *Nisi forte credimus inepto illi seni, qui se in priori vita Euphorbum fuisse mentitus est. Hic (credo quod erat nobili genere natus,) familiam sibi ex Homeri carminibus adoptauit. O miram et singularem Pythagorae memoriam! O miseram obliuionem omnium nostrum, qui nescimus, quid ante fuerimus! Sed fortasse vel errore aliquo vel gratia sit effectum, vt ille solus Letheum gurgitem non attigerit, nec obliuionis aquam gustauerit: videlicet senex vanus, sicut otiosae aniculae solent, fabulas tanquam infantibus credulis finxit. Quod si bene sensisset de iis, quibus haec locutus est, si homines eos existimasset, nunquam sibi tam petulanter mentiendi licentiam vindicasset. Sed deridenda hominis leuissimi vanitas,* etc. Idem lib. VII. *De Diuino praemio* cap. 23. *De anastasi philosophi quoque dicere aliquid conati sunt, tam corrupte quam poëtae. Nam Pythagoras transire animas in noua corpora disputauit: sed inepte, quod ex hominibus in pecudes, et ex pecudibus in homines, et seipsum ex Euphorbo esse reparatum,* etc.

Eandem μετεμψυχώσεως seu μετενσωματώσεως seu παλιγγενεσίας (tot enim nominibus appellabat) vanitatem prolixe Tertullianus quoque refellit lib. *De Anima,* maxime cap. 28. 31. et 32. Vocat ille etiam *animarum recidiuatum reuolubilem semper ex alterna mortuorum atque viuentium suffectione.* Recidiuatum, vt recidiuam febrem appellamus. De multis Tertullianicis pauca hic ascribam. Sic ergo doctissimus ille Afer cap. 28. *Neque veritas desiderat vetustatem, neque mendacium deuitat nouellitatem. Teneo plane falsum antiquitate generosum. Quidni falsum, cuius testimonium quoque ex falso est? Quomodo credam non mentiri Pythagoram, qui mentitur, vt credam? Quomodo mihi persuadebit, Aethalidem, et Euphorbum, et Pyrrhum piscatorem, et Hermotimum se retro et Pythagoram fuisse, vt persuadeat, viuos ex mortuis effici, qui iterum se Pythagoram peierauit?* etc. Vide eundem Tertullianum *Apologetico aduersus Gentes* cap. 48. et *De Resurrectione carnium* cap. 1. Hausit vero Pythagoras hoc dogma περὶ μετεμψυχώσεως ab Aegyptiis: de quibus iuuat audire Herodotum *Euterpe,* seu Musa altera: *Πρῶτοι δὲ καὶ τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοί εἰσι εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι·*

τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος ἐς ἄλλα, ζῶον αἰεὶ γινόμενον ἐςδύεται. ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα, καὶ τὰ θαλάσσια, καὶ τὰ πτηνὰ, αὖθις ἐς ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσδύνειν· τὴν περιήλησιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι. τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσὶν οἳ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον, ὡς ἰδίῳ ἑωϋτῶν ἐόντι, τῶν ἐγὼ εἰδὼς τὰ ὀνόματα, οὐ γράφω. Procul dubio intelligit Pythagoram et eius sectatores.

Ab eadem persuasione stultissima fluxerunt ista Tibulli prope finem Panegyrici ad Messalam:

*Quin etiam, mea cum tumulus contexerit ossa,*
*Seu matura dies celerem properat mihi mortem,*
*Longa manet seu vita, tamen mutata figuram,*
*Seu me finget equum, celeres percurrere campos*
*Doctum, seu tardi pecoris sim gloria taurus,*
*Siue ego per liquidum volucris vehar aëra pennis,*
*In quemcunque hominem me longa receperit aetas,*
*Inceptis de te subtexam carmina chartis.*

Ad quem locum clariss. et elegantiss. Passeratius haec inter alia annotauit in suis *Praelectionibus* doctissimis: *Seu longa me vita exspectat. Sed in alio corpore, siue humano siue ferino.* Alludit enim ad μετεμψύχωσιν Pythagorae, de qua Plato sub finem lib. X. et vltimi *de Legibus:* vbi Orpheus vitam in corpore cygni deligit, auersatus humanum corpus odio mulierum: Thamyras in corpore philomelae: Aiax Telamonius in corpore leonis: Agamemnon in corpore aquilae. Sic Ennius se mutatum in pauum somniauit, et animam Homeri in corpus suum immigrasse. De hoc Enniano somnio vide etiam quae scripsit Paul. Merula Comment. ad lib. I. *Annalium* Ennii p. 68. et seqq. Horat. lib. II. epist. 1.

*Ennius et sapiens, et fortis, et alter Homerus*
*(Vt critici dicunt) leuiter curare videtur,*
*Quo promissa cadant, et somnia Pythagorea.*

Hoc vult: Ita negligentem esse ac prope dissolutum in scribundis versibus, vt parum memor fuisse videatur eorum, quae de animae Homericae in suum corpus migratione professus et gloriatus fuerat. Adducit deinde Passeratius Epigramma Ausonii, qui hoc Pythagoreo dogmate belle in Marcum quendam lusit:

*Pythagora Euphorbi, reparas qui semina rerum,*
*Corporibusque nouis das reduces animas:*

*Dic, quid erit Marcus, iam fata nouissima functus,*
*Si redeat vitam rursus in aëriam?*

Respondet huic interrogationi Pythagoras, cum prius sciscitando cognouisset, quam impurus ac nefarius homo ille Marcus fuisset, dum viueret:

*Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus,*
*Non caper aut aries: sed scarabaeus erit.*

Eandem insaniam (sed paulo moderatius) insaniuerunt etiam in populo Iudaico Pharisaei. Dixi, moderatius, quia teste Iosepho lib. XVIII. *Antiquit.* cap. 2. et *de Bello Iudaico* lib. II. cap. 8. ita sentiebant, omnem quidem animam incorruptam esse; transire autem in alia corpora solas bonorum, iisque facilem esse ad vitam reditum; improborum vero interminabili supplicio cruciari. Huius dogmatis Pharisaici vestigium extat etiam in Historia Euangelica, vbi ea opinio Herodi fuisse dicitur de Iohanne Baptista iussu Herodis capite truncato, ipsum in Christo reuixisse. Vid. Matth. XIV. in pr. Marc. VI. v. 14. et seqq. Luc. IX. v. 7. et seq. Haec de illo transmigrationis animarum dogmate Pythagorico habebam quae adderem supra a me annotatis.

Inprimis vero memorabile est, quod scribunt de septenni Pythagorae latitatione et emaciatione in specu subterranea, seu hypogeo, vbi se abdiderit, (sola conscia matre, quae et necessaria victui ei subministrarit clanculum, et quid inter homines interim ageretur, renuntiarit) vt mortuus videretur, tandemque ab inferis ad superos redisse, cum post septennium denuo ex illo hypogeo emersus, conspiciendum se hominibus praebuisset. Vide Tertullianum dicto capite 28. Facit eiusdem latitationis mentionem etiam Diog. Laërtius, quanquam non exprimit ibi tempus definitum, quo elapso iterum emerserit. Tantum ἀορίστως ait, μετὰ χρόνον ἀνελθεῖν ἰσχνὸν καὶ κατεσκελετευμένον: quod non debuit interpres Ambrosius reddere, *Anno exacto ascendisse Pythagoram* etc. cum nec χρόνος vnquam pro anno vsurpetur; et sit verisimile, Diogenem, si non de septennio, certe de pluribus quam vno anno sensisse. Illud autem imposturae et falsi genus animaduersione quoque dignum est, quod scribit Diogenes: Pythagoram ea, quae mater ipsius filii iussu literis consignarat, euenta rerum, deinde posteaquam quasi ab inferis reuertisset, sic recitasse ciuibus suis, tanquam ipse eadem absens obseruasset ac meminisset: qua

fallacia sibi apud eos opinionem diuinitatis conciliauerit. Nisi quis dicat, haec quoque (vt id genus alia) in odium et inuidiam Pythagorae a maleuolis fuisse conficta et disseminata: quam in sententiam magis inclino, quam vt impostorem falsarium huiusmodi credam ipsum fuisse, cuius alioqui tam sancta praecepta lego, quae vix ab impostore proficisci potuisse videantur.

Sed his in medio relictis (de quibus quisque sentiat, quod volet) ad dogma de Palingenesia et Metempsychosi atque Metensomatosi paulisper redeamus. Id ergo non solum Ecclesiastici Scriptores tanquam vanitatis plenum (sicut est) exploserunt, sed Lucianus quoque derisit, vt videre est in ipsius Dialogo, cuius titulus *Somnium*, siue *Gallus*: item in *Vitarum auctione* statim initio. Priore Dialogo ita narrantem Micyllo gallum inducit: (gallus autem ille quondam fuerat Pythagoras) *Ἐπείπερ Εὔφορβος ἐγενόμην, ἐμαχόμην ἐν Ἰλίῳ, καὶ ἀποθανὼν ὑπὸ Μενελάῳ, χρόνῳ ὕστερον ἐς Πυθαγόραν ἧκον. τέως δὲ περιέμενον ἄοικος ἑστὼς, ἄχρι δὴ ὁ Μνήσαρχος ἐξεργάσηταί μοι τὸν οἶκον.* etc. Altero loco mercatori admirabundo eandem transformationem pollicetur: *Νῦν μὲν οὗτος, πάλαι δὲ ἐν ἄλλῳ σώματι, καὶ ἐν ἄλλῳ ὀνόματι ἐφαντάζεο, χρόνῳ δὲ αὖθις ἐς ἄλλο μεταβήσεαι.* Cui respondet Mercator: *Τοῦτο φὴς, ἀθάνατον ἔσεσθαί με, ἀπαλλαττόμενον ἐς μορφὰς πλείονας;*

*Ἧς ὁ σκοπὸς, ῥύσασθαι καὶ διελευθερῶσαι*] Eundem 46
fuisse primarium scopum philosophiae Pythagoricae, liberationem videlicet animae a vinculis corporeis, Iamblichus indicat hisce verbis cap. 32. *Μέγιστον δὲ πάντων πρὸς ἀνδρείαν παράγγελμά ἐστι, τὸν σκοπὸν προθέσθαι τὸν κυριώτατον, ῥύσασθαι καὶ ἐλευθερῶσαι τῶν τοσούτων* (apud Malchum est *τοιούτων*) *εἱργμῶν καὶ συνδέσεων* (Malchus habet *συνδέσμων*) *τὸν κατεχόμενον ἐκ βρεφῶν νοῦν*, etc. Eundem scopum Iamblichus etiam cap. 13. ex his verbis proponit: *Φαίνεται ἡμῖν φιλοσοφία ἀπαλλαγὴν τῶν ἀνθρωπίνων δεσμῶν παρέχειν καὶ λύσιν τῆς γενέσεως, καὶ περιαγωγὴν* (forte *παραγωγὴν*, vel *προσαγωγὴν*) *ἐπὶ τὸ ὄν, καὶ γνῶσιν τῆς ὄντως ἀληθείας, καὶ κάθαρσιν ταῖς ψυχαῖς. εἰ δὲ ἐν τούτῳ μάλιστα ἐστὶν ἡ ὄντως εὐδαιμονία, σπουδαστέον περὶ αὐτὴν, εἴπερ ὄντως βουλόμεθα μακάριοι εἶναι* etc. Eodem pertinuit, quod philosophiam dicebat Pythagoras esse meditationem mortis: idque deinde et Plato ab ipso est mutuatus. Porphyrius apud Stobaeum Sermone 117. *de morte*: *Ὃ ἔδησεν ἡ φύσις, τοῦτο φύσις λύει· καὶ ὃ*

ἔδησεν ἡ ψυχὴ, τοῦτο αὐτὴ λύει. ἔδησε δὲ φύσις μὲν σῶμα ἐν ψυχῇ· ψυχὴ δὲ ἑαυτὴν ἐν σώματι. Φύσις μὲν ἄρα λύει σῶμα ἐκ ψυχῆς· ψυχὴ δὲ ἑαυτὴν λύει ἀπὸ σώματος. ὁ γοῦν θάνατος διπλοῦς. ὁ μὲν συνεγνωσμένος, λυομένου τοῦ σώματος ἀπὸ τῆς ψυχῆς· ὁ δὲ τῶν φιλοσόφων, λυομένης τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος· καὶ οὐ πάντως ἕτερος ἑτέρῳ ἕπεται. Ammonius in Commentario *V Vocum* inter alias philosophiae definitiones hanc quoque ponit, et praeclare commentando explicat: *Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὁρισμὸς ἐκ τοῦ τέλους, ὁ λέγων· Φιλοσοφία ἐστὶ μελέτη θανάτου.* Quod ne quis perperam ita accipiat, debere quem seipsum rebus humanis extrahere, (sicut fecit Cleombrotus ille Ambraciota, qui lecto Phaedone Platonis seipsum de muro praecipitem dedit, mortemque oppetiit,) docet, vt vinculum corporis et animae duplex est, vnum naturale, quo anima corpori deuincta est, ipsumque viuificat; alterum voluntarium, seu *προαιρετικὸν*, quo anima alligata corpori seruitutem seruit, ab eoque in potestatem redigitur (*ὁ προαιρετικὸς δεσμὸς, καθ᾽ ὃν ἡ ψυχὴ δέδεται δουλεύουσα τῷ σώματι αὐτῷ, καὶ κρατουμένη ὑπ᾽ αὐτοῦ:* sic enim legendum, vel *κεκρατημένη*, non *κεκρατουμένη*, vt est editum Venetiis pag. 6. b.); ita et dissolutionem huius vinculi siue mortem esse duplicem: vna est mors naturalis, ac necessaria, omnium hominum communis, qua corpus ab anima separatur; altera est mors voluntaria, eaque philosophorum propria, qui id agunt, vt animam a corpore separent. Prior illa est *χωρισμὸς τοῦ σώματος ἀπὸ τῆς ψυχῆς.* Posterior est *χωρισμὸς τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος.* Ita ibi pulchre et pluribus disserit Ammonius. Plato etiam aliter a fine definiebat philosophiam, *ὁμοίωσιν θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ:* quam ibidem pulchre explicat idem Ammonius.

Adiungemus autem collationis ergo Aristotelicae quoque philosophiae finem: de quo sic scribit Ammonius prooemio Commentarii in Categorias pag. 11. b. edit. Venet.: *Τί δὲ τὸ τέλος ἐστὶ τῆς Ἀριστοτελικῆς φιλοσοφίας; φαμὲν, ὅτι γνῶναι τὴν πάντων ἀρχὴν, τὴν τῶν πάντων δημιουργὸν αἰτίαν, τὴν ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν. ἀποδείκνυσι γὰρ, πάντων ἀρχὴν εἶναι ἀσώματον· ἐξ ἐκείνης δὲ τὰ πάντα παράγεσθαι.* Ita legendum et distinguendum puto eum locum.

Nec vero praetereundus hic videtur praeclarus locus Simplicii in Commentario ad Epicteti *Enchiridium* pag. 48. edit. Venet. vbi de munere philosophi, quod in republica obtineat, ita disserit, superioribus sane quam conuenienter:

Ἀλλὰ ζητητέον, τίνα χώραν ὁ φιλοσοφῶν ἐν τῇ πόλει καθέξει; καὶ μάλιστα μὲν τὴν ἀνθρωποποιὸν, καὶ πιστῶν καὶ αἰδημόνων πολιτῶν δημιουργόν. ἔργον γὰρ ἕξει οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους εἰς τὸν κατὰ φύσιν ἀνθρώπῳ προσήκοντα βίον ἀποκαθαίρειν, κοινός τε πάντων ἔσται πατὴρ, καὶ παιδαγωγὸς, διορθωτής τε καὶ σύμβουλος, καὶ κηδεμονικὸν πᾶσιν ἑαυτὸν παρέχων· καὶ συνεργὸς ὢν παντὸς ἀγαθοῦ, τοῖς μὲν εὐημεροῦσι συνηδόμενος, τοῖς δὲ λυπουμένοις συνταλαιπωρῶν, παραμυθούμενος αὐτοὺς, καὶ ἁπλῶς ἐκεῖνα πράξει, ἅπερ ὁ νομίζων ἔργον ἴδιον ἔχειν καὶ χώραν ἐν τῇ πόλει τὴν πάντων ἀνθρώπων εὐποιητικὴν ἐπιμέλειαν, ἐφ' ὅσον δύναται, etc. Sed ad Pythagoram reuertamur. Talem ergo cum is proposuerit sibi philosophandi scopum, ad eumque attingendum conuenientia media, eaque pro suo captu optima inuenerit, aliisquè sedulo inculcarit, sanctissimis viuendi praeceptis traditis, quibus omnis generis homines meliores redderet, quantum in se esset, quomodo simul esse potuit γόης, πλάνος, μάγος, id est, praestigiator, impostor, veneficus? An potius ex calumniis natas istiusmodi προσηγορίας credendum est? Τίνας γὰρ οὗτοι οὐ διαβεβλήκασιν οἱ πάντα διαβάλλοντες; οὐ Σωκράτην; οὐ Πυθαγόραν; οὐ Πλάτωνα; inquit Dio Chrysostomus Orat. Corinth. XXXVII. mihi pag. 463. Sed quia de scopo philosophiae Pythagoricae diximus, notemus etiam eiusdem fructum, qui est, NIHIL ADMIRARI. Plutarchus commentario *Περὶ τοῦ Ἀκούειν*· Ἐκεῖνος μὲν γὰρ (ὁ Πυθαγόρας) ἐκ φιλοσοφίας ἔφησεν αὐτῷ περιγεγονέναι τὸ, ΜΗΔΕΝ ΘΑΥΜΑΖΕΙΝ. Ὁ γὰρ φιλόσοφος λόγος τὸ μὲν ἐξ ἀπορίας καὶ ἀγνοίας θαῦμα ἐξαίρει, γνώσει καὶ ἱστορίᾳ τῆς περὶ ἕκαστον εὐπορίας. Democritus vno nomine ἀθαυμαστίαν appellauit, vt ex Strabonis lib. I. docet Pet. Victorius lib. XXXV. *Var. Lect.* cap. 6. Horatius quoque epistolam suam ad Numicium ita exorditur:

*Nil admirari, prope res est vna, Numici,*
*Solaque, quae possit facere et seruare beatum.*

Commune igitur hoc habet sapiens seu philosophus cum magnanimo. Nam et, teste Aristotele lib. IV. *Ethic.* cap. 3. non est θαυμαστικός. οὐδὲν γὰρ μέγα αὐτῷ ἐστίν.

*Κατακεχωρισμένον*] Puto legendum κατακεχωσμένον, defossum, vel obrutum: a verbo καταχώννυμαι, quod est, defodior, vel obruor.

*Ὑγιὲς οὐδὲν*] Prouerbiale hoc esse, nemo nescit. Vide Erasmi Adagia. Huic cognatum est alterum istud, *Οὐδὲν*

ἱερόν: de quo Suidas haec annotauit: Ἡρακλῆς εἶπεν, Ἀδώνιδος ἰδὼν ξόανον· ὡς τῶν εὐεργετησάντων τοὺς ἀνθρώπους μόνον ὀφειλόντων τιμᾶσθαι, ἢ ὅτι οἱ καταφυγόντες εἰς αὐτὸ δοῦλοι ἄδειαν οὐκ εἶχον. Hesychius autem ita: Παροιμία λεγομένη ἐπὶ τῶν τέλεον ἀχρήστων πρὸς τὸ συλλαβέσθαι καὶ ἐπαρκεῖν καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς γνωρίμοις. φασὶ δὲ, Ἡρακλέα πρῶτον θεασάμενον τὸν Ἄδωνιν, εἰπεῖν, οὐδὲν ἱερὸν, ἴσως ἦν ἀνίδρυτον, διὰ τὸ πρὸς μηδὲν εἶναι χρήσιμον.

Νοῦς γὰρ καθ' αὑτὸν πάνθ' ὁρᾷ] Nobilis sententia, quam Epicharmus a maiore suo Pythagora haustam versu expressit trochaïco, sicut solebat hoc genere carminis impense delectari:

*Νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει· τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά.*

Hoc est:

*Mens videt, mens audit vna. Caetera surda et caeca sunt.*

Extat idem carmen etiam apud Clementem Alexandrinum lib. II. *Stromat.* pag. 159. (aliis 142.) et Theodoretum Serm. 1. *de Fide aduersus Graecos* p. 15. Alludit eodem et Cassius problem. 22. Νοῦς δὲ ὁρᾷ, ὥς φησί τις τῶν ἀρχαίων. Eiusdem quoque meminit Iamblichus cap. 32. de *Vita Pythagorae*, vbi quaedam ex hoc loco restitui possunt, quae et Arcerius et Heraldus taciti praeterierunt. Illud ibi crassissimum est erratum, δι' ἧς τὸ νοσοῦν: quod et interpreti imposuit, vt male verteret, *quo sensuum id quod morbidum est, operetur*: cum vera sit lectio, δι' ἧς τι νοσοῦν. Pro καθ' αὑτὸν deinde legitur apud eundem Iamblichum κατ' αὐτούς: et pro τοιούτων, τοσούτων: et pro συνδέσμων, συνδέσεως. Apud plures quoque auctores haec Pythagorae et Epicharmi sententia occurrit ac celebratur. Ex omnibus autem, quae dici poterant de praestantia celeritateque mentis, (de qua etiam in commentariis ad Oppianum nonnulla protuli,) hoc sufficiat, quod ait Philo lib. *de somniis*, *ea mitti a deo: Mens, sicut sol in vniuerso, in nobis principatum gerit, vbique suos radios extendens.* Sed adiungamus Platoni Hebraeorum etiam Platonem Atticum, qui in *Philebo* Socratem ita loquentem inducit: Πάντες συμφωνοῦσιν οἱ σοφοὶ, ἑαυτοὺς οὕτω σεμνύνοντες, ὡς Νοῦς ἐστὶ βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ καὶ γῆς. καὶ ἴσως εὖ λέγουσι.

Χωλὰ καὶ τυφλὰ] Vide annon pro χωλὰ legendum sit κωφὰ, cum ita sit et apud Clementem Alexandrinum, et apud Iamblichum, aliosque. Τῷ ἀκούειν certe opponitur τὸ κωφὸν

εἶναι, non τὸ χωλὸν εἶναι, ἢ χωλεύειν, quod cuiuis est manifestum.

*Καθαρθέντι δὲ, τότε δεῖ προσάγειν τι τῶν ὀνησιφόρων*] Purgari prius animum volebat Pythagoras, quam ei quippiam vtilis doctrinae committeretur. Nam, vt canit Horatius:

*Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescet.*

Et sapientia Salomonis negat, spiritum sapientiae in animam maleficam ingressurum, aut in corpore peccatis subdito habitaturum.

*Ἠρέμα*, et p. p. *ἐκ τῶν κατ' ὀλίγον*] Idem paulo post vocat *κατὰ βραχύ*. Notandum hic, *mentem humanam paulatim a rebus consuetis traducendam esse ad veritatis contemplationem, ne, si subito id fiat, resiliat. Nam neque illi, qui ex tenebricoso aliquo loco, in quo diu fuerunt detenti, subito in apricum producuntur, repentinum fulgorem solis ferre oculis possunt. Et in summa, quaelibet repentina mutatio periculi plena esse consueuit.* Quid mirum igitur, si etiam ὁ νοῦς τῇ ἄφνω καὶ ἀθρόως μεταβολῇ ταραχθεὶς ἀποστραφῇ καὶ ἀπείπῃ; vt hic elegantissime ait Malchus. Agnouit idem sapientissimus Aristoteles, dum πραγματείᾳ διαλεκτικῇ, ἤγουν τοπικῇ, δι' ἐνδόξων animum hominum praeparandum censuit, priusquam ἀκρίβειαν ἀποδεικτικὴν καὶ ἀναλυτικὴν capere ac ferre posset. Vide quae paulo post afferam ex Ammonio in *Categor.* vbi pag. 12. τῷ εὐτάκτως ὁδεύειν opponit τὸ πέμπειν πόδα ὑπερβάθμιον, ex prouerbiali phrasi oraculi.

*Μαθήμασι*] Mathematica sunt quasi in confinio rerum corporearum et incorporearum. Hinc et Ammonius 47
in *Quinque Voces*, vbi philosophiae theoreticae tres constituit species, τὸ θεολογικὸν, τὸ φυσιολογικὸν, καὶ τὸ μαθηματικὸν, medium facit τὸ μαθηματικὸν inter τὸ θεολογικὸν et τὸ φυσιολογικὸν, ἐπειδὴ καὶ κατὰ φύσιν μέσην ἔχει τάξιν. Addit autem: τοῦτο δέ τινες τῶν πάλαι προέταξαν τοῦ φυσιολογικοῦ. οἱ μὲν κατὰ Πλάτωνα, ἵνα, φασὶ, τὰς ἰδέας ἐν τῇ ψυχῇ ἤδη ἀποκειμένας ἐπιγινώσκωμεν, ἤτοι ἀναμιμνησκώμεθα τὰ ἐν τοῖς καθέκαστον θεωρούμενα, ὁδῷ τινὶ καὶ κλίμακι τῷ μαθηματικῷ χρώμενοι· οἱ δὲ κατὰ Ἀριστοτέλην, τὴν μέσην τάξιν αὐτῷ ἀπενείμαντο, βουλόμενοι ἡμᾶς ἐθίζειν ἀπὸ τῆς ἐνύλου οὐσίας γινώσκειν τὴν νοητὴν, ἥ τις ἐστὶ μὲν ἀόρατος, πλείονα δὲ ἔχει καὶ ἐνεργεστέραν (forte ἐναργεστέραν) τὴν ὑπόστασιν, ἢ κατὰ ὕλην. etc. De iisdem mathematicis eorumque vsu est operae pre-

tium et alium annotare locum Ammonii ex Commentario in *Categorias*. Τίνα δὲ τὰ ἄγοντα ἡμᾶς εἰς τοῦτο τὸ τέλος; (τῆς Ἀριστοτελικῆς φιλοσοφίας, ὅ ἐστι γνῶναι τὴν πάντων ἀρχήν.) φαμὲν, ὅτι ἡ διδασκαλία τῶν ἐν χρόνῳ καὶ μεταβολῇ ὑπαρχόντων. τοιαῦτα δέ ἐστι τὰ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ. ἀπὸ γὰρ τούτων διὰ μέσων τῶν μαθηματικῶν ἀνάγομεν ἑαυτοὺς ἐπὶ τὰ ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα· τοιαῦτα δέ ἐστι τὰ οὐράνια. καὶ οὕτω μετὰ τὰς ἀσωμάτους οὐσίας ἐπὶ τὴν πρώτην πάντων αἰτίαν. πάσης γὰρ κινήσεως ἢ κατ᾽ οὐσίαν οὔσης, ἢ κατὰ ποσὸν, ἢ κατὰ ποιὸν, ἢ κατὰ τόπον, τὰ μὲν ἐν γενέσει, κατὰ πᾶσαν κίνησιν κινοῦνται· τὰ δὲ οὐράνια, κατὰ μόνην τὴν κατὰ τόπον. διὸ χρὴ εὐτάκτως ὁδεύειν ἀπὸ τῶν πολυτρόπως κινουμένων ἐπὶ τὰ κατὰ μίαν καὶ μόνην κίνησιν κινούμενα· καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν ἀκίνητον καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσαν ἀρχὴν, καὶ μὴ, κατὰ τὸν χρησμὸν, ὑπερβάθμιον πόδα πέμπειν. εἰ γὰρ ἀθρόως βουληθείημεν ἐκ τῶν σωμάτων τῇ πρώτῃ τῶν πάντων ἀρχῇ προσβαλεῖν, νοήσαιμεν ἂν κἀκείνην σῶμα εἶναι καὶ ἐσχηματίσθαι. Διό φησιν ὁ Πλωτῖνος, παραδοτέον τοῖς νέοις τὰ μαθήματα, πρὸς συνεθισμὸν τῆς ἀσωμάτου φύσεως. Facit huc etiam locus quidam Iustini Martyris, Dialogo quem cum Tryphone Iudaeo habuit. Sed eum infra annotabo.

Τὴν τῶν ὄντως ὄντων θέαν] Haec est quae prima philosophia seu metaphysica vocatur: ab Ammonio et aliis interpretibus Aristotelis τὸ θεολογικὸν τῆς θεωρητικῆς φιλοσοφίας εἶδος. Est autem Platoni creberrima phrasis, τὰ ὄντως ὄντα, significans ea, quae sunt aeterna. Haec enim vere esse volebat, cum haec inferioris mundi caduca non tam sint, quam fiant, inque perpetuo sint motu.

48 Μοδέρατος ὁ ἐκ Γαδείρων] Huius scriptoris etiam S. Hieronymus facit mentionem Apologia aduersus Ruffinum, vocans eloquentissimum, quem ex parte imitatus fuerit Iamblichus. Is tamen, quod mireris, nunquam eum nominat. Porphyrius quoque disertis viris eum annumerat, qui ex Pythagoricis scripserint commentarios, quos euoluerit Origenes. Verba Porphyrii vide relata ab Eusebio lib. VI. *Hist. Ecclesiast.* cap. 19. Eiusdem libros quinque Scholarum Pythagoricarum laudat Stephanus *de Vrbibus* in Γάδειρα. Sed ibi vitiose legitur Μοδεράτου Γαδαρέως, cum verum sit Γαδειρέως. Gaditanus inquam, non Gadarensis fuit Moderatus. Est enim patria Moderati non Γάδαρα, (quae Palaestinae vrbs fuit, alio nomine dicta

Antiochia et Seleucia, cuius et Iosephus non semel meminit: vt 1. *Belli Iudaic.* cap. 5. vbi a Pompeio Magno instauratam ait in gratiam liberti Demetrii: et 5. eiusdem operis cap. 3. vbi validissimam vocat metropolim, quae a locupletibus hominibus fuerit habitata:) sed *Γάδειρα*, quae et vrbs et insula fuit in Oceano seu mari Atlantico vltra columnas Herculis: sic dicta quasi collum terrae, *τῆς γῆς δειρά*: Latini *Gades* vocant. Ex illis autem, quae subiiciam, patebit manifesto discrimen inter *Γάδαρα* et *Γάδειρα*. Stephanus dicto libro *de Vrbibus*: *Γάδειρα, πόλις καὶ νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ, στενὴ καὶ περιμήκης οὖσα ταινία, τῆς γῆς δειρά. Ἐρατοσθένης δὲ ἡ Γάδειρα φησὶ θηλυκῶς· ὁ πολίτης, Γαδειρεύς. οὕτω γὰρ τὰ πέντε βιβλία ἐπιγέγραπται τῶν Πυθαγορικῶν σχολῶν Μοδεράτου Γαδειρέως.* (Sic enim ibi legendum, vt modo dixi.) *λέγεται καὶ Γαδειρίτης, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ. λέγεται καὶ Γαδειραῖος, ὡς ἀπὸ τοῦ Γάδειρα θηλυκοῦ. καὶ Γαδειρανοὶ* (forte *Γαδειρανός*), *καὶ κτητικὸν Γαδειρικός*, etc. Et mox: *Γάδαρα, πόλις Παλαιστίνης. Πορφύριος ἐν γ΄. φιλοσόφου ἱστορίας. τὸ ἐθνικὸν, Γαδαρηνός*, etc.

Hesychius: *Γάδειρα, νῆσος ἔξω τῶν Ἡρακλειῶν στηλῶν.* Suidas: *Γάδαρα, πόλις Κοίλης Συρίας, ἥτις καὶ Ἀντιόχεια, καὶ Σελεύκεια ἐκλήθη. τὸ ἐθνικὸν Γαδαρεύς. καὶ Γαδαρίς, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ χώρα.*

*Γάδειρα, τόπος κατὰ τὴν ἑσπερίαν μοῖραν, ἀποτελεύτησις τῆς θαλάσσης, καὶ οἷον ἐκροὴ ἀπὸ τῆς πρὸς ἡμᾶς εἰς τὴν Ἀτλαντίδα θάλασσαν, τὸν Ὠκεανὸν, ἣν διεκπλεῖσαι οὐκ ἐνῆν βραχώδη καὶ σκοτοειδῆ τυγχάνουσαν. Γάδειρα δὲ, παρὰ τὴν γῆν καὶ τὴν δειρὴν* (lege *δειρὰν*), *ὅ ἐστι τράχηλος. μέχρι τούτων ἐλθὼν ὁ Ἡρακλῆς, καὶ μὴ δυνάμενος διελθεῖν, στήλας παρὰ τῶν ἐγχωρίων λαβὼν, ἱδρύσατο, δηλῶν δι' αὐτῶν, ἄχρι τῶν τῇδε βατὴν εἶναι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν.* Strabo lib. 3. *Ἔξω δὲ στηλῶν τὰ Γάδειρα*, etc. Vbi et de conditu eius vrbis a Tyriis ex oraculo plura affert. Dionysius in *Periegesi* v. 450, et seqq.

*Ἤτοι μὲν κατὰ μέσσον ὑφεσπερίων στηλάων*
*Ἐσχατόωντα Γάδειρα φαείνεται ἀνθρώποισι,*
*Νήσου ἐπ' ἀμφιρύτης, ἐπὶ τέρμασιν Ὠκεανοῖο.*

Addit deinde a Phoenicibus (id est, Tyriis colonis) eam vrbem inhabitari, qui Herculem colant: et prius Cotinussam fuisse appellatam. Vide ibidem Eustathium in Commentario de Gadibus. Vide et Pompon. Melam lib. III. *de situ Orbis* cap. 6. in pr. Atque haec paulo diligentius

annotata sint in gratam memoriam Moderati et patriae ipsius: nec non etiam alterius, nomine quidem vicinae, sed loco procul dissitae vrbis.

*Τοῖς ἀνδράσι*], *Τοὺς ἄνδρας* hic puto dici *κατ᾽ ἐξοχὴν* Pythagoreos: sicut et Pythagoram maiorem suum indicare volentes, *ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα* dicebant eius sectatores, venerationi praeceptoris hoc tribuentes, vt a nomine eius proprio abstinerent: teste Iamblicho cap. 10. et cap. 35.

*Μὴ δυνάμενοι γὰρ, φησίν*] Verba ista e Moderato excerpta esse a Malcho, satis indicat ipse, cum addit *φησίν*.

*Παρεγένοντο ἐπὶ τοὺς ἀριθμοὺς*] Hanc tamen Pythagoricam per numeros philosophandi rationem reprehendit Aristoteles *Metaphys. Maj.* c. VIII. (mihi pag. 227.). Non erit alienum hic referre, quid Iustino Martyri contigerit, cum se in familiaritatem ac disciplinam cuidam magni nominis Pythagorico tradere vellet. Ab eo enim se repulsum fuisse scribit, quod de musica et astronomia et geometria interroganti negaret, se in his versatum esse. Verba sancti viri adscribam ex Dialogo cum Tryphone Iudaeo pag. 169. *Προσῆλθον εὐδοκιμοῦντι μάλιστα Πυθαγορείῳ ἀνδρὶ πολὺ ἐπὶ τῇ σοφίᾳ φρονοῦντι. κἄπειτα, ὡς διελέχθην αὐτῷ, βουλόμενος ἀκροατὴς αὐτοῦ καὶ συνουσιαστὴς γενέσθαι· Τί δαὶ ὡμίλησας, ἔφη, μουσικῇ, καὶ ἀστρονομίᾳ, καὶ γεωμετρίᾳ; ἢ δοκεῖς κατόψεσθαί τι τῶν εἰς εὐδαιμονίαν συντελούντων, εἰ μὴ ταῦτα πρῶτον διδαχθείης, ἃ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν περισπάσει, καὶ τοῖς νοητοῖς αὐτὴν παρασκευάσει χρησίμην, ὥστε αὐτὸ κατιδεῖν τὸ καλὸν, καὶ αὐτὸ ὅ ἐστιν ἀγαθόν; πολλά τε ἐπαινέσας ταῦτα τὰ μαθήματα, καὶ ἀναγκαῖα εἰπὼν, ἀπέπεμπέ με, ἐπεὶ αὐτῷ ὡμολόγησα μὴ εἰδέναι. ἐδυσφόρουν οὖν, ὡς εἰκὸς, ἀποτυχὼν τῆς ἐλπίδος, καὶ μᾶλλον, ᾗ ἐπίστασθαί τι αὐτὸν ᾠόμην. πάλιν τε τὸν χρόνον σκοπῶν, ὃν ἔμελλον ἐκτρίβειν περὶ ἐκεῖνα τὰ μαθήματα, οὐκ ἠνειχόμην εἰς μακρὰν ἀποτιθέμενος. ἐν ἀμηχανίᾳ δέ μου ὄντος, ἔδοξέ μοι καὶ τοῖς Πλατωνικοῖς ἐντυχεῖν. πολὺ γὰρ καὶ τούτων ἦν κλέος*, etc.

*Τοὺς γραμματιστὰς*] Hesychius: *Γραμματιστὴς, γραμματοδιδάσκαλος*. Suidas plenius: *Γραμματιστὴς, ὁ τὰ πρῶτα στοιχεῖα διδάσκων*. Et affert exempla ex historiis inter caetera haec quoque: *Οὐδὲ τὰ πρῶτα παρὰ τοῖς γραμματισταῖς ἐκμεμαθηκὼς στοιχεῖα*. Item: *Οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν ἐς γραμμα-*

τιστοῦ φοιτῶν ἔμαθεν, ὅτι μὴ γράμματα, καὶ ταῦτα κακῶς, γράψαι.

Alii igitur a Grammaticis sunt Grammatistae, vt eleganter Suetonius lib. *De Illustribus Grammaticis* cap. 4.: *Sunt qui literatum a literatore distinguant; vt Graeci Grammaticum a Grammatista: et illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existiment: quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Nam apud maiores, ait, cum familia alicuius venalis produceretur, non temere quem literatum in titulo, sed literatorem, inscribi solitum esse; quasi non perfectum literis, sed imbutum,* etc. Sic *literatoribus* vtuntur Iulius Capitolinus, Ael. Lampridius, et alii. Capitolinus de Marco Antonino Philosopho: *Vsus est magistris ad prima elementa Euphorione literatore, et Gemino comoedo* etc. Deinde quatuor vtriusque linguae Grammaticos nominat, qui eiusdem fuerint praeceptores. Lampridius in Alex. Seuero: *In prima pueritia literatores habuit Val. Cordum et L. Veturium,* etc. Deinde seorsim ab his commemorat Grammaticos aliquot, cum Graecos, tum Latinos. Idem de Commodo: *Habuit literatorem Graecum Onesicritum: Latinum, Capellam Antistium,* etc. In iure nostro Grammatistae hac notantur periphrasi: *Qui pueros primas literas docent: Qui primis literis pueros inducunt.* l. II. §. vlt. D. *Vacat. et excusat. muner.* l. XI. *vt gradatim* §. vlt. D. *De muner. et honor.*

*Εἶναι δ' τότε*] Intellige figuram τριγώνου, seu trianguli.

*Τὸ ἕν*] Quomodo inter τὸ ἕν et τὴν μονάδα distinxerint Pythagorei, vide apud Iustinum Martyrem in Cohortatione ad Graecos. *Τὴν μονάδα* dicebant esse ἐν τοῖς νοητοῖς, hoc est illis, quae intelligentia comprehenduntur: τὸ δὲ ἕν, in numeris. Similiter ignorabilis auctor vitae Pythagorae apud Photium pag. 722. *Ὅτι διαφέρειν ἔλεγον οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου μονάδα καὶ ἕν· μονὰς μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ἐνομίζετο ἡ ἐν τοῖς νοητοῖς οὖσα· ἓν δὲ τὸ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς. Ὁμοίως δὲ καὶ δύο τὸ ἐν τοῖς ἀριθμητοῖς· ἔλεγον δὲ τὴν μονάδα* (alias δυάδα) *ἀόριστον.*

*Διακρατικὰ*] Erratum est typographicum. In MSC. recte est perscriptum διακρατητικάς. 50

*Ταύτης ἤγαγον*] Diuinabam, ταύτῃ εἰσήγαγον. 51

52 Δεκάδα, οἷον δεχάδα. Et mox: Τέλειον ἀριθμὸν τὸν δέκα εἶναι, μᾶλλον δὲ τελειότατον] Eadem est doctissimi Hebraeorum Philonis originatio περὶ τῶν Δέκα λόγων: vbi pulchre de numero denario philosophatur, et δεκάδα similiter vult esse dictam quasi δεχάδα, παρὰ τὸ δέχεσθαι καὶ συγκεχωρηκέναι τὰ γένη πάντα τῶν ἀριθμῶν, καὶ λόγων τῶν κατ' ἀριθμὸν, καὶ ἀναλογιῶν, ἁρμονιῶν τε αὖ καὶ συμφωνιῶν. *Primi*, inquit, *impositores nominum, viri sapientes, merito videntur appellasse hanc δεκάδα quasi δεχάδα, quod capiat comprehendatque omnia numerorum genera, et rationum proportionumque arithmeticarum, ac insuper harmoniarum symphoniarumque. Haec sunt, quae denarium faciunt admirabilem, qui complectitur naturam et indimensam et dimensionibus obnoxiam. Indimensa ad solum punctum pertinet. Dimensiua tres habet species, lineam, superficiem, et solidum,* etc. Idemque paulo ante: *Illud ante omnia admirandum occurrit* (in Decalogo, seu decem praeceptis summariis) *quod absoluuntur denario numero, omnium perfectissimo, complectente cunctas numerorum differentias, parium et imparium, parium duorum, imparium trium, pariter imparium quinque*, etc. Rursus idem Philo in lib. De congressu quaerendae eruditionis gratia scribit, *Totius sapientiae compagem sortitam esse numerum perfectum denarium.* Porro de perfectione tam septenarii, quam denarii multa praeclara videre licet apud Macrobium lib. I. in *Somnium Scipionis* cap. 6. et Agellium lib. III. cap. 10. ex Varronis *Hebdomadibus*: et Alexandrum in 2. *Problem.* 47. vbi quaerit, cur infantes septimo mense editi vitales sint, (quod pertinet ad l. 12. *Septimo mense*, D. *de statu hominum*: et Paul. lib. IV. *Sentent.* tit. 9. vbi additur: *Ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere.*) octauo non item. Inter alia autem sic ait: Ὅτι ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς τέλειός ἐστι τῇ φύσει, ὡς μαρτυρεῖ Πυθαγόρας, καὶ οἱ ἀριθμητικοὶ, καὶ οἱ μουσικοί. Et mox: Ὅτι τέλειος ὁ ἑπτὰ καὶ ὁ δέκα τῇ φύσει ἀριθμός. etc. Et paulo inferius: Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ δέκα ἀριθμὸς παρὰ Ἀριστοτέλει καὶ τοῖς φιλοσόφοις συμπεριλαμβάνει τὰ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ, καὶ πᾶς δὲ ἀριθμὸς διὰ τοῦ δέκα γεννᾶται κατὰ ἀνακύκλωσιν, etc. Ibidem hoc quoque vt memorabile annotauit Alexander, priscos illos mortales iustitiae obseruantissimos hanc ipsam ob causam illum morem introduxisse, vt firmandae fidei copularent dextras: qua copulatione denarius, numerorum ille perfectissimus, efficitur, quinis videlicet digitis ad quinos adiunctis, etc. Ignotus auctor

vitae Pythagorae apud Photium pag. 712. *Ὁ δὲ ἀριθμὸς συμπληροῦται τοῖς δέκα. ὁ δὲ δέκα σύνθεσις τῶν τεσσάρων, κατὰ τὸ ἑξῆς ἀριθμούντων ἡμῶν· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἀριθμὸν πάντα τετρακτὺν ἔλεγον.* S. Maximus Mystag. cap. 5. *Δεκὰς δυνάμει ἐστὶν ἡ τετρὰς, ἀπὸ τῆς μονάδος εἱρμῷ κατὰ πρόοδον συντιθεμένη.* Hoc est, *Decas potentia est quaternio, ab vnitate per seriem progressione composita.* Si enim addendo coniungas vnum, duo, tria, et quatuor, effici videbis numerum denarium. Et Ammonius in *Categor.* Aristotelis, vbi causas inuestigat, cur 10 praedicamenta a philosopho sint constituta, sic scribit inter caetera: *Μέλλων τὴν εἰς δέκα διαίρεσιν τῶν πραγμάτων ἡμῖν παραδοῦναι, πρότερον ἐκτίθεται τὴν εἰς τέσσαρα τούτων διαίρεσιν. παραδοὺς γὰρ πρότερον τὴν εἰς δύο τῶν φωνῶν διαίρεσιν, πρόεισιν ἐπὶ τὴν τετραδικὴν ταύτην τομὴν, εἰκότως. ὁ γὰρ δύο ἀριθμὸς ἐφ' ἑαυτὸν πολυπλασιαζόμενος, ποιεῖ τὸν τέσσαρα. μετὰ δὲ ταύτην τὴν διαίρεσιν παραδώσει τὴν εἰς δέκα. ὁ γὰρ ἀπὸ μονάδος ἀρχόμενος ἀριθμὸς, συντιθέμενος μέχρι τοῦ τέσσαρα, ποιεῖ τὸν δέκα. α. β. γ. δ. καὶ γίνεται δέκα.* Huc pertinet *χλευασμὸς* ille Luciani in *Vitarum auctione:* vbi cum Pythagoras mercatori pollicitus esset doctrinam artis numerandi, et hic respondisset, se vero iam nunc scire numerare, iussusque a Pythagora, edere suae artis specimen, dixisset, *ἓν, δύο, τρία, τέτταρα:* excipiens atque interpellans Pythagoras, Vides, inquit, decem esse illa, quae tibi videntur quatuor, et perfectum trigonum, nostrumque iusiurandum, etc. Atque vt liceat homini profano et leuissimo scurrae sanctissimum grauissimumque virum adiungere, S. Hieronymus eodem allusit, cum ista scripsit lib. 12. Comment. in Ezechiel (mihi pag. 456. in Edit. Plant.): *Decem perfectus est numerus, et vel Decalogo continetur, vel Euangeliorum quatuor Sacramento, qui ab vno incipiens ita ad quatuor peruenit, vt denarium impleat numerum.* Et rursum lib. XIII. (p. 466.): *Decem, qui et ipse perfectus est numerus, vel propter Decalogum, vel propter Euangelii Sacramentum. Si ab vno per duos et tres ad quartum numerum venias; decenarius Euangeliorum numerus efficitur,* etc. Vide consimilia apud eundem lib. XIV. (pag. 491.). De eodem ait lib. II. Commentar. in Esaiam (pag. 19.): *Denarium numerum in scripturis sanctis mysticum atque perfectum esse.* Idem lib. VI. Commentar. in Hieremiam (pag. 303.): *Denarium esse mysticum numerum, ostendit Decalogus, qui scriptus fuit in tabulis lapideis digito dei.* Vbi in seqq. et de septenario agit, similiter et illum mysticum esse

docens. Idem Commentar. in Iob. cap. 38. *Decimus* (inquit) *numerus perfectus est, quia per ipsum iterando omnis numerus in infinitum multiplicatur.* Denique notetur eiusdem Hieronymi admonitio ad cap. 19. Iobi: *Hoc solido numero et perfecto manente, pro diuersitate locorum in scripturis diuinis nunc maiorem numerum, nunc minorem significari nouerimus.* Philo ἐν τῷ περὶ τῶν μετονομαζομένων pag. 1. Edit. Wechel. *Προκοπῆς μὲν δεκάς· ἑκατοντὰς δὲ τελειότητος σύμβολον.* Idemque Philo etiam de septenarii perfectione praeclare philosophatur in libro περὶ κοσμοποιΐας, hoc est, *de opificio mundi:* vbi vide. Macrobius dicto capite 6. lib. I. *Cum decas, qui et ipse perfectissimus numerus est, perfecto numero, id est ἑπτάδι, iungitur, vt aut decies septem, aut septies deni computentur anni; haec a physicis creditur meta viuendi, et hoc vitae humanae perfectum spatium terminatur*, etc. Denique de septenarii numeri mysteriis ac perfectione videri quoque potest Gregorius Nazianzenus Homilia in Sanctam Pentecosten; vbi et Maximus Margunius in sermone αὐτοσχεδίῳ, hoc est, *extemporaneo* quidem, sed doctissimis et priscis illis Patribus suppari in idem festum, quem ἀνέκδοτον aliquando mihi donatum ex Graeco Latinum faciebam.

*Πᾶν τὸ γενόμενον*] Legendum γεννώμενον.

53 *Περὶ τῶν ἀριθμῶν πραγματεία τοιαύτη τοῖς Πυθαγορείοις*] Addendum superioribus, quae de Pythagoreorum numeris allata iam sunt, etiam hoc Ciceronis testimonium e 4. *Acad. Quaest.: Pythagorei ex numeris et mathematicorum initiis proficisci volunt omnia*, etc. Quid quod Pythagoras etiam summum bonum in perfecta numerorum scientia collocabat? Sic enim Theodoretus Sermone XI. de fine et iudicio, in *Therapeutic.* ad Graec. *Ὁ δὲ πολυθρύλλητος Πυθαγόρας τὴν τελεωτάτην τῶν ἀριθμῶν ἐπιστήμην ἔσχατον ὑπελάμβανεν ἀγαθόν.*

*Δωρίδι*] Scilicet διαλέκτῳ. Nisi forte legendum δωριστί. De hac dialecto Dorica notanda sunt diuersa iudicia doctorum virorum. Malchus enim hic ἀσαφῆ eam vocat. Iamblichus autem cap. 34. conferens ipsam cum aliis, vt Aeolica, Ionica, et Attica, pronuntiat cum Metrodoro Doricam omnium optimam linguam: (sicut et harmoniam Doricam in Musicis:) ideoque et a Pythagora et Epicharmo hanc prae caeteris fuisse ait electam. Omnino pulcer est locus de Graecorum dialectis, sed semel atque iterum

deformatus: vt cum legitur Num. 245. *τὸ πρεσβυτάτην εἶναι τῶν διαλέκτων τὴν Δῶρα*: vbi aut *Δωρίδα* legendum, aut *Δώριον*: vt paulo ante: *τὴν δὲ Δώριον διάλεκτον ἐναρμόνιον εἶναι*. Antiquitatem vero huius dialecti repetit ibidem etiam ex fabula de Doride nympha, Oceani filia, Nerei vxore, etc. Denique et hoc pro argumento antiquitatis affert, quod Orpheus (quem poëtarum omnium apud Graecos antiquissimum esse constat) hac dialecto fuerit vsus: *Κεχρῆσθαι δὲ τῇ Δωρικῇ διαλέκτῳ καὶ τὸν Ὀρφέα, πρεσβύτερον ὄντα τῶν ποιητῶν*, etc. *Ὀρφέα* legendum, non *Ὀρφέθον*, vel pueri animaduertant.

*Τὰ μὲν κάρπιμα σφετερίσασθαι*] Hunc *σφετερισμόν*, quo alii aliorum dogmata vel dia et praeclara reperta sublegunt et in se transferunt, eleganter composito vocabula *λογοκλοπίαν* vocare possumus cum Diogen. Laërt. in Empedocle pag. 602. vbi ex Timaeo ait: *Ὅτι καταγνωσθεὶς ἐπὶ λογοκλοπείᾳ τότε (καθὰ καὶ Πλάτων) τῶν λόγων ἐκωλύθη μετέχειν*.

*Χλευασμὸν τοῦ διδασκαλείου*] *Διδασκαλεῖον* Vetus Glossarium vertit *Doctrinum*. Est autem ludus literarius. Caeterum quod hic Malchus ait de irrisione et calumnia atque sycophantia, qua inuidi ac maleuoli Pythagoram cum sua schola et sectatoribus appetiuerint, ab aliis quoque confirmatur auctoribus, qui pro impostore, praestigiatore et plano habitum et proclamatum fuisse a multis tradiderunt. Sed hanc calumniam refellit Iamblichus cap. 32. *Πολλοῦ γε* (malim *τε*) *ἔδει, γόητα νομίζειν Πυθαγόραν, τὸν ταῦτα παιδεύοντα*· (scilicet, cum doceret, *οὐρανόθεν ἠρτῆσθαι καὶ οἰκονομεῖσθαι τὰ πάντα*: *coelitus omnia dependere et gubernari*: quam sententiam et Seneca Tragicus vsurpauit, sic efferens: *Quicquid faciamus, mortale genus, Quicquid patimur, venit ex alto*) *ὅσας γε* (lege *ὥστε*) *καὶ αὐτὸν ἐθαύμαζεν* (scilicet Abaris) *ὡς ἂν* (malim *ὡσανεὶ*) *θεὸν ὑπερφυῶς*. Ex eodem capite plura quoque sustuli errata, alias cum ipsius Iamblichi noua editione proferenda. De calumniis, quibus aspersus fuerit Pythagoras, locum Dionis Chrysostomi alibi annotaui.

*Ἐθαυμάζετο αὐτός τε, καὶ οἱ συνόντες*] Quantae admirationi fuerint hominibus Pythagorei, etiam Isocratis 64
aeuo, ex his suauissimi Rhetoris verbis in *Busiride* intelligi datur: *Καὶ τούτοις οὐχ οἷόν τε ἀπιστεῖν*· (quae scilicet de Pythagora praedicantur) *ἔτι γὰρ καὶ νῦν τοὺς προσποιου-*

*μένους ἐκείνου μαθητὰς εἶναι, μᾶλλον σιγῶντας θαυμάζομεν, ἢ τοὺς ἐπὶ τῷ λέγειν μεγίστην δόξαν ἔχοντας.* Ait, eos, qui se illo etiam aeuo pro discipulis Pythagorae gesserint, maiore in admiratione fuisse, etiam dum tacerent, quam alios, qui vel maximam essent eloquentiae gloriam consecuti. Inde aestimari probarique facile posse, quam libenter et adolescentes Pythagoram fuerint sectati, et senes suos liberos cum eodem versari cupiuerint, adeo vt illius institutioni etiam rei familiaris curam posthabuerint. Eodem pertinet prouerbium: *De numero sunt Pythagoreorum: Τῶν Πυθαγορείων εἰσί:* quod suo quoque aeuo durasse scribit Iamblichus cap. 33. Porro ad aestimationem auctoritatemque Pythagorae maximam declarandam hoc quoque facit, quod in prouerbium abiit: *Αὐτὸς ἔφα:* hoc est, *Ipse dixit.* Cicero lib. I. *De Natura Deorum: Non tam auctores in disputando, quam rationis momenta quaerenda sunt. Quin etiam obest plerumque iis, qui discere volunt, auctoritas eorum, qui se docere profitentur. Desinunt enim suum iudicium adhibere; id habent ratum, quod ab eo, quem probant, iudicatum vident. Nec vero probare soleo id, quod de Pythagoricis accepimus: quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, cum ex eis quaereretur, quare ita esset? respondere solitos,* IPSE DIXIT. *Ipse autem erat Pythagoras. Tantum opinio praeiudicata poterat, vt etiam sine ratione valeret auctoritas,* etc. S. Cyrillus lib. III. Comment. in Esaiam cap. 32. viro doctissimo Laurentio Humfredo Anglo interprete: *Narrant moris fuisse, cum Pythagorae discipuli loquerentur, interdum frigida, et ridicula, et multis incredibilia, illud dicere,* IPSE DIXIT: *h. est, ſile, et fidem adhibe dogmatis inuentori, etiam citra examen.* etc. Diuersus nonnihil ab his abit Suidas, significans, non Pythagorae discipulos de magistro sic dicere solitos, *Αὐτὸς ἔφα;* sed ipsum Pythagoram de deo. Haec enim sunt Lexicographi eius verba: *Αὐτὸς ἔφα. τοῦτο παροιμιακὸν ἐπὶ* (forte *ἀπὸ*) *Πυθαγόρου τοῦ φιλοσόφου εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον. οὗτος γὰρ ἀποσεμνύνων τὸν ἑαυτοῦ λόγον καὶ βίον, ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἔλεγεν· Αὐτὸς ἔφα, ἀντὶ τοῦ, εἶπεν. οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ.* Quod autem Erasmus putat, morem hunc loquendi sumpsisse Pythagoram ab Aegyptiis, rectius fortasse dixisset ab Hebraeis, quorum prophetis familiares sunt hae formulae: *Haec dicit Dominus:* item: *Os Domini locutum est,* etc.

*Κύλων*] De hoc Cylone, eiusque potentia, opibus, fastu tyrannico, quomodo item et quare a Pythagora repul-

tam tulerit, aduerſus quem propterea capitale concepit odium, quod aliis quoque coniuratis inſtillauit, vide et Iamblichum cap. 35. Idem tamen Iamblichus *Συβαριτῶν ἔξαρχον* vocat Cylonem.

*Τῇ τοῦ πλούτου δυνάμει πρὸς ἰσχὺν ἀδικημάτων χρώμενος*] Non eſt haec *χρῆσις*, hoc eſt, legitimus vſus, ſed potius abuſus opulentiae, quando ſecundum Iſocratem in *Paraeneſi* *ὁ πλοῦτος τῆς κακίας ὑπηρέτης* fit, qui *καλοκἀγαθίας* eſſe debebat.

*Ἀπάντων, ἃ ἐδόκει καλὰ, ἑαυτὸν ἠξίου*] Eſt haec quidem nota magnanimi apud Ariſtotelem in *Ethicis*, ſeipſum ſummis quibusque honoribus ac praemiis dignum iudicare. Non tamen, quisquis hoc facit, (poteſt autem etiam indignus) is pro magnanimo ſtatim habendus erit. Non certe iſte Cylo, quem tantum abeſt vt Pythagoras cenſuerit eſſe magnanimum, vt potius indignum iudicarit, quem in diſcipulatum familiaritatemque admitteret.

*Πρόσεισι*] Videtur hic deeſſe orationi *σύνδεσμος*, et ſupplendum *γοῦν*.

Ibidem, *Ἑαυτὸν ἐπαινῶν*] Huc pertinet prouerbium apud Suidam: *Αὐτὸς αὐτὸν αὐλεῖ*. Seipſum vero laudare atque extollere *φορτικὸν* eſt, *ἰδιωτικὸν* eſt, inuidioſum eſt, ineptum eſt, ſiue id fiat a priuatis hominibus, ſiue etiam ab ipſis principibus ac regibus. Soleo equidem ridere, quoties illam *περιαυτολογίαν* lego apud Herodotum lib. IV. in cippo, quem Darius ſibi ipſi erexit ad fontes Teari fluuii, cum hac epigraphe: VIR OPTIMUS ATQUE PULCHERRIMUS CUNCTORUM HOMINUM DARIUS HYSTASPIS FILIUS. Rideo etiam Acamatium illum Heliopolitam, de quo ſcribit Suidas: *Οὕτω ἰδιωτικῶς εἶχεν, ὥστε οὐδὲν προμαθὼν οὐδὲ ἐπιμαθὼν τῶν ἐς λόγους ἡκόντων οἱουςδήτινας, ἠξίου καλεῖσθαι φιλόσοφος. καὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ πρὸς ἅπαντας ἑαυτὸν κατεμίγνυε. καὶ οὐδὲ τῶν Ἡλιουπολιτῶν ἄλλος* (forte *ἄλλως*) *οὐδεὶς αὐτὸν ἐπωνόμαζεν ἢ τὸν φιλόσοφον. τοῦτο μὲν τοίνυν ὄνειδος ἔστω τῆς ἀνθρωπίνης ἀπαιδευσίας. παραγεγονότων δὲ ἡμῶν εἰς Ἡλιούπολιν, ἀπέβη τοῦτο σχεδὸν τὸ πλάσμα τῆς Ἀκαματίου φιλοσοφίας. ἠβούλετο δέ τις εἶναι καὶ τῶν ἱεροσκόπων. τοῦτο μέντοι συγγνώμης ἄξιον, ὅτι καὶ ὁπωσοῦν ἠδύνατο τοιαῦτα περιλαβεῖν, ἄλλως τε καὶ πρὸς ἰδιώτας.* Recte autem Cicero lib. I. *de Officiis: Deforme etiam eſt de ſeipſo praedicare, falſa praeſertim, et cum irriſione audientium imitari militem glorioſum,* etc. Non ſolum

autem risui, verum etiam odio haberi solent tales, qui suarum ipsimet laudum sunt praecones. Etenim moleste ferunt homines sui ipsorum laudatores alios, quod existiment, se ab ipsis accusari, sibique in comparatione quadam exprobrari, quasi illis dotibus ipsi careant, quae aliis assunt. Simplicius Commentario Enchiridii Epicteti: *Βαροῦνται γὰρ οἱ ἄνθρωποι τοῖς ἑαυτοὺς ἐπαινοῦσιν, ὡς αὐτοὶ διὰ τούτων ὑπ' αὐτῶν κατηγορούμενοι, καὶ ὀνειδιζόμενοι κατὰ σύγκρισιν.* etc. Plutarchus tamen proprio hac de re scripto commentario docet, quo pacto quis seipsum citra inuidiam laudare queat. Caeterum qualis hic et apud Iamblichum describitur Cylo iste, talem etiam aestimare possumus fuisse L. Corn. Syllam, *ὃς ἐπιλογισμὸν τῶν ἑαυτοῦ πράξεων ποιήσας, Εὐτυχῆ ἑαυτὸν ἐκάλει καὶ ἔγραφε:* vt est apud Suidam; ex quo hanc quoque iuuat ascribere memorabilem historiam de Laberia et Sylla. *Καί ποτε Λαβερία, Ῥωμαία γυνὴ οὐκ ἀφανής, ἐξόπισθεν τοῦ Σύλλα πορευομένη, ἐπιβάλλει τὴν χεῖρα, καὶ κροκίδα τοῦ ἱματίου σπᾷ. τοῦ δὲ ἐπιστραφέντος, Οὐδὲν δεινόν, εἰπεῖν, Αὐτοκράτωρ· ἀλλὰ βούλομαι κἀγὼ τῆς σῆς μικρὸν εὐτυχίας μεταλαβεῖν. τὸν δὲ ὑπερησθῆναί τε τῷ ῥηθέντι, καὶ μετὰ μικρὸν ἀγαγέσθαι ταύτην γυναῖκα, τῆς Μετέλλης ἤδη τεθνηκυίας.*

*Φυσιογνωμονήσας τὸν ἄνδρα*] Habebat enim Pythagoras quasi pro lapide Lydio in explorandis idoneis auditoribus ac familiaribus hanc artem, quae ex lineamentis oris coniecturam de cuiusque indole et animi moribus facit: vt supra dixit Malchus Num. 13. vbi vide Notas: et adde ista ex Agellio lib. I. cap. 9. *Iam a principio adolescentes, qui sese ad discendum obtulerant, ἐφυσιογνωμόνει. Id verbum significat, mores naturasque hominum coniectatione quadam de oris et vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu sciscitari. Eum, qui exploratus ab eo idoneusque fuerat, recipi in disciplinam statim iubebat, et tempus certum tacere.* etc. Adde etiam ista ex Lud. Coelio Rhodig. lib. 6. *Antiq. Lectionum* cap. 1. *Est autem physiognomia mantices pars ea, quae ex ore omniumque corporis membrorum facie, motu, ac filo, hominum coniectat mores, etc. In eo genere sunt metoposcopi, quos ex facie addiuinantes Plinius interpretatur.*

55 *Ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ*] Recte *Μίλωνος*. Reiicula ergo est scriptura Iamblichi cap. 35. *Μύλλωνος*. Nec melior vel Diogenis Laërtii, *Μύλωνος*: vel transscriptoris eius Suidae, *Μήλωνος*. De hoc celeberrimo athleta, eiusque discipulatu Pythagorae, itemque inusitato et quasi Samsonio robore,

atque interitu, memorabilia sunt quae scribit Strabo lib. VI. cuius ipsa verba subiicio: *Καὶ Μίλων, ἐπιφανέστατος μὲν τῶν ἀθλητῶν γεγονὼς, ὁμιλητὴς δὲ Πυθαγόρου, διατρίψαντός ἐν τῇ πόλει (Κρότωνι) πολὺν χρόνον. φασὶ δὲ ἐν τῷ συσσιτίῳ ποτὲ τῶν φιλοσόφων πονήσαντος στύλου, τὸν Μίλωνα ὑποδύντα σῶσαι ἅπαντας, ὑποσπάσαι δὲ ἑαυτόν· τῇ δ' αὐτῇ ῥώμῃ πεποιθότα εἰκὸς καὶ τὴν ἱστορουμένην ὑπό τινος εὑρέσθαι καταστροφὴν τοῦ βίου. λέγεται γοῦν ὁδοιπορῶν ποτε δι' ὕλης βαθείας, παραβῆναι τὴν ὁδὸν ἐπιπλέον· εἶθ' εὑρὼν ξύλον μέγα ἐσφηνωμένον, ἐμβαλὼν χεῖρας ἅμα καὶ πόδας εἰς τὴν διάστασιν, βιάζεσθαι πρὸς τὸ διαστῆσαι τελέως. τοσοῦτον δ' ἴσχυσε μόνον, ὡς ἐκπεσεῖν τοὺς σφῆνας, εἶτ' εὐθὺς συμπεσεῖν τὰ μέρη τοῦ ξύλου· ἀποληφθέντα δ' αὐτὸν ἐν τοιαύτῃ πάγῃ θηρόβρωτον γενέσθαι.*

*Πεπόρευτο*] Legendum, *Ἐπεπόρευτο.*

Ibidem, *περιπειῆ γενόμ.*] Apud Iamblichum cap. 30. vbi eadem de re iisdem fere verbis agitur, editum est, *περιπαθῆ γινόμ.* Sed *περιπετῆ* vtrobique legendum puto. *Περιπετὴς* est qui incidit. Suidas: *Περιπετῆ γενέσθαι, περιπεπωκέναι* (lege *περιπεπτωκέναι*) *πλήρη.* Et paulo ante: *περιπετεῖς, περιπίπτοντες.* Idemque Suidas *περιπετὲς ἔγχος*, quod est apud Sophoclem Aiace, exponit, *περιπεπηγὸς αὐτῷ, ἤγουν, ᾧ περιέπεσεν ὁ Αἴας.* Inde et *περιπέτεια*, hoc est, *subitus et inopinatus casus.* Suidas: *Περιπέτεια, προπέτεια, ἢ σύμπτωμα, ἢ σύμβασις.* De eodem horrendo morbo et morte Pherecydis, deque Pythagorae fide erga ipsum, et officiosa curatione, et humatione, quam magistro suo praestitit, supra quoque dictum est.

*Πάντας πανταχῇ ἐνέπρησαν*] Oratio *ἀνακόλουθον* habet: nisi quis dicat omissam ab librario particulam *ὡς*, vel *ὅτι*, ante *πάντας*. Praecessit enim parenthesin, *οἱ μέν φασι.* Quare sequi debebat infinitiuus *ἐμπρῆσαι*, vel indicatiua oratio, sed non sine *ὡς*, aut *ὅτι*. Haec de lectione constituenda. Ad rem seu historiam ipsam quod attinet, huius incendii, quo domus, in qua sodalitium Pythagoricorum fuerat congregatum, vna cum ipsis exusta sit, multi meminerunt auctores. Diogenes Laërtius pag. 591. *Ἐτελεύτα δ' ὁ Πυθαγόρας τοῦτον τὸν τρόπον. συνεδρεύοντος μετὰ τῶν συνήθων ἐν τῇ Μύλωνος* (scribendum *Μίλωνος*, vt apud Malchum) *οἰκίᾳ τούτου, ὑπὸ τῶν μὴ παραδοχῆς ἀξιωθέντων* (his verbis indicatur Cylo, de quo Iamblichus et Malchus, vt

notabam ad Num. 55.) διὰ φθόνον ὑποπρησθῆναι τὴν οἰκίαν συνέβη. Addit deinde, a quibusdam traditum, ipsos Crotoniatas ignem aedibus iniecisse, quod metuerent, ne tyrannidem affectarent Pythagorici: qua in sententia et Trogus Pompeius fuit, vt ex Epitomatore ipsius Iustino videre est lib. XX. *Trecenti ex iuuenibus cum sodalitii iure sacramento quodam nexi separatam a caeteris ciuibus vitam exercerent, quasi coetum clandestinae coniurationis haberent, ciuitatem in se conuerterunt, quae eos, cum in vnam domum conuenissent, cremare voluit. In quo tumultu LX ferme periere; caeteri in exilium profecti.* Vide et Polybium lib. II. historiarum, pag. 126. Edit. Casauboni (quo pretiosissimo munere me Vir Clarissimus liberaliter donauit: μεγάλη χάρις αὐτῷ), vbi innuit, plura etiam collegia fuisse incensa: nisi quis τὰ συνέδρια de vna capaci domo (quam ὁμακόειον alibi Malchus et Iamblichus nominant) intelligere malit. Verba grauissimi auctoris sunt: Καθ' οὓς γὰρ καιροὺς ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν τόποις, κατὰ τὴν Μεγάλην Ἑλλάδα τότε προσαγορευομένην, ἐνέπρησε τὰ συνέδρια τῶν Πυθαγορείων. μετὰ ταῦτα δὲ γινομένου κινήματος ὁλοσχεροῦς περὶ τὰς πολιτείας, ὅπερ εἰκός, ὡς ἂν τῶν πρώτων ἀνδρῶν ἐξ ἑκάστης πόλεως οὕτω παραλόγως διαφθαρέντων, συνέβη τὰς κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους ἑλληνικὰς πόλεις ἀναπλησθῆναι φόνου καὶ στάσεως καὶ παντοδαπῆς ταραχῆς· ἐν οἷς καιροῖς ἀπὸ τῶν πλείστων μερῶν τῆς Ἑλλάδος πρεσβευόντων ἐπὶ τὰς διαλύσεις, Ἀχαιοῖς καὶ τῇ τούτων πίστει συνεχρήσαν πρὸς τὴν τῶν παρόντων κακῶν ἐξαγωγήν. Asteriscus appositus post προσαγορευομένην, indicat, aut deesse aliqua verba, quis scilicet fuerit incendii auctor, aut pro ἐνέπρησε legendum ἐνεπρήσθη. Iamblichus dicto capite 35. duos tantum ex illo incendio elapsos scribit, Archippum et Lysidem (quos et Malchus hic nominat), caeteros autem concrematos periisse. Ἐν τῇ Κρότωνι συνεδρευόντων Πυθαγορείων, καὶ βουλευομένων περὶ πολεμικῶν πραγμάτων, ὑφάψαντες τὴν οἰκίαν, κατέκαυσαν τοὺς ἄνδρας, πλὴν δυοῖν, etc. Plus etiam dicit Ausonius Idyllio XV. scholam totam isto incendio absumptam fuisse:

*Viue, et amicitias semper cole: crimen ob istud*
*Pythagoreorum periit schola tota Sophorum.*

Sed hoc ποιητικώτερον καὶ ὑπερβολικώτερον ita scriptum accipimus. Caue autem putes, de hac ipsa Cylonia coniuratione aduersus Pythagoreos accipiendum esse, quod scribit Cicero lib. II. *de Legibus: Athenienses, Cylonio scelere*

*expiato, suadente Epimenide Crete* (quem Pythagorae fuisse discipulum supra dictum est), *fanum fecisse Contumeliae et Impudentiae:* (quod tamen factum reprehendit ibidem Cicero, vt vitiosum, cum virtutes, non vitia, deceat consecrare.) Longe enim diuersus ab hoc Crotoniata fuit ille Cylo Atticus, Olympionica et tyrannidis in suos cives affectator: de quo vide Thucydidem lib. I. et Adrianum Turnebum Commentario in Ciceronem dicto loco lib. II. *de Legibus.*

*Αὐτοῦ τε*] Putabam aliquando legendum *αὐτόθι.* Sed hoc retractaui, quam primum ad Iamblichum recurrens dicto capite 35. (quae hinc desumpta esse liquet) ibi legi, *αὐτοί τε:* neque hoc tantum, sed etiam quaedam Malcho deesse animaduerti, et pro *κατέλευσαν* reponendum *κατελεύσθησαν.* Verba Iamblichi sunt: *Τότε δὴ οὖν οἱ ἀπογνωσθέντες ἀπ᾽ αὐτῶν, (δηλονότι τῶν Πυθαγορείων) καὶ στηλιτευθέντες ἐπέθεντο αὐτοῖς, καὶ πάντας πανταχῇ ἐνέπρησαν, αὐτοί τε ὑπὸ τῶν Ἰταλιωτῶν κατελεύσθησαν ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἐξεῤῥίφησαν ἄταφοι.* Vbi hoc in summa dicit Iamblichus: Quamvis Pythagorei ex insidiis oppressi et nefarie exusti sint ab illis, quos a suo commercio velut indignos repulsos notatósque in se proritarant, tamen non inultos mortuos esse: quippe cum contigerint vindices necis ipsorum Italiotae, qui incendiarios illos Pythagoreorum obruerint lapidibus, atque insepultos abiecerint, *ἑλώρια τεύξαντες κύνεσσιν,* vt cum Homero loquar. Hic quare infarcire interpres voluerit illa, quorum in Graeco textu nec vola nec vestigium apparet, (*hominibus impudicis Graecisque, Italiotis dictis, quod Italiam incolerent*) equidem plane non capio. Et qui tantae contumeliae nota inurendi sint, vt impudici homines vocentur, quos verisimile est non minus omnis honestatis, sanctitatis, pudoris virtutisque cultores, quam Pythagorae et sectatorum eius studiosos fuisse, quod vltione necis ipsorum satis superque declararunt?

*Ἀρχίππου τε καὶ Λύσιδος*] Duorum istorum Pythagorae auditorum S. Hieronymus quoque iunctim meminit Apologia aduersus Ruffinum: et quidem vtrumque Thebis scholas habuisse scribit. Alii tamen Archippum Thebas peruenisse negant.

*Ἐπαμινώνδα τε συγγέγονεν, οὗ καὶ διδάσκ.*] Lysidem Pythagoreum Thebas venisse, et Epaminondae doctorem

fuisse, praeter Diogenem Laërtium (cuius sunt ista lib. VIII. p. 571. *Λύσιδος τοῦ Ταραντίνου Πυθαγορικοῦ φυγόντος εἰς Θήβας, καὶ Ἐπαμεινώνδᾳ καθηγησαμένου.*) testatur et Iamblichus cap. 35. qui quidem addit, in tanto honore habitum ab suo discipulo, vt patrem quoque appellare solitus sit. *Οὗπερ ἐγένετο Ἐπαμινώνδας ἀκροατής, καὶ πατέρα τὸν Λύσιν ἐκάλεσεν.* Cicero de eodem Lyside et Epaminonda extremo lib. I. *de Officiis: Atque illi quorum studia vitaque omnis in rerum cognitione versata est, tamen ab augendis hominum vtilitatibus et commodis non recesserunt: nam et erudiere multos, quo meliores ciues vtilioresque rebus suis publicis essent, vt Thebanum Epaminondam Lysis* (ita legendum, non *Lysias*, vt est in quibusdam editionibus) *Pythagoreus, Syracusium Dionem Plato, multique multos.* Idem lib. III. *de Orat.: Aliisne artibus* (scilicet quam doctrinis omnibus) *Pythagoreus ille Lysis Thebanum Epaminondam instituit, haud scio an summum virum omnis Graeciae?* etc. Meminit eiusdem Lysidis etiam Cornelius Nepos (qui vulgo Aemilius Probus) in vita Epaminondae: *Philosophiae*, inquit, *praeceptorem habuit Lysim* (in MSC. quibusdam est, *Lysiam*, non recte. Alius enim Lysias, orator Atheniensis; alius Lysis, philosophus Pythagoricus.) *Tarentinum Pythagoreum: cui quidem sic fuit deditus, vt adolescens tristem et seuerum senem omnibus aequalibus suis in familiaritate anteposuerit: neque prius eum a se dimiserit, quam doctrinis tanto antecessit condiscipulos, vt facile intelligi posset, pari modo omnes in caeteris artibus superaturum.* etc. Habent in hoc praestantissimo fortissimoque Thebanorum duce (qui pro patria quoque in praelio ad Mantineam occubuit, et cum quo Thebarum gloria occidit) habent, inquam, viri principes quod imitentur: tum vt existiment, literarum et philosophiae studia suo ordine haud quaquam esse indigna: tum vt grati sint erga suos doctores, eosque patrum habeant loco, memores illius quoque, qui dicebat, plus etiam deberi praeceptori quam patri, quod per hunc vitam solummodo acceperimus; illius vero beneficio atque institutione etiam honestam vitae degendae rationem didicerimus. Quam bene autem et feliciter fideliterque institutus a Lyside fuerit Epaminondas, Theanorem Simmiae referentem introducit Plutarchus lib. *de Daemonio Socratis: Καὶ μέντοι καὶ συμβαλὼν ἕωθεν Ἐπαμινώνδᾳ, καὶ τὸν τρόπον ἀκούσας, ᾧ θάψειε Λύσιν, ἐπέγνων, ὅτι καλῶς ἄχρι τῶν ἀποῤῥήτων πεπαιδευμένος ὑπ' ἐκείνου τῶν-*

δρὸν εἴη, καὶ χρῷτο ταὐτῷ δαίμονι πρὸς τὸν βίον, εἰ μὴ κακὸς ἐγὼ τεκμήρασθαι τῷ πλῷ τὸν κυβερνήτην. εὗρεῖαι μὲν γὰρ ἀτραποὶ βίων, ὀλίγαι δὲ, ἃς δαίμονες ἀνθρώπους ἄγουσιν. etc. Habuit porro ille princeps Graeciae inter alia instituta Pythagorica hoc quoque, quod praeclare fidibus cecinit: vt de eo testatur Cicero prooemio 1. *Tuscul.* Nec mihi temperare possum, quin hic exemplum referam insignis fidei atque obseruantiae pactorum, quod de hoc ipso Lyside proditum est literis ac memoriae. Est autem historia talis: Erat Lysidi familiaris quidam, Euryphamus Syracusanus, cui templum Iunonis aliquando adorationis gratia petenti, ipse ab eodem iam perfecto cultu egrediens, circa vestibulum templi forte occurrit. Iubet Euryphamus, paulisper vt praestoletur Lysis reditum sodalis, donec et ipse eundem cultum absoluisset. Annuit ei Lysis, et sedile quoddam lapideum, quod ibi erat, occupat. Quid fit? Euryphamus in templo profundioribus immersus meditationibus, Lysidis oblitus, alia porta et parte templi egreditur, domum repetens, Lyside in altera parte relicto. At Lysis, memor pacti, seu constituti, quod cum sodali habebat, ibidem perseuerans, nec se loco mouens quoquam, non solum illius diei reliquum, sed et noctem insequentem, et maiorem proximi diei partem exegit, sodalis reditum expectans, adeoque etiam diutius ibidem permansisset, nisi Euryphamus, tandem ipsius in memoriam atque ad se rediens, eum abduxisset. Cum enim postridie Lysis in auditorio communi a caeteris sodalibus desideratus fuisset, ibi demum Euryphamus ipsius recordatus, quid sibi in templo Iunonis contigisset, retulit, et ad Lysidem reducendum profectus, eodem in loco eum inuenit assidentem, quo reliquerat. Cui obliuionem suam excusans, hanc ipsam, inquit, deum mihi quispiam idcirco immisit, vt hac occasione tua in seruanda pactorum fide constantia probaretur. Describit hoc σύμβαμα Iamblichus cap. 30. sed et lectio ibi deprauata est (pro συνθήκας enim editur, συνταγὰς) et multo magis peccat distinctio, quae et interpreti imposuit, vt diuersas periodos confundens, coniungeret non copulanda.

*Δικαίαρχος*] Vide Notam superiorem, ad Num. 18. 56

*Τῶν δὲ ἑταίρων ἀθρόους μὲν τετταράκοντα*] Eundem numerum XL reperio etiam apud alios: vt Diogenem Laërtium pag. 592. *Οὕτω δὲ καὶ τοὺς πλείους τῶν ἑταίρων αὐτοῦ διαφθαρῆναι, ὄντας πρὸς τετταράκοντα.* An ergo apud Iusti-

num quoque mutandus est numerus, et pro LX rescribendum XL, inuersis tantum literis numeralibus? Ita putarem, nisi vidissem, apud Ioannem Saresberiensem lib. VII. *Policratici*, seu *de Nugis Curialium* cap. IV. vbi ille Iustini locus refertur, plene et per consequentiam literarum scriptum, *Sexaginta*. Apud eundem compilatorem, pro illo seculo satis eruditum, et Pontificis Romani familiarem, legitur, *sodalitii iuris*: pro quo apud Iustinum hodie in editis lib. VI. est *sodalitii iure*. Est autem illa Saresb. lectio fortasse non contemnenda, et ex ea etiam apud Iustinum ita rescribendum, vt intelligamus, *sodalitium ius* adiectiue dictum, et sacramentum quoddam iuris sodalitii, *οἱονεὶ τὸν ὅρκον τοῦ ἑταιρικοῦ δικαίου*, vt Graeci talem necessitudinem vocarent.

*Τὸ μὲν πρῶτον*] Sequi debet, *εἰς Καυλωνίαν τὸν ὅρμον*: quae verba inter imprimendum et corrigendum sunt omissa. Suidas: *Καυλωνία, χώρα*. Malchus hic *ὅρμον*, hoc est, *portum* vocat. Stephanus tres hoc nomine vrbes ponit: vnam in Italia: alteram in Locrorum regione: tertiam in Sicilia. Ab Hecataeo autem ait fuisse *Αὐλωνίαν* dictam.

*Ἐπὶ τοῖς ἰδίοις νόμοις οὐδὲν ἔχομεν ἐγκαλεῖν*] Vt hic Locrenses in suis legibus nihil desiderant aut reprehendunt, ideoque eas a Pythagora mutari nolunt: ita ingenium est plerorumque omnium hominum: suas unaquaeque gens et natio et ciuitas leges, suos ritus, suos mores, sua instituta pro optimis habet, aliisque omnibus praefert. Praeclare Herodotus *Thalia*, seu *Musa* 3. *Si quis* (inquit) *vniuersis hominibus praebeat facultatem optima ex omnibus legibus eligendi, profecto cunctas vnusquisque rimatus, suas eligeret.* Addit deinde, *Patrios ritus non solere nisi a dementibus ludibrio haberi*: idque inter alia esse ait documento, Cambysem vehementer insaniisse. Ita quoque de suis legibus vnumquemque sentire, et vsque adeo hic etiam suum cuique pulchrum esse, probat cum historia quadam Darii, tum testimonio Pindari sapientissimi. Historia talis est, (quam et Origeni placuit inserere lib. V. contra Celsum pag. 261.): *Darius accitos, qui in sua ditione erant, Graecos percontatus est, quantum pecuniae mereri vellent, vt defunctis parentibus vescerentur; illis negantibus, vlla se pecunia hoc esse facturos, Darius dehinc Graecis praesentibus, et quae dicebantur, per interpretem discentibus, interrogauit eos Indos, qui Callatiae nominantur, qui vescuntur parentibus, quantum accipere pecuniarum vellent, vt parentes defunctos igne comburerent. Indi*

*vehementer reclamantes, meliora illum ominari iubebant. Atque ita moribus comparatum est.* Deinde Pindaricum testimonium hoc est apud Herodotum et Origenem dictis locis: recte mihi videtur Pindarus fecisse, vt diceret, *Legem omnium esse regem.* Vbi non recte Latinus interpres *morem* vertit. Graeca enim sic habent: *Καὶ ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι, Νόμον πάντων βασιλέα φήσας εἶναι.* Plenius refert sententiam Thebani illius Lyrici Clemens Alexandrinus *Stromat.* 1. pag. 154. et *Stromat.* 2. pag. 158. *Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς, θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων, ὡς ὁ Βοιώτιος ᾄδει Πίνδαρος.* Nec dubium mihi, quin Chrysippus in sua legis definitione, quam refert Marcianus in l. II. *Digest. de Legibus*, ad illa Pindarica respexerit, cum ait: *Ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς, θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων.* etc. Similiter et Iamblichus in *Protrept.* cap. 7. pag. 41. *Νόμον* vocat *ἄρχοντα καὶ κύριον*, cum ista scribit: *Πάντες γὰρ ὁμολογοῦμεν, ὅτι δεῖ μὲν τὸν σπουδαιότατον ἄρχειν, καὶ τὸν τὴν φύσιν κράτιστον, τὸν δὲ νόμον ἄρχοντα καὶ κύριον εἶναι μόνον.* Mirum vero, cur ita Locrenses hic dicantur auersati fuisse Pythagoram, vt palam professi fuerint, se in suis acquiescere legibus, nec pati velle eas ab ipso reformari aut corrigi: cum tamen per Zaleucum ipsis leges tulisse Pythagoras ab aliis perhibeatur. Ita enim diserte Iamblichus cap. 30. *Νομοθέται πάντων ἄριστοι γεγόνασιν οἱ Πυθαγόρᾳ προσελθόντες, πρῶτον μὲν Χαρώνδας ὁ Καταναῖος· ἔπειτα δὲ Ζάλευκος, καὶ Τιμάρατος, οἱ Λοκροῖς γράψαντες τοὺς νόμους.* Vide quoque eundem Iamblichum cap. 7. et 27. et Senecam Epist. 91. *Zaleuci leges Charondaeque laudantur. Hi non in foro, nec in consultorum atrio, sed in Pythagorae tacito illo sanctoque secessu didicerunt iura, quae florenti tunc Siciliae et per Italiam Graeciae ponerent*, etc. Fortean ita haec poterunt conciliari, si dicamus, primo quidem aequis animis passos Locrenses sibi a Pythagorae auditore Zaleuco leges imponi: sed postea illis iampridem receptis in vsum ac mores, ab omni earum mutatione, vtpote quae rebus publicis plerumque noxia sit, saepe etiam θανατηφόρος, alienos fuisse: cumque a Pythagora aduentante sibi metuerent, ne quid in legibus innouaret, rogasse ipsum, vt se missos faceret, suisque vti legibus, quibus iam assueuissent, pateretur.

*Ἀθυμήσαντα ἑαυτὸν τοῦ βίου ἐξαγαγεῖν*] Si vera haec 57
est historia de Pythagorae exitu, qui prae moerore animi semetipsum rebus humanis extraxerit, (quam εὔλογον ἐξα-

γωγὴν vocabant Stoici, existimantes, licere cuique, cum non amplius liberet viuere, sibimet ipsi vitam finire) tum vero contra suum ipsius praeceptum fecit, quod erat: *Piis omnibus retinendum esse animum in custodia corporis, nec iniussu eius imperatoris, a quo ille datus est, ex hominum vita cuiquam migrandum esse, ne munus a deo sibi assignatum defugisse videatur:* vt est apud Ciceronem *Cat. Maj.* et 6. *de Republica,* et Macrobium lib. I. cap. 13. De quo illustri praecepto Pythagorae, τῇ αὐτοχειρίᾳ opposito, alibi non indiligenter commentatus sum.

Οὔτε γὰρ τοῦ Πυθαγόρου σύγγραμμα ἦν] Puto legendum οὔτι γάρ. Pythagoram vero nullum reliquisse posteritati proprium ab se scriptum opus, alii quoque testantur auctores: quamuis eos διαπαίζοντας vocet Diogenes Laërtius, pag. 157. eosque refellat auctoritate Heracliti, qui Pythagorae imitatione tria scripserit opera: *Σοφίην, Πολυμαθίην, Κακοτεχνίην.* Inter caetera sic ait: *Ἔνιοι μὲν οὖν Πυθαγόραν μηδὲ ἓν καταλιπεῖν σύγγραμμα φασὶ, διαπαίζοντες* etc. Sic Lucianus in Defensione errati in salutando admissi, mihi Tom. 3. pag. 198. *Ὁ μὲν γε θεσπέσιος Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, Ὀκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι,* etc. Quod si ita est, qui potuit Plato, siue iussu huius Dion Syracusanus, tres eius libros centum minis mercari? qua de re Iamblichi locus est, (simul corrigendus semel atque iterum) cap. 31. *Θαυμάζεται δὲ καὶ ἡ τῆς φυλακῆς ἀκρίβεια. ἐν γὰρ τοσαύταις γενεαῖς ἐτῶν οὐθεὶς οὐδενὶ φαίνεται τῶν Πυθαγορείων ὑπομνημάτων περὶ τετευχέως* (lege *περιτετευχὼς*) *πρὸ τῆς Φιλολάου ἡλικίας· ἀλλ' οὗ* (lege ὃς, deleto ἀλλ') *πρῶτος ἐξήνεγκε τὰ θρυλλούμενα ταῦτα τρία βιβλία, ἃ λέγεται Δίων ὁ Συρακούσιος ἑκατὸν μνῶν πρίασθαι, Πλάτωνος κελεύσαντος, εἰς πενίαν τινὰ μεγάλην τε καὶ ἰσχυρὰν ἀφικουμένου* (lege *ἀφικομένου*) *τοῦ Φιλολάου, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς* (Dion, inquit Arcerius: imo, inquam, Philolaus. Peccat hic alia quoque Latinus interpres.) *ἦν ἀπὸ συγγενείας τῶν Πυθαγορείων, καὶ διὰ τοῦτο μετέλαβε τῶν βιβλίων.* Ait Iamblichus, Philolaum tria celeberrima Pythagorae opera consecutum iure cognationis, in quae diu in arcanis habita nemo extraneus philosophiae Pythagoricae incidere potuerit, tandem paupertatis onere misero et graui pressum vendidisse Dioni Platonis amico atque proxenetae. Idem testatur Diogenes Laërtius lib. VIII. pag. 577. *Μέχρι δὲ Φιλολάου οὐκ ἦν τι γνῶναι Πυθαγόρειον*

δόγμα. οὗτος δὲ μόνος ἐξήνεγκε τὰ διαβόητα τρία βιβλία· ἃ Πλάτων ἐπέστειλεν ἑκατὸν μνῶν ὠνηθῆναι. Trium istorum Pythagorae operum meminit quoque idem Diogenes p. 170. Γέγραπται δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ συγγράμματα γ', παιδευτικὸν, πολιτικὸν, φυσικόν: vnde simul et argumentum singulorum facile fuerit coniicere. Ac physici quidem operis Pythagorae (cuius exordium ponit Diogenes dicto loco) partem vnam egisse de herbarum viribus, colligo ex Plinio lib. XXV. cap. 2. *Ab Homero Pythagoras clarus sapientia, primus volumen de Herbarum effectu composuit, Apollini Aesculapioque, et in totum diis immortalibus inuentione et origine assignata.* Vide eundem Plinium lib. XXIV. cap. 17. Aut quomodo carmina illa, quae χρυσᾶ ἔπη Πυθαγόρου inscribuntur, Pythagoram possunt habere auctorem, si is nullum reliquit opus?

Ἐκφυγόντες Λύσις τε καὶ Ἄρχιππος] Plutarchus *de Daemonio Socratis* pro Archippo Philolaum nominat, in quo a Iamblicho pariter et Malcho dissentit, sicut etiam de loco huius incendii, quod Metaponti vult contigisse, non Crotone. Ecce eius verba: Ἐπεὶ γὰρ ἐξέπεσον αἱ κατὰ πόλεις ἑταιρίαι τῶν Πυθαγορικῶν στάσει κρατηθέντων, τοῖς δ' ἔτι συνεστῶσιν ἐν Μεταποντίῳ συνεδρεύουσιν ἐν οἴκῳ πῦρ οἱ Κυλώνειοι (quaedam editiones perperam habent Κυκλώνειοι, et mox Κυκλωνείων) περιένησαν, καὶ διέφθειραν ἐν τούτῳ πάντας, πλὴν Φιλολάου καὶ Λύσιδος, νέων ὄντων ἔτι, ῥώμῃ καὶ κουφότητι διωσαμένων τὸ πῦρ· Φιλόλαος μὲν εἰς Λευκανοὺς φυγὼν, ἐκεῖθεν ἐσώθη πρὸς τοὺς ἄλλους φίλους, ἤδη πάλιν ἀθροιζομένους καὶ κρατοῦντας τῶν Κυλωνείων· Λύσις δὲ ὅπου γέγονεν, ἠγνοήθη πολὺν χρόνον. etc. Sequuntur ibi quaedam de Lysidis iam defuncti daemonio. Philolai autem huius mentionem facit Diogenes Laërtius lib. VIII. pag. 577. Μέχρι δὲ Φιλολάου οὐκ ἦν τι γνῶναι Πυθαγόρειον δόγμα. οὗτος δὲ μόνος ἐξήνεγκε τὰ διαβόητα τρία βιβλία, ἃ Πλάτων ἐπέστειλεν ἑκατὸν μνῶν ὠνηθῆναι. Huius est illa de animae in corpus luendorum suppliciorum causa immissione nobilis, sed falsa sententia, ad quam et Cicero in libro *de Consolatione* allusit: Ὅτι διά τινας τιμωρίας ἡ ψυχὴ τῷ σώματι συνέζευκται, καὶ καθάπερ ἐν σήματι τούτῳ τέθαπται: quam auctoritate veterum theologorum et vatum comprobat. Vid. Clementem Alexandrinum 3. *Stromat.* p. 186.

Ὅσοι ἀποδημοῦντες ἐτύγχανον] Iamblichus: Τινὲς ἐν ἀλλοδημίαις τότε τυχόντες. Quod Arcerius vertit: *Nonnulli*

*in aliis nationibus tum versati.* Rescribo: *ἐν ἀποδημίαις*, vertoque, *tunc peregrinati.*

58 *Ἐξ ἀνθρώπων ἀπώλοντο*] Hinc redintegrandus Iamblichus, apud quem deest *ἀπόλοιτο*: quod verbum proinde ei restituendum quasi interdicto vnde vi, seu manis, ex canone *redintegrandae*.

*Συναγαγόντες*] Apud Iamblichum est, *συναλίσαντες*. Verbum elegans, *συναλίζεσθαι*, quo et S. Lucas vtitur *Actorum* 1. v. 4.

*Κατέλειπεν ἕκαστος*] Apud Iamblichum est, *κατέλιπον ἕκαστος, οὗ ἐτύγχανον. τελευτῶν ἐπισκήψ.* etc. Sed corrigenda illa sunt ex praesente loco Malchi ad hunc modum: *Κατέλιπεν ἕκαστος οὗ ἐτύγχανε τελευτῶν, ἐπισκήψαντες.* etc.

*Μηδενὶ δοῦναι*] Apud Iamblichum est, *διδομέναι*, hinc corrigendum.

*Μέχρι πολλοῦ χρόνου*] Iamblichus: *Μέχρι παμπόλλου χρόνου.* Eodem cap. 35. pro *ἐπεὶ δὲ μόνοις ἐτύγχανε τοῖς μαθητοῖς*: legendum moneo, *ἐνετύγχανε*. Et mox: *ἦσαν ὑπὲρ τριακοσίους*, addenda est particula *γὰρ* post *ἦσαν*. Eod. cap. *Ἐξεῤῥάγη τὸ σιωπούμενον μῖσος*, legendum *σιωπώμενον*: vt pueri didicimus. Et, *Οὐ προσήκει ἐὰν αὐτοὺς λέγειν*: reponendum *ἐᾶν*, pro *ἐάν*. Et pro *πεφεῖσιν*, legendum *πεφνεῶσιν*, Ibidem mox pro *ἀνάγραπται*, non *διαγέγραπται*, sed *ἀναγέγραπται* repono. Et mox ibidem: *οὐ φάσκοντα δεῖν οὐδὲ τοὺς παῖδας ἀπὸ τῶν γονέων διασπᾶν*: absit, vt cum Arcerio legamus *φάσκουσαν*; sed verum est, *οὐ φάσκοντες*. Puto etiam, pro *συνεφυγάδευσε* rescribendum *συνεφυγάδευσαν*. Verum haec quasi in transcursu. Aliud erit tempus, cum totum Iamblichum serio repurgatum dabimus, nisi ab alio quopiam hic quoque praeueniamur, quod in aliis istiusmodi coeptis iam olim non raro nobis contigit.

*Φησὶ Νικόμαχος*] Nicomachum hunc inter alios philosophos Pythagoricos nominat Porphyrius, siue Malchus, etiam in 3. Commentariorum contra Christianos. Vide Eusebium *Histor. Ecclesiast.* lib. VI. cap. 19.

*Τὰς ἀλλοτρίας ἐκκλίνειν φιλίας*] Etsi amicitiam maximi faciebant Pythagorei, adeoque inter amicos omnia communia, et ipsum amicum *alterum eundem* esse volebant, vt supra annotauimus Num. 33. itaque inter sese mutuo affecti erant, vt erga liberos suos honestus pater esse solet

(Iamblichus cap. 31. *Πάντας τοὺς Πυθαγορείους οὕτως ἔχειν πρὸς ἀλλήλους, ὡς ἂν πατὴρ σπουδαῖος πρὸς τέκνα ἔχοι*), imo amicos pro diis quoque habebant, teste eodem Iamblicho cap. 35.: tamen inter se tantum erant amici; externas amicitias plane respuebant, quantumuis eae splendidae, imo etiamsi regiae essent. Iamblichus cap. 31. *Οὕτως δυσκατάθετοι πρὸς τὰς ἐξωτερικὰς φιλίας ἦσαν, εἰ καὶ βασιλικαὶ τυγχάνοιεν.* Atque, vt habent versus apud eundem relati cap. 35.,

*Τοὺς μὲν ἑταίρους ἦγον ἴσους μακάρεσσι θεοῖσι·*
*Τοὺς δ' ἄλλους ἡγοῦντ' οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.*

Erat ipsis haec lex, solis licere Pythagoreis dextram iniicere; caeterorum vero (exceptis parentibus) nemini. Iamblichus dicto capite 35. *Μόνοις τοῖς Πυθαγορείοις τὴν δεξιὰν ἐμβάλλειν, ἑτέρῳ δὲ μηδενὶ τῶν οἰκείων, πλὴν τῶν γονέων.* Quae rectius fortasse habebunt, si ita transponantur: *πλὴν τῶν οἰκείων γονέων.* Inde quoque in prouerbium, quod Iamblichi quoque aeuo in vsu remansit, vt aliquorum inter se summam beneuolentiam significaturi, dicerent de ipsis, *ὅτι τῶν Πυθαγορείων εἰσί:* hoc est, *de numero Pythagoreorum ipsos esse.* Iamblichus cap. 33. Ea vero res, et hoc quasi fastidium aliorum hominum, qui Pythagorei non essent, maximam ipsis inuidiam, tandemque et perniciem concitauit, ac fere *πανωλεθρίαν* attulit: quod Ausonius quoque Idyll. 15. de ambiguitate eligendae vitae obseruauit, cuius versus supra iam retuli.

Quod autem hic *ἐκκλίνειν φιλίας*, idem mox eodem significatu dicit *περικάμπτειν αὐτάς:* eademque verba apud Iamblichum extant dicto capite. 33. Vbi non recte interpres mutare nobis vult lectionem in *περικόπτειν*, idque vertit, *amputare.* *Non enim* (inquit in Castigationibus) *circumflectendae sunt alienae et noxiae amicitiae; sed plane amputandae erunt.* Imo retinendum aio verbum elegans *περικάμπτειν*; quod idem valet *τῷ ἐκκλίνειν.* In euangelica historia est eadem notione positum *ἐκνεῦσαι.*

Porro ad ea quae supra Num. 33. annotaui de amicitia, quanto eam studio coluerint Pythagorei; non possum quin addam hic illustrem Simplicii locum in Commentario ad Enchiridium Epicteti pag. 65. edit. Venet. vbi inter alia memorabiliter ait: Pythagoreos amicitiam vocasse vinculum omnium virtutum, tantique boni capacem non esse, qui non sit omni virtute praeditus, adeo-

*in aliis nationibus tum versati.* Rescribo: ἐν ἀποδημίαις, vertoque, *tunc peregrinati.*

58 Ἐξ ἀνθρώπων ἀπώλοντο] Hinc redintegrandus Iamblichus, apud quem deest ἀπόλοιτο: quod verbum proinde ei restituendum quasi interdicto vnde vi, seu mauis, ex canone *redintegrandae,*

Συναγαγόντες] Apud Iamblichum est, συναλίσαντες. Verbum elegans, συναλίζεσθαι, quo et S. Lucas vtitur *Actorum* 1. v. 4.

Κατέλειπεν ἕκαστος] Apud Iamblichum est, κατέλιπον ἕκαστος, οὗ ἐτύγχανον. τελευτῶν ἐπισκήψ. etc. Sed corrigenda illa sunt ex praesente loco Malchi ad hunc modum: Κατέλιπεν ἕκαστος οὗ ἐτύγχανε τελευτῶν, ἐπισκήψαντες. etc.

Μηδενὶ δοῦναι] Apud Iamblichum est, διδομέναι, hinc corrigendum.

Μέχρι πολλοῦ χρόνου] Iamblichus: Μέχρι παμπόλλου χρόνου. Eodem cap. 35. pro ἐπεὶ δὲ μόνοις ἐτύγχανε τοῖς μαθητοῖς: legendum moneo, ἐνετύγχανε. Et mox: ἦσαν ὑπὲρ τριακοσίους, addenda est particula γὰρ post ἦσαν. Eod. cap. Ἐξεῤῥάγη τὸ σιωπούμενον μῖσος, legendum σιωπώμενον: vt pueri didicimus. Et, Οὐ προσήκει ἐὰν αὐτοὺς λέγειν: reponendum ἐᾶν, pro ἐάν. Et pro πεφεῖσιν, legendum πεφνεῶσιν, Ibidem mox pro ἀνάγραπται, non διαγέγραπται, sed ἀναγέγραπται repono. Et mox ibidem: οὐ φάσκοντα δεῖν οὐδὲ τοὺς παῖδας ἀπὸ τῶν γονέων διασπᾶν: absit, vt cum Arcerio legamus φάσκουσαν; sed verum est, οὐ φάσκοντες. Puto etiam, pro συνεφυγάδευσε rescribendum συνεφυγάδευσαν. Verum haec quasi in transcursu. Aliud erit tempus, cum totum Iamblichum serio repurgatum dabimus, nisi ab alio quopiam hic quoque praeueniamur, quod in aliis istiusmodi coeptis iam olim non raro nobis contigit.

Φησὶ Νικόμαχος] Nicomachum hunc inter alios philosophos Pythagoricos nominat Porphyrius, siue Malchus, etiam in 3. Commentariorum contra Christianos. Vide Eusebium *Histor. Ecclesiast.* lib. VI. cap. 19.

Τὰς ἀλλοτρίας ἐκκλίνειν φιλίας] Etsi amicitiam maximi faciebant Pythagorei, adeoque inter amicos omnia communia, et ipsum amicum *alterum eundem* esse volebant, vt supra annotauimus Num. 33. itaque inter sese mutuo affecti erant, vt erga liberos suos honestus pater esse solet

(Iamblichus cap. 31. *Πάντας τοὺς Πυθαγορείους οὕτως ἔχειν πρὸς ἀλλήλους, ὡς ἂν πατὴρ σπουδαῖος πρὸς τέκνα ἔχοι*), imo amicos pro diis quoque habebant, teste eodem Iamblicho cap. 35.: tamen inter se tantum erant amici; externas amicitias plane respuebant, quantumuis eae splendidae, imo etiamsi regiae essent. Iamblichus cap. 31. *Οὕτως δυσκατάθετοι πρὸς τὰς ἐξωτερικὰς φιλίας ἦσαν, εἰ καὶ βασιλικαὶ τυγχάνοιεν.* Atque, vt habent versus apud eundem relati cap. 35.,

*Τοὺς μὲν ἑταίρους ἦγον ἴσους μακάρεσσι θεοῖσι·*
*Τοὺς δ' ἄλλους ἡγοῦντ' οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.*

Erat ipsis haec lex, solis licere Pythagoreis dextram iniicere; caeterorum vero (exceptis parentibus) nemini. Iamblichus dicto capite 35. *Μόνοις τοῖς Πυθαγορείοις τὴν δεξιὰν ἐμβάλλειν, ἑτέρῳ δὲ μηδενὶ τῶν οἰκείων, πλὴν τῶν γονέων.* Quae rectius fortasse habebunt, si ita transponantur: *πλὴν τῶν οἰκείων γονέων.* Inde quoque in prouerbium, quod Iamblichi quoque aeuo in vsu remansit, vt aliquorum inter se summam beneuolentiam significaturi, dicerent de ipsis, *ὅτι τῶν Πυθαγορείων εἰσί:* hoc est, *de numero Pythagoreorum ipsos esse.* Iamblichus cap. 33. Ea vero res, et hoc quasi fastidium aliorum hominum, qui Pythagorei non essent, maximam ipsis inuidiam, tandemque et perniciem concitauit, ac fere *πανωλεθρίαν* attulit: quod Ausonius quoque Idyll. 15. de ambiguitate eligendae vitae obseruauit, cuius versus supra iam retuli.

Quod autem hic *ἐκκλίνειν φιλίας*, idem mox eodem significatu dicit *περικάμπτειν αὐτάς:* eademque verba apud Iamblichum extant dicto capite. 33. Vbi non recte interpres mutare nobis vult lectionem in *περικόπτειν*, idque vertit, *amputare.* *Non enim* (inquit in Castigationibus) *circumflectendae sunt alienae et noxiae amicitiae; sed plane amputandae erunt.* Imo retinendum aio verbum elegans *περικάμπτειν*, quod idem valet *τῷ ἐκκλίνειν.* In euangelica historia est eadem notione positum *ἐκνεῦσαι.*

Porro ad ea quae supra Num. 33. annotaui de amicitia, quanto eam studio coluerint Pythagorei; non possum quin addam hic illustrem Simplicii locum in Commentario ad Enchiridium Epicteti pag. 65. edit. Venet. vbi inter alia memorabiliter ait: Pythagoreos amicitiam vocasse vinculum omnium virtutum, tantique boni capacem non esse, qui non sit omni virtute praeditus, adeo-

que vel vna careat. *Ἡ καθαρὰ φιλία τὰς φίλας ψυχὰς εἰς ἕνωσιν συνάγουσα μελέτη καλλίστη γίνεται τῆς πρὸς Θεὸν ἑνώσεως. καὶ γὰρ ἀδύνατον πρὸς τοὺς ὁμοφύλους ψυχὰς κρείττονος ἑνώσεως τυχεῖν. καὶ καλῶς οἱ Πυθαγόρειοι περισσῶς τῶν ἄλλων ἀρετῶν τὴν φιλίαν ἐτίμων, καὶ σύνδεσμον αὐτὴν πασῶν τῶν ἀρετῶν ἔλεγον. Καὶ μιᾶς γὰρ ἡστινοσοῦν τῶν ἀρετῶν ἀπολειπομένης, οὐκ ἐθέλει παραγίνεσθαι φιλία. τίς γὰρ ἄδικος, ἢ ἀκόλαστος, ἢ δειλὸς, ἢ ἔτι μᾶλλον ἀνόητος, δύναται τὸ τῆς φιλίας ἀγαθὸν ὑποδέχεσθαι;*

*Ἀνένδοτον διατετηρηκέναι*] Apud Iamblichum editur, *ἀνένδοτος*: quod Arcerius gestit mutare in aduerbium *ἀνενδότως*. Sed reponendum ibi ex Malcho, *ἀνένδοτον*.

*Ἐξ ὧν Ἀριστόξενος*] Laudatur etiam Agellio quidam Aristoxenus (lib. IV. cap. 11.) vt musicus, et vir literarum veterum diligentissimus, et Aristotelis auditor, et qui librum de Pythagora reliquerit. Cum autem hic et supra, Num. 61. scribat Malchus, fuisse eum Dionysio Syracusano familiarem, ex quo etiam ipse narrationem audiuerit de Damone et Phintia; hinc fit, vt subdubitem, idemne Aristoxenus potuerit Aristotelis esse auditor, an vero duo diuersi hoc eodem nomine fuerint: quod verisimilius facit temporum ratio.

*Γράμματα ἐν Κορίνθῳ διδάσκειν*] Ita MSC. noster. Sed legendum *ἐδίδασκεν*, vt est apud Iamblichum cap. 35. Cicero 3. *Tuscul. Quaest.*: *Dionysius quidem tyrannus Syracusis expulsus Corinthi pueros docebat: vsque eo imperio carere non poterat.* Ammian. Marcellinus lib. XIV.: *Fortuna mutabilis et inconstans fecit Agathoclem Siculum ex figulo regem, et Dionysium, gentium quondam terrorem, Corinthi ludo literario praefecit.* etc. Dedit autem notissima haec historia prouerbio locum: *Dionysius Corinthi*: quo significatur aliquis e summa dignitate atque imperii fastigio ad priuatam humilemque fortunam redactus, a sceptro proprie dicto, et regiae maiestatis insigni illo, ad *virgas, sceptra paedagogorum*, vt vocat Martialis. De prouerbio isto vid. Erasm. *Chil.* 1, Cent. 1. Adag. 83. vbi praeter Plutarchum *ἐν τῷ περὶ ἀδολεσχίας*, et Quintilianum lib. VIII. allegat etiam Ciceronem lib. IX. Epist. ad Atticum. Est et alterum proverbium: *Διὸς Κόρινθος*: quo vtitur Pindarus.

60 *Φησὶ δ' ὡς οἶκτων καὶ δακρύων* etc.] Haec ipsius Aristoxeni verba fuisse, apparet ex Iambl. de V. P. Num. 234.

*Ποτὲ Διονύσιος*] Hic in MSC. vna et altera lacuna erat, quae vt sit explenda, facile videbit lector, si contulerit Iamblichum cap. 33. vbi eadem historia de Damone et Phintia refertur. Vide et Ciceronem lib. III. *De officiis* et 5. *Tuscul. Quaest.* Valerium Maximum lib. IV. cap. 7. Lactantium lib. V. cap. 17. Plutarchum et alios.

*Ἐπεὶ οὕτω σοι δέδοκται*] Male apud Iamblichum *δέδειxται:* quod et Arcerius recte animaduertit, monuitque mutandum in *δέδοκται*. Venit hic mihi in mentem Agrippinus ille, cui cum pransuro denuntiatum esset exilium, quo multatus esset a Nerone: *Bene*, inquit, *habet*, *Ariciam ergo migremus*, *et ibi prandeamus.* Vide ab Epicteto descriptam historiam apud Stobaeum Sermone 7. de Fortitudine. In hunc Agrippinum, exulem fortissimum, tale fecit Epigramma Matthias Bergius, auunculus noster p. m. vir optimus et doctissimus in sua quadam calamitate:

*Sors Agrippino vitae placet omnis: et vt res*
*Forsque tulere, exin mentem animumque gerit.*
*Tostus febre ietur, sua febri encomia cantat:*
*Probra ferens, probris monstrat inesse decus.*
*Paupertate graui presso, penuria laudes*
*Dictat, in hasque stylum soluit et ora viri.*
*Denique pransurum patria Nero priuat. Ibi ille:*
*Recte: in Aricina pascimur ergo casa.*

O singularem animi aequitatem et praesentiam!

*Τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας*] Similiter Malcho Iamblichus Num. 255. Secundum hos ergo paucarum duntaxat horarum dilationem ad mortem subeundam petiit Phintias condemnatus. A quibus Cicero discrepat in loco mox allegando, qui paucos dies eum sibi postulauisse scribit.

*Ὅπως οἰκονομήσηται*] Disponere domui suae, est testamentum ordinare, siue vltimam voluntatem suam condere. Sic in sacris literis: *Ἔντειλαι τῷ οἴκῳ σου:* in historia Ezechiae regis 4. Reg. cap. 20. in pr. et Esaiae cap. 38.

*Ἐγγυητὴν παρασχών*] Fideiussor, seu vas, in capitalibus an admittatur, disputant iuris nostri interpretes. Vide de hac quaestione Clarissimi Viri Domini Antonii Heringii, veteris mei commilitonis et amici honorandi, tractatum luculentissimum de Fideiussoribus cap. X. Num. 535. et plur. seqq.

*Καὶ ἔμεινεν*] Quod est apud Iamblichum, Num. 236. *Καὶ μὲν ἦν*, vitiosum, et hinc emendandum est: aut fortasse ibi legendum *καὶ μένειν*.

61 *Ὡς ἐγκαταλειφθησόμενον*] Apud Iamblichum additur: *καὶ σκώπτοντας, ἔλαφον ἀντιδιδόσθαι λέγειν.* Cuius scommatis vim nemo intelliget, qui non animaduertet, allusum fuisse ab insultatoribus ad fabulam de *cerua*, quae pro Iphigenia substituta et immolata esse traditur.

*Ἀξιῶσαι τρίτον αὐτὸν εἰς τὴν φιλίαν παραδέξασθαι*] O vim magnam amicitiae atque pulchritudinem insignem, quam et tyranni sibi ducant expetendam! Ciceronis locus huc pertinet lib. III. *De Offic. Damonem et Pythiam* (legendum *Phintiam*) *Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse, vt, cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinauisset, et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulauisset, vas factus est alter eius sistendi, vt, si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. Qui cum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit, vt se in amicitiam tertium adscriberent.* Eodem et illa pertinent Ciceroniana lib. II. *de Finibus: Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico, vt Pythagoreus ille fecit Siculo tyranno?* Eandem historiam pulchre describit etiam Valerius Maximus lib. IV. cap. 7. *de Amicitia:* vbi eam sic concludit: *Hae sane vires amicitiae, mortis contemptum ingenerare, vitae dulcedinem extinguere, crudelitatem mansuefacere, odium in amorem conuertere, poenam beneficio pensare potuerunt: quibus pene tantum venerationis, quantum deorum immortalium ceremoniis debetur,* etc.

*Εἰς τοιοῦτο*] Diuinabam legendum *εἰς τοῦτο*. Sed apud Iamblichum d. l. edi video *εἰς τὸ τοιοῦτο*. Vnde adducor in hanc coniecturam, vtrobique legi rectius, *εἰς τι τοιοῦτο*.

*Ἱππόβοτος δὲ καὶ Νεάνθης*] De Hippoboto isto quaerendum amplius, quis fuerit. Neanthen vero supra quoque laudauit Malchus, tanquam scriptorem rerum et dogmatum Pythagoricorum. Narratio autem, quae hic promittitur de Myllia Crotoniata, et eius vxore Timycha Lacedaemonia, sane quam memorabilis est, cumque hinc deperierit (vt forsan alia quoque non pauca ad libelli huius integritatem desunt, imo et totus liber secundus

periisse videtur, cum Porphyrium, qui idem est cum Malcho, plures vno scripsisse libros de historia Pythagorae, demonstrauerimus supra ad Num. 42. ex Cyrillo lib. IX. contra Iulianum, vbi quaedam ex libro Porphyrii primo laudat), facile resarciri poterit ex Iamblicho cap. 31. Summa haec est. Cum istud par coniugum Pythagoricum captum atque ad Dionysium tyrannum esset adductum, omnia ille summa vltro ipsis detulit, quasi etiam in societatem regni ab se cooptandis. Sed ipsis magnificas istas pollicitationes tyranni abnuentibus, rogauit is primo virum, deinde et foeminam, quid tandem causae fuisset, cur Pythagorei maluissent mortem oppetere, quam fabas in agro conculcare. Hoc vbi ex ipsis cognouisset, honestissimam eis dimissionem, quandoquidem apud se manere nollent, discessuris repromisit. Ibi tum nihil cunctatus Myllias, Illi, inquit, ne fabas conculcarent, mori praeoptabant: at ego, ne tibi causam huius rei aperire cogar, fabas conculcare malo. Remoto viro, aggressus tyrannus foeminam Timycham, ab hac se et propter sexus infirmitatem, et quod vterum eo ipso tempore gestaret, et quod ei tormenta se adhibiturum comminaretur, facilius, quicquid scire auebat, expressurum confidebat. Verum longe eum sua spes fefellit. Timycha enim stupendae pertinaciae exemplo linguam dentibus sibi praemorsam in os ipsi tyranno exspuit, ne silentio premenda vi tormentorum superata forte detegeret. Vide Iamblichum dicto capite 31. Qua in re similis fuit Timycha fortitudini Leaenae, scorti Atheniensis. Nam et haec, defesso iam tormentis inferendis carnifice, tandem linguam suam comestam in faciem tyranni Hippiae Pisistratidae exspuit, vt exspueret et vocem, ne coniuratos proderet, si etiam victa voluisset. Vide Tertullianum in *Apologet.* et libro *ad Martyres*, Plutarchum *in vita Hyperidis*, et lib. *Περὶ Ἀδολεσχίας*, Pausan. in *Atticis*, Plin. lib. VII. cap. 23. et lib. XXXIV. cap. 8. Agell. lib. IX. cap. 2. et lib. XVII. cap. 21. Athen. lib. XIII. Lactant. lib. I. cap. 20. Similia quoque de Theodoro quodam Syracusano leguntur apud Liuium lib. 24. et Valerium Maximum lib. III. cap. 3. *de Patientia:* vbi et de Anaxarcho, et aliis incredibilis pertinaciae et duritiei exemplis.

Porro ibidem apud Iamblichum dicto capite 31. paulo ante *ἀνανευόντων* redditur *annuentibus.* Rescribe *abnuentibus:* hoc enim valet *ἀνανεύειν*, sicut et *ἀπονεύειν.* At annuere est *ἐπινεύειν.* Ex eodem capite aliud quoque mendum

obiter tollo de insigni hac sententia, cui similia sunt apud Terent. *Ὡς οὐδὲν δεῖται ἀνθρωπίνων συμπτωμάτων ἀπροσδόκητον εἶναι παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ἀλλὰ πάντα προσδοκᾶν, ὧν μὴ τυγχάνουσιν αὐτοὶ κύριοι ὄντες.* Legendum *δεῖ τῶν ἀνθρ.* Sic enim recte idem Iamblichus habet cap. 32. vbi idem *παράγγελμα* totidem verbis repetitur, et eleganter vocatur *μέγιστον τῆς γενναιότητος ἔρμα.* Ita enim ibi legere malim, quam vel, vt editum est, *ἦν δὲ καὶ τοῦτο μέγιστον εἰς γενναιότητος ἔρμα*: vel, quomodo Arcerius diuinat, *μέγιστον εἰς γενναιότητα ἕρμαιον.* Possis etiam simpliciter legere, *μέγιστον γενναιότητος ἔρμα:* omisso *εἰς.*

NOTARUM CONRADI RITTERSHUSII IN VITAM PYTHAGORAE FINIS.

---

# PARALIPOMENA

## QUAEDAM NOTARUM RITTERSHUSII, SUIS LOCIS INSERENDA.

Ad Num. 2. Vbi obserue, quanto in pretio habitus fuerit Pythagoras non solum a suis, sed etiam ab exteris, addi velim S. August. locum Tom. I. pag. 495. extremo libro secundo *de Ordine ad Zenobium:* vbi cum Alypius mirabilem ac proprie diuinam Pythagorae disciplinam praedicasset, quae iure et habita sit et probata: excipiens sermonem eius Augustinus, post alia sic ait: *Quod Pythagorae mentionem fecisti, nescio quomodo illo diuino ordine occulto in mentem venisse credo. Res enim multum necessaria mihi prorsus exciderat, quam in illo viro, si quid literis memoriae mandatis credendum est (quamuis Varroni quis non credat?) mirari et pene quotidianis, vt scis, efferre laudibus soleo, qui regendae reipublicae disciplinam suis auditoribus vltimam tradebat, iam doctis, iam perfectis, iam sapientibus, iam beatis. Tantos enim ibi fluctus videbat, vt eis nollet committere, nisi virum, qui et in regendo pene diuine scopulos euitaret, et si omnia defecissent, ipse illis fluctibus quasi scopulus fieret. De solo enim sapiente verissime dici potest: Ille velut pelagi rupes immota resistit: et caetera, quae luculentis in hanc sententiam versibus dicta sunt,* etc. Haec ibi Augustinus (Tom. 1. pag. 6.), quae tamen retractanda sibi censuit lib. I. *Retra-*

*ctationum* cap. 5. prope finem. *Nec illud placet* (inquit) *quod Pythagorae philosopho tantum laudis dedi, vt, qui hanc legit vel audit, possit putare, me credidisse, nullos errores in Pythagorica esse doctrina, cum sint plures, iidemque capitales.*

Ad eund. Num. 1. Vbi ago de statuis Pythagorae et Alcibiadi Romae positis, addo testimonium Plinii lib. XXXIV. cap. 6. *Inuenio et Pythagorae et Alcibiadi in cornibus comitii positas statuas, cum bello Samniti Apollo Pythius fortissimo Graecorum gentis jussisset, et alteri sapientissimo simulacra celebri loco dicari, donec Sylla Dictator curiam ibi faceret. Mirumque est, illos Patres Socrati cunctis ab eodem deo sapientia praelato Pythagoram praetulisse, aut tot aliis virtute Alcibiadem, aut quemque vtroque Themistocli.* Ibidem, vbi de tempore ago, quo Pythagoras floruerit, addo eundem Plinium lib. XXXVI. cap. 9. *Semneserteo* (inquit) *regnante Pythagoras in Aegypto fuit,* etc. Ibidem, vbi refero sententiam quorundam, qui Numam habuerint pro Pythagoreo, addo Plinium lib. XIII. cap. 14. *In his* (inquit) *libris scripta erant philosophiae Pythagoricae.*

Ad eundem Num. 1. Vbi de Pherecyde Syro, Pythathagorae doctore, addo locum S. Augustini Epist. 3. ad Volusianum tom. 2. pag. 12. *Quis nunc extremus idiota, vel quae abiecta muliercula non credit animae immortalitatem, vitamque post mortem futuram? Quod apud Graecos olim primus Pherecydes Assyrius* (forte Syrus) *cum disputasset, Pythagoram Samium illius disputationis nouitate permotum ex athleta in philosophum vertit.*

Ad Num. 15. *Σῦκα σιτουμένων*] Plinius lib. XXIII. cap. 7. *Corpus et vires adiuuant* (*fici*)*: ob id ante athletae hoc cibo pascebantur. Pythagoras exercitator primus ad carnes eos transtulit.* etc. Videtur tamen Plinius hic exercitatoris epitheto alium quendam Pythagoram a philosopho nostro diuersum innuere: sicut plures, et quidem 4 Pythagoras eodem aeuo vixisse testatur Diogenes Laërtius lib. 8.

Ad Num. 19. Vbi de silentio Pythagorico, addo locum Plutarchi *περὶ Πολυπραγμοσύνης. Τῇ μὲν οὖν πολυμαθείᾳ τὴν πολυλογίαν ἕπεσθαι συμβαίνει. διὸ καὶ Πυθαγόρας ἔταξε τοῖς νέοις πενταετῆ σιωπὴν, ἐχεμυθίαν προσαγορεύσας.*

Ibid. Quod aliquando facta fiant iterum, nihilque plane sit nouum, addo ista Imperatoris M. Antonini cognom. Philosophi lib. X. *de vita sua*, pag. 284. edit. Argent. *Συνεχῶς ἐπινοεῖν, πῶς πάντα τοιαῦτα νῦν γίνεται, καὶ πρόσθεν ἐγίνετο, καὶ ἐπινοεῖν γενησόμενα, καὶ ὅλα δράματα καὶ σκηνὰς ὁμοειδεῖς, ὅσα ἐκ πείρας τῆς σῆς, ἢ τῆς πρεσβυτέρας ἱστορίας ἔγνως, πρὸ ὀμμάτων τίθεσθαι, οἷον αὐλὴν ὅλην Ἀδριανοῦ, καὶ αὐλὴν ὅλην Φιλίππου, Ἀλεξάνδρου, Κροίσου. πάντα γὰρ ἐκεῖνα τοιαῦτα ἦν, μόνον δι' ἑτέρων.* Ita haec distinguenda ibi sunt: quod non animaduertit doctiss. Xylander, coniungens, *δι' ἑτέρων φαντάζου.* Hoc dicit Imperator: Easdem fuisse actiones; tantum alias personas quasi in scenam productas, quae fabulam agerent eandem.

Ad Num. 20. *Τετρακτὺν, δι' αὐτῆς ἐπώνυμον*] Lucianus lib. pro lapsu inter salutandum: *Εἰσὶ δὲ, οἳ καὶ τὴν τετρακτὺν, τὸν μέγιστον ὅρκον αὐτῶν, ἢ τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖν.* Lego, ἣ, et ἀποτελεῖ. Quomodo autem tetractys siue quaternio Pythagoreis efficiat numerum perfectum, hoc est, denarium, supra docui cum ex aliis auctoribus, tum ex Ammonio, et ipsomet Luciano *Βίων πράσει.* Vide et Sext. Philosoph. et Stobaeum *Ecl. Physic.* cap. 13. pag. 27.

Ad Num. 26. Quod hic ex coniectura propono de nomine Malchi, Porphyrium videlicet eo notari, ipsa est veritas, confirmata non solum Suidae, sed etiam ipsius Porphyrii testimonio, quod extat in vita Plotini ab eo descripta. Sic enim ait: *Aemilius* (cuius vt discipuli Plotini Suidas quoque meminit) *librum hunc dicauit mihi, meque in ipsa inscriptione Basilea* (i. e. Regem) *nominauit. Id enim mihi nomen erat: et patria quidem lingua nominabatur* MALCHUS: *quo nomine vocabatur et pater.* MALCHUS *autem in Graecam translatus linguam, basileus, hoc est, rex appellatur.*

Ad Num. 35. *Ποτὲ μὲν πιαινόμενον*] Quod hic de Pythagora Malchus, idem in genere de Pythagoreis scribit Iamblichus cap. 31. insigni eoque non vno mendo nobis per istam occasionem liberandus. *Προσεῖχον γὰρ οὗτοι, τὰ σώματα ὡς ἂν ἐπὶ τῶν αὐτῶν διακέωνται, καὶ μὴ ποτὲ μὲν ῥικνά, ποτὲ δὲ πολύσαρκα· ἀνωμάλου γὰρ βίου ᾤοντο εἶναι δεῖγμα. Operam, inquit, hi (Pythagorei) dabant, vt corpora in eodem semper statu essent, nec aliquando quidem rugosa a*

*macie, aliquando autem nimia carnis mole laborantia. Hoc enim pro indicio habebant victus rationis inaequalis.* Pessime hunc locum acceperant et librarii, et illis nimis credulus Interpres Frisius. Sic enim erat editum, qua interpunctione, qua lectione vitiosissima: *Προσεῖχον γὰρ οὗτοι τὰ σώματα, ὡσὰν ἐπὶ τῶν αὐτῶν διακεῖνται, καὶ μήποτε μεριμνὰ, ὅτε δὲ πολύσαρκα.* Sic autem verterat Arcerius: *Si quidem illi hisce corpora adhibebant, perinde ac si in iis constituta et affixa forent, minimeque sollicita, quum quidem carne grauida vel carnosa sint.* etc. Sed nemo dubitabit, quin recte restituerim (vt de caeteris nihil dicam) *ῥικνά:* quo vocabulo praeter Homerum et Hippocratem Oppianus quoque noster vsus est in V. *Halieut.* v. 406. *ῥικνὰ ποδῶν:* vbi de testudine marina in aprico corrugata loquitur. Eleganter autem Iamblichus opponit *σώματα ῥικνὰ* et *πολύσαρκα:* macilenta, inquam, et rugosa carnosis ac bene habitis. Deinde et post *ἀλλὰ*, ante *ὡσαύτως*, puto aliquid deesse: aut certe superesse *τὸ ἀλλά.* Ibidem legitur vitiose: *ἐκάλουν δὲ τὸν νουθετὴν, παιδαρτᾶν:* pro quo reponendum aio: *τὸ νουθετεῖν.* *Νουθετὴν* probum esse nego. Atque haec quoque Iamblicho data sit opera, quem et aliis locis non paucis obiter in hoc Notarum opusculo correximus, ex professo alibi plenius id praestituri.

Ad Num. 32. Vbi de abstinentia ab animatis, addo, quod est celebratum de ara Delia incruenta, cui solus propinquare ausus fuerit Pythagoras, vtpote nulla caede pollutus. Clemens Alexandrinus *Stromat.* 5. pag. 304. *Ἀλλὰ τὸν μὲν ἀρχαιότατον βωμὸν ἐν Δήλῳ ἅγιον εἶναι τεθρυλλήκασι, πρὸς ὃν δὴ μόνον τὸν Πυθαγόραν προσελθεῖν φασὶ, φόνῳ καὶ θανάτῳ μὴ μιανθέντα.* Subiungit autem: *βωμὸν ἀληθῶς ἅγιον τὴν δικαίαν ψυχὴν, καὶ τὰ ἀπ᾽ αὐτῆς θυμιάματα τὴν ὁσίαν εὐχήν.*

Ad Num. 42. Vbi de symbolica doctrina Pythagorae, addo locum minime praetermittendum e Stobaeo Serm. 5. pag. 59. *Καὶ μὴν οὐδὲν ἐστιν οὕτω τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας ἴδιον, ὡς τὸ συμβολικὸν, οἷον ἐν τελετῇ μεμιγμένον φωνῇ καὶ σιωπῇ διδασκαλίας γένος, ὥστε μὴ λέγειν, Ἀείσω ξυνετοῖσι, θύρας δ᾽ ἐπίθεσθε βέβηλοι· ἀλλ᾽ αὐτόθεν ἔχειν φῶς καὶ χαρακτῆρα τοῖς συνήθεσι τὸ φραζόμενον, τυφλὸν δὲ καὶ ἄσημον εἶναι τοῖς ἀπείροις. ὡς γὰρ ὁ ἄναξ ὁ ἐν Δελφοῖς οὔτε λέγει, οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον· οὕτω τῶν Πυθαγορικῶν*

Ibid. Quod aliquando facta fiant iteru
plane sit nouum, addo ista Imperatoris M
gnom. Philosophi lib. X. *de vita sua*,
Argent. Συνεχῶς ἐπινοεῖν, πῶς πάντα τοιαῦ
πρόσθεν ἐγίνετο, καὶ ἐπινοεῖν γενησόμενα,
σκηνὰς ὁμοειδεῖς, ὅσα ἐκ πείρας τῆς ς
ἱστορίας ἔγνως, πρὸ ὀμμάτων τίθεσθα
νοῦ, καὶ αὐλὴν ὅλην Φιλίππου, Ἀλ
γὰρ ἐκεῖνα τοιαῦτα ἦν, μόνον δι' 
da ibi sunt: quod non anir
coniungens, δι' ἑτέρων φαντάζ
dem fuisse actiones; tantum
productas, quae fabulam

Ad Num. 20. Τετρ
cianus lib. pro lapsu
τετρακτὺν, τὸν μέγιστο
θμὸν ἀποτελεῖν. Leg
tractys siue quater
ctum, hoc est,
ctoribus, tum e
Vide et Sext.
pag. 27.

...actantur.
...abant Pythago-
μεσευθὺν appellabant:
...ος, τουτέστι τοῦ δέκα, καὶ

Ad N
nomine M ...at Clemens Alexandrinus *Stro-*
veritas,
Porphy
descri
tini
*que*
*er*

. Illis, qui Pythagoram nihil scripsisse
...ur etiam S. Augustinus, ita inquiens lib. I.
*a Euangelistarum* cap. 7. Tom. 4. pag. 376.
*...erunt* (*pagani*), *quare ipse* (*Christus*) *non scripserit*,
*...ur parati fuisse hoc de illo credere, quod de se ipse*
*...psisset, non quod alii de illo pro suo arbitrio praedicas-*
*sent. A quibus quaero, cur de quibusdam nobilissimis philo-*
*sophis suis hoc crediderunt, quod de illis eorum discipuli scri-*
*ptum memoriae reliquerunt, cum de se ipsi nihil scripsissent?*
*Nam Pythagoras, quo in illa contemplatiua virtute nihil tunc*
*habuit Graecia clarius, non tantum de se, sed nec de vlla re*
*aliquid scripsisse perhibetur. Socrates autem etc.*

Porro, vbi in Notis de fano Contumeliae et Impuden-
tiae Athenis consecrato, obiter addo, repertum etiam fuisse,
qui duas statueret aras ad rem diuinam faciendam: Impieta-
tis vnam, et alteram Iniquitatis. Fuit is Dicaearchus, dux

'lippo Macedonum rege constitutus contra Cy-
de quo post alia sic scribit Polyb. lib. XVII.
ιίσειε τὰς ναῦς, δύο κατεσκεύαζε βωμούς· τὸν
ἐ Παρανομίας· καὶ ἐπὶ τούτοις ἔθυε, καὶ
απεραντὶ δαίμονας. Sed addit, eundem
num inuenisse exitum: Παρὰ φύσιν
ον, εἰκότως παρὰ φύσιν καὶ τῆς ἀ-

ıd Malchum Num. 42, et Iam-
. et seqq. cum alia addi po-
tum ista:

ἐστι σύμβολον. Clem.
39.

Serm. 8. ad Gen-
Σειρήνων προτι-
rmone 8. in pr.
ιαt. Μούσας Σειρήνων

APOMEN. FINIS.

συμβόλων καὶ τὸ φράζεσθαι δοκοῦν, κρυπτόμενόν ἐστι· καὶ τὸ κρύπτεσθαι, νοούμενον.

Versus Ἀείσω συνετοῖσι etc. extat etiam apud Stobaeum Serm. 39. Similiter Orpheus apud Iustinum Martyrem, Clementem Alexandrinum, Eusebium, et alios: Φθέγξομαι, οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι. Quorum imitatione fecit Virgilius: *Procul o, procul este profani.* Et Horatius: *Odi profanum vulgus et arceo.*

Ad Num. 48. Vbi de numeris, addo Stobaeum *Eclog. Physic.* cap. 2. pag. 2. et cap. 13. pag. 27. Item Sextum Philosophum.

Ad Num. 52. Denarii mysterium et perfectionem non vno loco etiam S. Augustinus inculcat: vt imprimis lib. II. *de Consensu Euangelistarum* cap. 4. pag. 401. et *Quaest. Euangel.* lib. II. cap. 6. pag. 359. Tom. 4. et lib. XX. *de Ciuitate Dei* cap. 23. et in lib. sing. contra Epist. Manich. cap. 10. vbi denario significari scribit perfectionem, eumque effici adiunctione ad septenarium, quo condita vniuersa consistunt, trinitatis conditoris: *De quibus* (inquit) *rebus inter spiritales viros pie cauteque multa tractantur.* Non solum autem denarium perfectum vocabant Pythagorei, sed etiam senarium, quem et μεσευθὺν appellabant: διὰ τὸ μέσον αὐτὸν εἶναι τοῦ εὐθέος, τουτέστι τοῦ δέκα, καὶ τοῦ δύο: quod latius explicat Clemens Alexandrinus *Stromat.* 6. pag. 290.

Ad Num. 56. Illis, qui Pythagoram nihil scripsisse putant, assentitur etiam S. Augustinus, ita inquiens lib. I. *De Consensu Euangelistarum* cap. 7. Tom. 4. pag. 376. *Cum quaerunt (pagani), quare ipse (Christus) non scripserit, videntur parati fuisse hoc de illo credere, quod de se ipse scripsisset, non quod alii de illo pro suo arbitrio praedicassent. A quibus quaero, cur de quibusdam nobilissimis philosophis suis hoc crediderunt, quod de illis eorum discipuli scriptum memoriae reliquerunt, cum de se ipsi nihil scripsissent? Nam Pythagoras, quo in illa contemplatiua virtute nihil tunc habuit Graecia clarius, non tantum de se, sed nec de vlla re aliquid scripsisse perhibetur. Socrates autem* etc.

Porro, vbi in Notis de fano Contumeliae et Impudentiae Athenis consecrato, obiter addo, repertum etiam fuisse, qui duas statueret aras ad rem diuinam faciendam: Impietatis vnam, et alteram Iniquitatis. Fuit is Dicaearchus, dux

classis a Philippo Macedonum rege constitutus contra Cycladas insulas: de quo post alia sic scribit Polyb. lib. XVII. Histor. *Ὡς δ᾽ ὁρμίσειε τὰς ναῦς, δύο κατεσκεύαζε βωμούς· τὸν μὲν Ἀσεβείας, τὸν δὲ Παρανομίας· καὶ ἐπὶ τούτοις ἔθυε, καὶ τούτους προσεκύνει, καθαπερανεὶ δαίμονας.* Sed addit, eundem etiam scelerata vita dignum inuenisse exitum: *Παρὰ φύσιν ἐνστησάμενος τὸν αὐτοῦ βίον, εἰκότως παρὰ φύσιν καὶ τῆς εἱμαρμένης ἔτυχε.*

Symbolis, quae sunt apud Malchum Num. 42, et Iamblichum in *Protreptico* pag. 131. et seqq. cum alia addi poterant (de quibus alias videro), tum ista:

*Ἐπὶ γῆς μὴ πλεῖν, Πυθαγόρειόν ἐστι σύμβολον.* Clem. Alexandr. refert lib. II. *Stromat.* pag. 239.

*Μελάνουρον μὴ ἐσθίειν.* Theodoretus Serm. 8. ad Gentes. Iamblichus de V. P. cap. 24. *Χρὴ τῶν Σειρήνων προτιθέναι τὰς Μούσας.* Theodoretus dicto Sermone 8. in pr. Quod ita Clemens Alexandrinus *Stromat.* *Μούσας Σειρήνων ἡδίους ἡγεῖσθαι Πυθαγόρας παραινεῖ.*

PARALIPOMEN. FINIS.

# INDEX

IN

# PORPHYRIUM.

*Numerus sectiones, non paginas indicat.*

## A.

Abaris sacerdos Apollinis Hyperborei. 28.
Abaris cognomento appellatus *Αἰϑροβάτης*, quia sagittae Apollinis Hyperborei sibi donatae inequitans, et flumina et maria et alia loca inaccessa transiuit, quasi per aërem volitaret. 29.
Adoratio deorum non debet obiter fieri et quasi aliud agendo. 38.
Adyta seu penetralia deorum subiturus, ibique aliquamdiu commoraturus Pythagoras, quali ciborum genere se praepararit ad famem sitimque abigendam. 34.
Aegyptii Geometriae ab antiquis temporibus studiosi fuerunt. 6.
Aethalides olim fuit Pythagoras. 45.
*Αἰϑροβάτης* cognomentum Abaridis Hyperborei sacerdotis Apollinis. 29.
Aeris pulsationem Pythagoras vocem esse aiebat alicuius daemonis. 41.
*Ἀκουσματικοὶ* discipuli Pythagorae quinam fuerint. 37.
*Ἀλεξάνεμος*, cognomentum Empedoclis. 29.
*Ἄλιμος* et *ἄδιψος τροφή* Pythagorae qualis fuerit. 34.
Ambitio et gloriae studium fugiendum, quia inuidiam maxime efficiunt. 32.
Amicus alter idem a Pythagora primum dictus. 33.
Amicorum amantissimus fuit Pythagoras. 33.
Amicorum omnia esse communia, primus dixit Pythagoras. 33.
Anaximandro operam dedit Pythagoras. 2.

Anaximandro in geometricis et astronomicis operam dedit Pythagoras adolescens. 11.
Androclis Samii filii tres, Eunostus, Tyrrhenus et Pythagoras. 10.
Anima immortalis. 45.
Animas immortales esse, et ex corporibus aliis in alia migrare, docuit Pythagoras. 19.
Antipho in libro de vita virorum virtute praestantium. 7.
Antrum Pythagorae extra vrbem. 9.
Apollonius. 2.
Apophthegma Pythagorae de sex rebus, quae procul vt abigantur, summa ope niti decet vnumquemque. 22.
Aquilam in ludis Olympicis supra caput Pythagorae volitantem, cum is forte de auguriis et symbolis signisque diuinis dissereret ad familiares, Pythagoras ex sublimi ad se detraxit, manuque pertractatam dimisit. 25.
Arabiae regi familiaris fuit Pythagoras. 12.
Ἀρχὴ quid Pythagorae. 43.
Arimnestus filius Pythagorae. 3.
Ex Aristoclea Delphica quaedam didicisse dicebat Pythagoras, quae deinde alios docebat. 41.
Aristoteles (vt et Aristoxenus) multa mutuatus est a Pythagora. 53.
Aristoxenus in libro de vita Pythagorae qualia scripserit se audiuisse ex ipsomet Dionysio, Siciliae tyranno, de Damone et Phintia, pari amicorum incredibilis fidei. 59. et 61.
Aristoxeni testimonium de Pythagora. 9.
Aristoxeni testimonium de Pythagorae sectatoribus. 22.
Arithmeticae cur tantum operae impenderit Pythagoras. 48. et 49.
Astraeum Pythagoras quomodo susceperit et instituerit. 13.
Athletarum veterum cibus fuit caseus et ficus. 15.
Auditorum Pythagorae duo fuere genera: alii *μαθηματικοί*, alii *ἀκουσματικοὶ* dicebantur. 37.
*Αὔξησις* quid fuerit Pythagorae. 43.

## B.

*Βοϊστὶ λαλεῖν οὐκ εἰδέναι.* 24.
Bouem Tarentinum fabas virides in agro vastantem quomodo cicurarit Pythagoras, in aurem quaedam ei insusurrando, vt deinceps non solum ab agro fabis consito abstineret, sed nec vllam fabam vellet amplius tangere. 24.

Brutis quoque bestiis Pythagoras suis admonitionibus mansuetudinem inserere potuit. 25.

C.

Canes Proserpinae planetae dicti Pythagorae. 41.
Carnibus rarissime vescebatur Pythagoras. 34.
Causus fluuius Pythagoram, cum ab eo transiretur, clare humana voce salutauit, multis sodalibus eius audientibus. 27.
Ceraunio lapide purgatus Pythagoras. 17.
Chaldaei astronomiae et motuum caelestium studiosi. 6.
Chaldaeis a patre commendatus Pythagoras. 2.
Characteres grammatistarum elementa doctrinae. 48.
Choenici ne insideto. 42.
Ciuitates Italicae Pythagoreis olim sese gubernandas tradiderunt. 54.
Ciuitatibus multis iugum seruitutis depulit et leges imposuit Pythagoras. 21.
Cleanthes libro 5. Rerum fabulosarum. 1. et 2.
Coelitibus aliter sacrificandum, aliter inferis. 38.
Communio rerum inter Pythagoreos constituta. 20.
Cor ne edas. 42.
Coronam ne vellica. 42.
Cretam adiit Pythagoras. 17.
Crotone vt exceptus Pythagoras, quid ibi et quanto in concursu vtriusque sexus hominum, qua senum, qua iuuenum, profecerit. 18.
Crotoniatae domum Pythagorae dedicarunt Cereri, et in templum conuerterunt. 4.
Cylon Crotoniates ob maiorum splendorem et opes et amicitias etc., quibus erat superior omnibus ciuibus, altos gerens spiritus, seque cum aliis rebus praeclaris omnibus, tum Pythagorica disciplina dignum aestimans, a Pythagora vero, cui physiognomonia ipsius displicuisset, repudiatus, immane aduersus eum concepit odium, quod et aliis tradidit, ad perniciem ipsi machinandam. 54.

D.

Δ τριγώνιον δηλοῖ. 49.
Damon pro Phintia capitis condemnato expromissor factus liberatur Phintiae reditu cum omnium admiratione. 60.
Deambulationes Pythagorae quales; cum quibus et vbi institui solitae. 32.

*Δεκὰς, οἷον δεχὰς λέγεται.* 52.
Denarii numeri perfectio supra omnes alios. 52.
Democriti magister. 3.
Deo similes facit homines sola veritas. 41.
Deorum imagines in annulis ne gesta. 42.
Deos non oportet obiter adorare, sed ita, vt huius ipsius cultus exhibendi causa domo ad eos proficiscamur. 38.
Depositum non solum pecuniarum et rerum externarum, sed etiam verborum ac sermonum fideliter custodiendum deponenti, praecipiebat Pythagoras. 39.
Diaeta Pythagorae qualis fuerit, cum in prandio, tum in coena. 34.
Dicaearchi locus de Pythagora. 18.
*Διδασκαλίας* Pythagorae forma duplex: aut *διεξοδικὴ*, aut *συμβολική*. 36.
de Diis, daemonibus, et heroibus bona dicere verba recteque sentire fas est. 38.
Diogenes in libro de incredibilibus rebus vltra Thulen qualia de Pythagora memoriae prodiderit. 10.
Diogenes qualia scripserit de quotidiana Pythagorae vivendi ratione. 32.
Dionysius Siciliae tyrannus optat se tertium in amicitiam recipi a Damone et Phintia, sed frustra. 61.
Diospolitae quantis aerumnis fatigare conati sint Pythagoram, vt a studio religionis suae ipsum deterrerent. 8.
Dogmata quaedam praecipua Pythagorae. 19.
Donarium Arimnestus redux quale obtulerit aedi Iunonis. 5.
Dorica dialectus laborat vitio *ἀσαφείας*. 53.
Duris Samius lib. II. Horarum seu Temporum. 3.
*Δυὰς* quid Pythagorae. 50.
*Δυνάμεις ἀντικείμεναι* Pythagorae quaenam. 38.
*Δυοειδὲς*, *ἀνισοειδὲς* et *ἑτεροειδὲς* idem valent Pythagoreis. 50.

## E.

Edere noli, quae non est fas edere. 40.
Empedoclis cognomentum *Ἀλεξάνεμος*. 29.
Empedocles, Epimenides et Abaris miracula patrarunt exemplo sui magistri Pythagorae. 29.
Empedoclis versus 6 de Pythagorae praestantia. 30.
Epimenides cognomento dictus *καθαρτής*. 29.
Eudoxus libro 7. Periodi terrae. 7.
Eunostus et Pyrrhinus duo seniores fratres Pythagorae. 2.

*Εὔφημον εἶναι δεῖ περὶ τοῦ θείου καὶ δαιμονίου καὶ ἡρώου γένους.* 58.
Euphorbus Panthi filius a Menelao ad Troiam caesus et spoliatus. 26.
Euphorbus olim fuit (si fas est credere) Pythagoras. 45.
Eurymenes, athleta Samius, quomodo a Pythagora institutus sit. 15.

F.

Fabis abstinendum, et quare. 43. 44.

G.

*Γάδειρα* patria Moderati. 48.
Geometrae quare ad schematum delineationem processerint. 49.
Geometrarum figurae quorsum pertineant. 49.
*Γένεσις* quid Pythagorae. 43.
Grammatistarum doctrinae elementa characteres literarum. 48.

H.

Harmoniam seu concentum vniuersi audire potuit Pythagoras, quem edunt sphaerae et stellae secundum illas motae, quamuis hunc alii ob ingenii naturaeque suae paruitatem percipere nequeant. 30.
ab Hebraeis quid didicerit Pythagoras. 11.
Hercules siticulosam Africam aditurus qualium ciborum ad abigendam sitim praeparationem didicerit a Cerere. 35.
Hermodamanti Creophylio Samii familiaris fuit Pythagoras. 1. et 15.
Hermotimus olim fuit Pythagoras. 45.
Heliopolitae sacerdotes Pythagoram ablegant Memphim ad sacerdotes eius loci, quasi scilicet seniores. 7.
Hieroglyphicae literae. 12.
Hippobotus quid scripserit de Myllia et Timycha. 61.
Hirundines in aedes ne recipito. 42.
Homeri X versus de Euphorbo quam suauiter ad lyram accinere solitus sit Pythagoras. 26.

I.

Idaeum antrum subiit Pythagoras in Creta. 17.
Ignem ne gladio fodias. 42.
Iugum siue stateram ne transgredere. 42.

Iunoni Argiuae Mycenis suspensa spolia Troianis detracta, et inter alia etiam scutum Euphorbi. 27.
Iusiurandum Pythagoreorum. 20.

K.

*Καθαρτής* cognomentum Epimenidis. 29. (Apud Iamblichum cap. 28. male legitur *καθαρίης*.)

L.

Leges coronae ciuitatum. 42.
Leges a Pythagora tanquam diuina monita quam multi acceperint. 20.
Legibus obtemperandum. 38.
Leuci testimonium de Pythagorae patria. 5.
Libamina diis fac apprehensa auricula poculorum. 42.
Literarum differentia triplex: epistolares, hieroglyphicae et symbolicae. 12.
*Λόγοι ἰσότητος, καὶ ἀνομοιότητος, καὶ ἑτερότητος* apud philosophos. 50.

M.

Magis Persarum deus maximus erat Oromazes. 41.
a Magis deorum cultum et vitae instituta didicit Pythagoras. 7.
Magia curauit Pythagoras qua corporis qua animi morbos. 33.
Magna Graecia pars Italiae. 20.
Mare lachrymam vocabat Pythagoras. 41.
Mathemata media inter corporea et incorporea. 47.
Mathematicas scientias a quibus didicerit Pythagoras. 6.
*Μαθηματικοί* discipuli Pythagorae qui fuerint. 37.
Melle Hymettio macerabat Pythagoras varias herbas et herbarum semina, quibus interdum vescebatur. 34.
Melle insulano ad quid vsus Pythagoras. 34.
Memphitae ablegant Pythagoram ad Diospolitas. 7.
Mens videt, mens audit: caetera sunt surda et caeca. 46.
Metapontium Italiae. 27.
Milonis Crotoniatae athletae in aedibus congregati Pythagorei combusti sunt, et lapidibus obruti ab inuidis et coniuratis Cylonianis. 55.
Mnemosynen dicebat Pythagoras symphoniam seu concentum, quem edunt suo motu planetae et stellae fixae. 51.
Mnesarchus Pythagorae pater. 1.

Mnesarchus vt infantem sub procera populo iacentem et rore ex arbore distillante nutritum inuenerit, qui inconniuentibus oculis solem intueretur, sublatumque secum detulerit Samum, vbi Androcles, homo locuples, ipsum suscepit, commissa ei domus suae cura, inditoque Astraei nomine. 10.
Moderatus totos vndecim libros valde prudenter scripsit de placitis Pythagorae et Pythagoreorum. 48.
Morbos animi, tristitiam, iram, cupiditates absurdas, vt sanarit Pythagoras. 33.
Musas IX quas esse dixerit Pythagoras. 51.
Musarum lyra Pythagorae dicebatur Pleias. 41.
Musica sanandis aegrotis mentibus apta Pythagorae visa est. 33.
Musica celebrandi sunt dii. 42.

N.

Nauis mortuum cadauer aduehens agnoscitur a Pythagora, qui sociis denunciat, quid illa vehat. 28.
Nouum nihil est omnino. 19.
Numeris vsi sunt Pythagorei facilioris doctrinae ergo. 48.

O.

Odii et insidiarum in Pythagoram et sectatores eius quae fuerit occasio. 54.
Ὁμακόϊον, hoc est, commune auditorium magnum conditum a Pythagorae sectatoribus. 20.
Ouera portantes imponendo iuuare oportet, non item in deponendo. 42.
Oromazem deum Magi vocabant, 41.
Ὀσφὺν ὑπόθεσιν vocabat Pythagoras. 43.

P.

Paeonia carmina Pythagorae, sanandis morbis apta. 33.
Paraeneses Pythagorae quales. 38. et 39.
Parentibus et benefactoribus nostris beneuolum esse oportet. 38.
Peregrinatio ad varias gentes quantum ad sapientiam profuerit Pythagorae. 12.
Peregrinans ne reuertere. 42.
Periodos quasdam esse rerum, et aliquando facta iterum fieri docuit Pythagoras. 19.
Pherecydi Syrio familiaris in Ionia fuit Pythagoras. 1.

Pherecydes Syrus in insula Delo phthiriasi extinctus est. 55.
Pherecydem praeceptorem in Delo aegrotantem curauit et mortuum sepeliuit Pythagoras. 15.
Philosophi complures a Pythagora et Pythagoreis aliqua (et quidem fructuosiora quaeque) dogmata mutuati; caetera deinde ab inuidis et sycophantis exagitata sunt.
Philosophiae Pythagoricae scopus, liberare mentem vinculis corporis inclusam. 46.
Philosophia Pythagorica cur extincta sit, plures afferuntur causae. 53.
Phintias a Dionysio Siciliae tyranno capitis condemnatus, quasi qui in ipsum coniurauisset, dato fideiussore Damone de se iterum sistendo, paucarum horarum commeatum ab eo impetrat, vt possit res suas et socii prius disponere, seque ante solem occasum ad praeuisam mortem oppetendam sistit, cum omnium admiratione. 60.
Phoenices numerorum et proportionum ab antiquo studiosi. 6.
Physiognomoniae quantum tribuerit Pythagoras. 13.
Physiognomonia Cylonis non placuit Pythagorae, ideoque ipsum a sua disciplina, ad quam aspirabat, repulit. 54.
Piscatoribus reti magnum onus extrahentibus ex profundo, praedixit Pythagoras piscium, quos cepissent, numerum, omnesque viuos dimitti iussit post accuratam annumerationem. 25.
Planetae canes Proserpinae dicti Pythagorae. 41.
Plato multa mutuatus est a Pythagoreis. 53.
Pleias Pythagorae dicta lyra Musarum. 41.
Polycratis tyrannidem vt sibi, ingenuo homini, intolerabilem fugiens Pythagoras, discedit Samo in Italiam. 9. et 16.
Polycratis Samiorum tyranni literis commendatitiis instructus Pythagoras ad Amasin Aegyptiorum regem proficiscitur, vt ab hoc porro commendetur sacerdotibus Aegyptiis. 7.
Populari via ne incedito. 42.
Praeceptores Pythagorae Pherecydes, Hermodamas et Anaximander. 2.
Primarum specierum et primorum principiorum difficultatem quo pacto Pythagoras conatus sit per numerorum doctrinam innuere suis auditoribus. 48.
Proserpinae canes, vid. Planetae.
Pyrrhus olim fuit Pythagoras. 45.
de Pythagorae εὐφυΐᾳ a teneris, adque omne disciplinarum genus aptitudine. 1.

Pythagoras Androclis filius adoptiuus mittitur ad cithariſten, ludimagiſtrum et pictorem. 9.
Pythagorae καρτερία et κακοπάθεια, id eſt, tolerantia eximia in Aegypto. 7.
Pythagoras familiaris fuit Pherecydi Syrio et Hermodamanti Creophylio. 1. Ad doctorem Pherecydem morbo pediculari laborantem in Delo curandum profectus eſt. 55. In patria ſcholam aperuit celebrem. 5.
Pythagorae διαλέξεις ſeu παραινέσεις duum generum fuerunt: vel διεξοδικαί, vel συμβολικαί. 36.
Pythagoras cum ſuis ſectatoribus quanta in admiratione olim fuerit per Italiam. 54. Ita omnes in ſe conuertit, vt vnica acroaſi, quam in Italia habuit, duo millia hominum ad ſe pertraxerit. 20.
Pythagoram inter deôs numerant ſui ſectatores. 20.
Pythagoras aureum femur ſuum oſtendit Abaridi Hyperboreo, a quo pro Apolline Hyperboreo habitus fuit. 28. Rhythmis et modulationibus et epodis ſeu incantationibus permulſit, leniit et curauit tam animorum quam corporum affectiones vitioſas. 30. Aegrotantes corpore vel animo amicos quo pacto et quibus remediis curarit. 53. Ad lyrae modos animam ſuam reddebat bene compoſitam, accinens Thaletis paeanas, et Homeri atque Heſiodi apta tranquillandis et manſuefaciendis animis carmina. 52. Saltationes quasdam vſurpabat, quibus et concinni motus et ſanitas corporis efficerentur. 32.
Pythagorae et corpus et animus ſemper ſibi conſtans et ſui ſimilis fuit, quaſi in quodam aequilibrio, bonae et accuratae diaetae beneficio. 35.
Pythagoras nec voluptate diffuſus eſt vnquam ſupra modum, nec moerore contractus. 35. Nunquam nec ridere nec flere viſus a quoquam. 35. Qualem ſe geſſerit in ſacrificiis deorum. 35. Bouem pinguem diis immolauit, poſteaquam problematis cuiusdam geometrici ſolutionem inuenit. 36. Nunquam propinquare voluit coquis et venatoribus ob fugam caedis animatorum. 7. Euphorbum ſe olim in bello Troiano fuiſſe irrefragabilibus ſcilicet argumentis conuicit. 26. Multis anteactam vitam in memoriam reuocauit, quam anima ipſorum vixerit, priusquam praeſenti corpori alligaretur. 26. Vno die diuerſis et multorum dierum itinere ab ſe inuicem diſſitis in locis fuit ac diſſertationes ad ſocios habuit. 27. et 29.
Pythagorae miraculoſae praedictiones futurorum, et peſti-

lentiarum depulsiones, et ventorum ac grandinis tempestatum tranquillationes, et serenitatis reductiones stupendae. 29.
de Pythagora tam multa admiranda, diuina atque eximia praedicata sunt, vt de nemine alio maiora vel suspicari quis potuerit. 29.
Pythaïs Samiarum formosissima Pythagoram Apollini peperit. 2.

S.

Sacrificia cuiusmodi Pythagoras obtulerit diis. 36.
Samius poëta anonymus de parentibus Pythagorae. 2.
Seditione liberauit Pythagoras omnes et Italiae et Siciliae ciuitates. 22.
Silentium Pythagoricum. 19.
Simus harmonicus sustulit donarium Arimnesti ex aede Iunonis, et pro suo venditauit. 3.
Sirenum cantilenis mortiferis similes esse voluptates corporis, dicebat Pythagoras. 39.
Somnum volens carpere, et ex somno expergefactus, qualia carmina quisque sibi ipsi occinere debeat. 40.
Speusippus multa mutuatus est a Pythagoreis. 53.
Stateram seu iugum ne transgredere. 42.
Studio dignas res in triplici esse differentia monebat Pythagoras. 39.
Symbola Pythagorae quasi XIII. 42.
Symichus Centoropiorum tyrannus, audito Pythagora, imperio sese abdicauit, opesque suas qua sorori, qua ciuibus donauit. 21.
*Συζυγία* Pythagorica bonorum et malorum inter se oppositorum. 38.

T.

Tarentinus bos ad templum Iunonis consenescens, pastus est cibis, qui ei a praetereuntibus offerebantur. 24.
Tauromenium Siciliae. 27.
Tempora potissimum duo curae nobis esse debere monebat Pythagoras, et cum somno nos tradimus, et cum ex somno expergiscimur. 40.
Thaletis paeanes. 32.
*Θεία τῶν ὄντως ὄντων* est *ἡ πρώτη φιλοσοφία*, seu metaphysica. 47.
Theano Pythanactis filia, Cressa genus, Telaugen filium et Myiam filiam Pythagorae peperisse dicitur. 4.
Theano sectatrix Pythagorae celeberrima. 19.

per Thus diuinatione primus vsus est Pythagoras. 11.
Timaeus de filia Pythagorae. 4.
Triangulum. 49.

V.

Veritati, vt quae sola homines deo similes proximosque facere possit, maxime studendum, monebat Pythagoras. 41.
Vnum quid vocarint Pythagorei. 49. et 50.
Voluptatum duo genera constituebat Pythagoras. 39.
Voluptates ventris, et eorum quae sub ventre, cum Sirenum homicidis cantilenis comparabat Pythagoras. 39.
Voluptates, quae ex rebus honestis et iustis et ad vitam necessariis capiantur, Musarum concentui similes esse dicebat Pythagoras. 39.
Vrsa Daunia a Pythagora adiurata, ne cuiquam rei animatae amplius noceret, mansues reddita est. 23.
Vrsas manus Rheae vocabat Pythagoras. 41.
Vulgi consuetudo declinanda. 32.

X.

Xenocrates multa mutuatus est a Pythagoreis. 53.

Y.

Ὑπόθεσιν quid appellarit Pythagoras. 43.
Ὑποθῆκαι κεφαλαιώδεις Pythagorae. 37.

Z.

a Zabrato purgatus Pythagoras. 12.
Ζαλμὸν Thraces vocant pellem. 14.
Zamolxis Thrax adolescens ad Pythagoram peruenit, ab eoque dilectus et eruditus est. 14.
Zamolxis etymon duplex. 14. et 15.

FINIS INDICIS.

Varietas lectionis Iamblichi libri tertii *περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης*, enotata e Codice Cizensi et comparata cum huius libri textu, qualem primus edidit Villoison. in Anecdotis Graecis, Tom. II. pag. 188 — 225. e Bibliothecae Marcianae Cod. CCXLIII. in 4. membranaceo, Saeculi XV. Praemittuntur capitum summaria ex eodem Cod. Ciz. descripta.

## ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α. Τίς ἡ πρόθεσις τοῦ παρόντος βιβλίου ἡ ὅλη, καὶ τίνες οἱ ὑπ᾽ αὐτὴν μερικοὶ σκοποὶ, καὶ ποσαχῶς, καὶ εἰς τίνα διαιρούμενοι, πόθεν τε ἔχοντες τὰς πρώτας αἰτίας τῆς οἰκείας ἐπισκέψεως, καὶ ἀπὸ ποίας οὐσίας.

β. Τίς ἡ κοινὴ θεωρία τῶν μαθημάτων ὅλων, καὶ περὶ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης, ὁπόθεν τε αὐτὴν, καὶ ἀπὸ τίνων τὸν ὅρον αὐτῆς ληπτέον, πόσην τε ἔχει τὴν διάστασιν, καὶ ἐπὶ πόσα γένη κοινὰ διήκουσαν.

γ. Τίνες ἀρχαὶ τῶν ὅλων μαθημάτων, καὶ τίνι διαφέρουσι τῶν ἄλλων ἀρχῶν, ὅσαι ἑτέρων οὐσιῶν εἰσὶν ἀρχαὶ, πῶς τε κοινὴν τὴν αἰτίαν παρέχονται αἱ τοιαῦται εἰς ὅλα τὰ μαθήματα.

δ. Τίνες αἱ ἴδιαι ἀρχαὶ ἑκάστου τῶν μαθημάτων, καὶ τίνα ἔχουσαι τὴν καθ᾽ αὐτὰς ἰδιότητα, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλας διαφορὰν, καὶ τὴν πρὸς πάσας τὰς ἄλλας ἀρχὰς πάντων τῶν ὄντων.

ε. Τίνα κοινῶς ὑπόκειται πᾶσι τοῖς μαθήμασι, περὶ ἃ ποιοῦνται τὴν πραγματείαν οἱ φιλομαθεῖς, καὶ πῶς ἔν ἐστι περὶ αὐτὰ καθόλου ποιεῖσθαι τὴν θεωρίαν.

ς. Τίς ἀρίστη χρῆσις τῆς περὶ τὰ μαθήματα σπουδῆς, καὶ πρὸς τί τέλος ἀναφέρειν δεῖ τὴν ἀρίστην περὶ αὐτὰ πράγματα.

ζ. Τί ἑκάστη μαθηματικὴ ἐπιστήμη ὑπόκειται οἰκεῖον ἐπιστητὸν, καὶ πῶς ἔν ἐστιν ἐκ διαιρέσεως τὴν κοινὴν αὐτῶν διάκρισιν ποιήσασθαι, ὡς εἰδέναι τὸ ἐν τοῖς μαθήμασιν ἓν καὶ πλῆθος ποῖόν τί ἐστι, καὶ πῶς αὐτὸ δεῖ ὁρίζειν.

η. Τί κοινὸν κριτήριον τῶν μαθημάτων πάντων, καὶ πῶς ἀπὸ τῆς τομῆς εὑρίσκεται τῆς γραμμῆς, ἣν οἱ πυθαγόρειοι παραδιδόασι.

ϑ. Περὶ τῶν ὁρισμένην ἀπονεμόντων οὐσίαν τοῖς μαθήμασιν, ὧν πρώτη δόξα παράκειται τῶν εἰς ψυχὴν ἀναγόντων αὐτῶν, αἰτίαι τε πλείονες τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως λέγονται, καὶ πρὸς τὴν ὅλην θεωρίαν περὶ αὐτῶν ἀφορμαί.

ι. Πῶς ἐκ πάντων τῶν μαθημάτων συνέστηκεν ἡ τῆς ψυχῆς οὐσία, καὶ κατὰ τίνα διορισμὸν ἀφορισθείη ἂν αὐτῶν ἡ σύγκρασις ἐν αὐτῇ, καὶ εἰ πᾶσαν περιέχει τῶν μαθημάτων τὴν ὑπόστασιν ἐν ἑαυτῇ ἢ καὶ ἄλλη τίς ἀρχὴ αὐτῶν θεωρεῖται.

ια. Τί τὸ ἔργον τῆς μαθηματικῆς θεωρίας καὶ πῶς παραγίγνεται, καὶ ὅτι συμφώνως τούτοις μαθηματικὴ ἐπονομάζεται.

ιβ. Τίνες αἱ δυνάμεις τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης, καὶ τίνας ἔχουσι τάξεις ἐν αὐταῖς, καὶ κατὰ πόσας διαφορὰς διαιροῦνται καὶ ποσαχῶς νοοῦνται.

ιγ. Τίνα στοιχεῖα καὶ γένη τῆς μαθηματικῆς ἐστὶν ἐπιστήμης, καὶ πῶς μὲν στοιχεῖα, πῶς δὲ γένη τὰ αὐτὰ ὑπάρχει, τίνι δὲ διέστηκε ταῦτα τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις καὶ οὐσίαις ταῖς τε νοηταῖς, καὶ ὅσα ἐστὶν ἐν γενέσει;

ιδ. Περὶ ὁμοιότητος καὶ ἀνομοιότητος τῆς μαθηματικῆς, τίνες τέ εἰσι καὶ ἐπὶ πόσον διατείνουσι, καὶ πῶς ὑπάρχουσιν ἐπὶ τῆς μαθηματικῆς οὐσίας, κατὰ τί τε διενηνό-

χασι τῶν ὁμωνύμων γενῶν, ὅσα ἐπὶ τῶν νοητῶν λέγεται καὶ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν.

ιε. Πῶς διήκει ἡ ὅλη μαθηματικὴ ἐπιστήμη αὐτή τε καὶ τὰ γένη αὐτῆς καὶ τὰ στοιχεῖα καὶ ἀρχαὶ εἰς ὅλην φιλοσοφίαν καὶ τὰ τῆς φιλοσοφίας μέρη, πῶς τε πρὸς αὐτὰ ἐπικοινωνεῖ καὶ κατὰ τίνα συντέλειαν.

ις. Πόσα ταῖς τέχναις συμβάλλεται ἀγαθὰ ταῖς τε ὅλαις καθολικῶς καὶ ταῖς κατὰ γένη διωρισμέναις, ὥσπερ ταῖς θεωρητικαῖς καὶ ποιητικαῖς καὶ πρακτικαῖς, ἐν κεφαλαίῳ τε περὶ αὐτῶν διδασκαλία.

ιζ. Τίς ἡ τάξις τῆς ἐν τῇ τῆς μαθηματικῆς ἀγωγῇ, καὶ εἰ κατὰ φύσιν ἔχει τάξιν καὶ πρὸς μάθησιν, καὶ εἰ συμφωνεῖ ἑκατέρα τάξις πρὸς ἑκατέραν καὶ αἱ δύο πρὸς ἀλλήλας.

ιη. Τίνες οἱ ἴδιοι τρόποι τῆς πυθαγορικῆς παραδόσεως τῶν μαθημάτων καὶ πῶς αὐτοῖς ἐχρῶντο καὶ πρὸς τίνας, καὶ ὅτι τὸ οἰκεῖον προσέφερον ἀεὶ, τοῖς τε πράγμασι καὶ τοῖς μανθάνουσι.

ιθ. Διαίρεσις κατὰ τοὺς πυθαγορείους τῆς ὅλης μαθηματικῆς ἐπιστήμης εἰς γένη τε καὶ εἴδη τὰ κυριώτατα καὶ κοινὴν περὶ αὐτῶν ποιουμένη τὴν θεωρίαν.

κ. Τίς ἡ ὁριστικὴ τῆς μαθηματικῆς μέθοδος καὶ πῶς γιγνομένη, τί τε ὄφελος εἰς ἐπιστήμην συμβάλλεται, καὶ ὅτι τέλος ἔχει ἡ μαθηματικὴ καὶ ποῖόν τι αὐτῆς ἐστὶ τὸ τέλος.

κα. Τίνες ἀρχηγέται τῆς κατὰ Πυθαγόραν μαθηματικῆς προηγήσαντο, καὶ τίνα ἐξαίρετα κατ' αὐτόν ἐστι τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης, πῶς τε δεῖ ἑπομένως αὐτῷ τὰς περὶ τῶν μαθημάτων διατάξεις ποιεῖσθαι κοινὴ διάληψις.

κβ. Τίς ἡ ἰδιάζουσα κατὰ Πυθαγόραν ἦν μελέτη τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης, καὶ πρὸς πόσα ἀπέβλεπε χρήσιμα τῇ ψυχῇ καὶ τοῖς ἀνθρώποις, πῶς τε αὐτὴν μετεχειρίζοντο παρ' ὅλην τὴν οἰκείαν ἑαυτῶν ζωήν.

κγ. Ὅτι οὐκ εἰκῇ οἱ Πυθαγόρειοι τὰ μαθήματα ἐπὶ πλεῖον διῆγον, ἀλλὰ πρὸς τὸν βίον τῆς ἀναγκαίας χρήσεως, τίνες τε αἱ τούτου αἰτίαι διὰ πλειόνων ὑπομνήσεων.

κδ. Τίς ἦν ἡ συνήθεια ἐν τοῖς μαθήμασι τῆς διατριβῆς τῶν Πυθαγορείων, καὶ τίς ἡ ἐν ταῖς ἐπιστήμαις γυμνασία αὐτῶν καὶ ἐξεργασία.

κε. Τίνες ἦσαν οἱ μαθηματικοὶ τῶν Πυθαγορείων καὶ κατὰ τί διέφερον τῶν ἀκουσματικῶν, τί τε ἦν αὐτῶν τὸ ἔργον, καὶ ποῖόν τι τὸ εἶδος τῶν λόγων καὶ τῶν ἀποδείξεων.

κς. Ἀντιλήψεις τῶν μαθημάτων, ὡς οὐδενὸς ἀξίων ὄντων, καὶ ἀντιλογίαι πρὸς αὐτὰς, ἀντιδιατάξεις τε διὰ πλειόνων.

κζ. Τί ἀπαιτεῖν δεῖ παρὰ τοῦ μαθηματικοῦ τὸν οὕτω πεπαιδευμένον, καὶ πῶς δεῖ κρίνεσθαι αὐτοῦ τὴν θεωρίαν, καὶ ἐκ τίνων ὅρων τὴν ὀρθότητα περιλαμβάνεσθαι.

κη. Πότε μαθηματικῆς ἐστὶν ἢ ἄλλης ἐπιστήμης τὸ πρόβλημα, ἢ ὁ τρόπος τῶν ἀποδείξεων διάκρισις ἐπιστημονική.

κθ. Περὶ τῶν μαθηματικῶν συλλογισμῶν καὶ τῶν μαθηματικῶν διαιρέσεών τε καὶ ὁρισμῶν, πῶς χρῆται αὐτοῖς ἡ μαθηματικὴ ἐπιστήμη, πότερον κατὰ τὸν οἰκεῖον τρόπον, ἢ περὶ διαλεκτικῆς λαμβάνουσα τὰς ἀρχάς.

λ. Ὅτι φιλοσοφίᾳ πάσῃ καὶ τοῖς μέρεσιν αὐτῆς ὅλοις μεγάλα συμβάλλεται ἡ μαθηματικὴ ὑπουργοῦσα πρὸς πάντα αὐτῇ, καὶ μάλιστα ἡ κατὰ τοὺς Πυθαγορείους, ἥτις πολὺ διαφέρει τῆς ἄλλης μαθηματικῆς.

λα. Ὅτι τοῖς αὐτοῖς μαθήμασιν ἐπὶ πολλὰ πράγματα διάφορα ἐχρῶντο οἱ Πυθαγόρειοι, καὶ πλείονα μαθήματα τοῦ αὐτοῦ πράγματος ἐποιοῦντο δηλωτικὰ, καὶ διὰ τίνας αἰτίας.

λβ. Πῶς ἐνίοτε καὶ περὶ αἰσθητῶν μαθηματικῶς ἐπιχειροῦμεν, καὶ ποσαχῶς τοῦτο γίγνεται, καὶ πῶς ἐν τοῖς μαθήμασι πολλὰ εἰς ἄλλα ἀνάγεται καὶ διὰ τίνας αἰτίας.

λγ. *Τί τὸ κοινὸν ἐν ὅλῃ τῇ μαθηματικῇ ἐπιστήμῃ, καὶ τὸ ἴδιον αὐτῆς ἐστὶ κατὰ τὰς ἐν πολλοῖς εἴδεσι θεωρουμένας διαφορὰς, ὅπως τε δεῖ τέμνειν αὐτὰ κατὰ τὴν διαιρετικὴν ἐπιστήμην ἀφ' ἑνὸς ἐπὶ δύο, εἶτα ἐπὶ πλείονα εἴδη.*

λδ. *Πόθεν ὠνόμασται ἡ τῶν μαθημάτων ἐπιστήμη καὶ τί: αὐτῆς ὁ χαρακτὴρ, τίσι τε δεῖ προσέχειν ἐν τῷ τὸ εἶδος τῶν μαθημάτων ἐπικρίνειν.*

λε. *Ἀνακεφαλαίωσις τοῦ κοινοῦ λόγου περὶ πάντων τῶν μαθημάτων, τῆς τε τάξεως τῶν κεφαλαίων παράδειξις καὶ ὑπομονὴ ἅμα, καὶ περὶ τοῦ ὀρθῶς διηρῆσθαι τὴν ὅλην αὐτῶν σύνοψιν.*

| *Edit. Villois.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|

Libri inscriptio eadem est in Cod. Ciz., quae in edit. Villois. Praeterea in illo capitum initia sunt notata; cuius diligentiae vestigia in hac comparent nulla.

*Cap. I.*

| Pag. | lin. | | |
|---|---|---|---|
| 188. | 3. | *εἴ πώς εἰσιν* | *εἴ πως εἰσὶν* |
| — | 4. | *ἐπισκεψώμεθα* | Consentit cod. |
| — | 5. | *ὡρισμένος* | Confirmat hanc Villois. emendationem. |
| — | — | *πειρασώμεθα* | Non aliter. |
| — | — | *ἀποστίζεσθαι* | *ἀπολογίζεσθαι* |
| — | — | *τινος* | *τινὸς* |
| — | 7. | *κατὰ κοινήν* | *καὶ τὰ κοινήν* |
| — | 8. | *καθ' ἕκαστον* | *καθ' ἑκάστην* |
| — | 10. | *τίς τε ἐστὶν* | *τίς τέ ἐστιν* |
| — | 12. | *ἐφάνη* | *ἐφήκει* |
| — | 13. | *καί πως ἂν τις* | *καὶ πῶς ἂν τις* |
| — | 15. | *παραγινομένας* | *παραγιγνομένας* |
| 189. | 1. | *Τὰ μὲν οὖν — προκείσθω ταῦτα.* | E regione horum verborum, quae a reliquis seiuncta sunt, in margine haec scripta sunt: *αἱ πρῶται τῶν ὄντων κινήσεις.* |

| Edit. Villois. | | | Cod. Cizens. |
|---|---|---|---|
| Pag. | lin. | | |
| 189. | 1. | ταῦτα | τοσαῦτα |
| — | 2. | κοινῇ δὲ | κοινῇ δὴ |
| — | 5. | εἰδῶν | εἰδῶς |
| — | 7. | ἀϊδίως | ἀηδέως |
| — | 13. | γινομένους | γιγνομένους |
| — | 18. | πρὸς τὰ ὄντα | τὰ abest. |
| — | 21. | ἐν αὐτῷ | ἐν ταυτῷ |
| — | 24. | παρεχομένη | παρεχομένοις |
| — | 25. | τοιαύτης δὴ οὖν | *Initium cap. II.* |
| — | 27. | συνεχεῖ | Sic vere Cod. |
| — | 31. | εἰλικρινὲς | εἰλικρινὲς |
| — | — | προςλάβοι | λάβοι |
| — | 32. | μέσα | Sic vere Cod. |
| — | 37. | τοῦ ποσοῦ | τοῦ deest. |
| — | 39. | τὰ δὲ, | Virgula abest. |
| — | 41. | γνωριστικὰς | γνωρικὰς |
| 190. | 2. | κοινῶς δὴ περὶ πάντων | *Initium cap. III.* |
| — | 5. | ἀρίστη ἂν γένοιτο | ἀρίστη ἂν γένητο. Ante ἀρίστη interpungitur. |
| — | 6. | πάντων μαθημάτων | πάντων τῶν μαθημ. |
| — | 8. | ἀλλ᾽ ἐπὶ μὴ | ἀλλ᾽ ἐπὶ μὲν |
| — | 12. | λήψονται | Ita manifeste Cod. |
| — | 14. | ἁπλᾶς | ἁπλὰς |
| — | 15. | κίνησιν δὲ | Abest δὲ |
| — | 16. | καὶ ζωαῖς | Abest καὶ |
| — | 22. | πρόεισι μὴ | πρόεισι μὲν |
| — | 26. | καθ᾽ ἑαυτὰς | καθ᾽ αυτὰς |
| — | 36. | κατανοήσεις | κατανοήσεις |
| — | 40. | εἰ δὲ δεῖ | *Initium cap. IV.* |
| — | 41. | καθ᾽ αὑτὰς | κατ᾽ αὐτὰς |
| — | 42. | πρὸς ἀλλήλας | πρὸς ἀλλήλους |
| — | 44. | ὡς πρότερα | Deest πρότερα |
| 191. | 6. | οὐδ᾽ οὔπω | οὐδὲ οὔπω |
| — | — | τὸ ἁπλοῦν | Deest τὸ |
| — | 7. | ἀρχὴν μὴ | ἀρχὴν μὲν |
| — | 14. | ἀρῆαραι | εἰρῆσθαι |
| — | 15. | ὡρισμένον | ὁρισμένον |
| — | 20. | συμπλεκομένου | συμπλεκόμενον |
| — | — | λέγομεν, καὶ ἴσως | λέγοιμεν ἂν ἴσως |

| Pag. | lin. | *Edit. Villois.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|
| 191. | 23. | καλῶν τινων | Deest τινων |
| — | 25. | πάντῃ | πάντη |
| — | 27. | μὲν οὕτως | μὲν οὖν οὕτως |
| — | 33. | εἰ μὲν οὖν μίαν | His verbis in codicis margine haec adscripta sunt: ᾱ: ἕν. β̄: καλ". Γ: ἀγαθ". |
| — | 34. | ὑποθήσεται | ὑποθήσει |
| — | — | ἀποδοχὴν | Ita etiam Cod. |
| — | 36. | μὲν | μὴ |
| — | 37. | προοάψαι | προσάψαι |
| 192. | 2. | τοσαύτας | τοσαῦτας |
| — | 4. | ταῦτα τὰ | τὰ deest |
| — | 5. | ἕτερα | ἑτέραν |
| — | 6. | μονάδας | μονάδα |
| — | 10. | αἰτιώμενος | αἰτιάμενος |
| — | 11. | γένος ἀνέστη | γένος ἂν εἴη |
| — | 15. | προὐποθετέον | προϋποθετέον |
| — | 21. | ἐπεσχέτω | ἐπεσχάτω |
| — | 26. | αὐταί εἰσιν | αὗταί εἰσιν |
| — | 29. | οὕτως ἡμῖν | οὗτος ἡμῖν |
| — | 30. | διακεκρίστω | διακεκρίσθω |
| — | 31. | τά γε μὴν ὑποκείμενα | *Initium cap. V.* |
| — | 33. | δυνάμενα μὲν | δυνάμενα δὲ |
| — | 35. | καὶ τὰ περὶ τὰς κοινὰς συνθέσεις | καὶ τὰς περὶ τὰς κοινῶς συνθέσεις |
| — | 36. | τὸ πολλαπλάσιον | τὰ πολλαπλάσιον |
| — | 38. | εὐδιόριστον | ἀδιόριστον |
| — | 39. | πρὸς ὃν | προσὸν |
| — | — | προσλαμβάνοιτο | προσλαμβάνον |
| — | — | γένος | εἶδος |
| — | 42. | βεβαιὸν | βέβαιον |
| 193. | 3. | τὰ καθ' ἕκαστα | τῶν καθ' ἕκαστα |
| — | 4. | αὐτῷ | αὐτῶν |
| — | 8. | τὴν συγγένειαν | τήν τε συγγένειαν |
| — | 9. | ἐν αὐτοῖς | ἐν deest |
| — | 17. | διερευνωμένη | διαρευνωμένη |

| Pag. | lin. | *Edit. Villois.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|
| 193. | 18. | τοσαῦτα ἡμῖν | *Initium cap. VI.* |
| — | 20. | μαθήματα. τόδε, ὡς | In cod. sic interpungitur: μαθήματα τόδε· ὡς |
| — | 22. | καλεῖν | καλὸν |
| — | — | τό γε | τόδε |
| — | 32. | ἀληθέστατον | ἀληθέστατα |
| — | 34. | κατιδῶν | κατιδὼν |
| — | 39. | τόπους | τύπους |
| — | 40. | μεμυημένος | πεμυημένος |
| — | 41. | ὑπόλοιπον | ἐπίλοιπον |
| 194. | 5. | παιδεύομεν | παιδεύωμεν |
| — | 7. | φιλομαθείας | φιλομαθίας |
| — | 8. | ἕκαστον | ἑκάστου |
| — | 15. | οὖσα ἐπάνοδον | οὖσαν ἐπάνοδον |
| — | — | ἀληθινὴν | ἀληθῆ |
| — | 16. | σκοπεῖσθαι τὶ | σκοπεῖσθαι τέ. Tum ἔχει pro ἔχει. |
| — | 26. | τόδε σκοπεῖ | τό τε σκόπει |
| — | 29. | καὶ πᾶν ὅ, τι | καὶ ὅτι πᾶν |
| — | 35. | ἀφῇ | ἀφὴ |
| — | — | ἆρα οὐκ | ἄρα οὐκ |
| — | 36. | δηλώσουσιν | δηλώσασιν |
| — | 41. | καὶ τὸ κοῦφον βαρὺ σημαίνει. | Post haec verba in codice haec sunt addita, quibus Villois. edit. caret: αὗται γὰρ ἄτοποι τῇ φυτῇ ἑρμηνεῖαι, καὶ ἐπισκέψεως δεόμεναι. |
| 195. | 2. | εἰ γὰρ — ἐννόει | οὐ γὰρ — ἐνόει |
| — | — | σμικρὸν | μικρὰν |
| — | 5. | ἣ ἐκείνη | ἢ κείνη |
| — | — | ἐντεῦθεν πόθεν | ἐντεῦθέν ποθεν |
| — | 6. | αἱρεσθαι | ἔρεσθαι |
| — | 8. | λέγειν | λέγει |
| — | 12. | αὐτὸ ὁρᾶται | αὐτὸν ὁρᾶται |
| — | — | ἄλλῃ τινὶ | ἄλλα τινὶ |
| — | 14. | εἰ αὐτῷ ἅμα | εἰ δ' ἀεί τι αὐτῷ ἅμα |
| — | 15. | ἐπικρίνοντος | ἐπικρινοῦντος |
| — | 18. | μεταστρεπτικῶν | μετατρεπτικῶν |
| — | 20. | ᾧ ἕν τε — καὶ ᾧ ἄπειρα | ὡς ἕν τε — καὶ ὡς ἄπειρα |

| Pag. | lin. | *Edit. Villois.* | *Cod. Cizens.* |
| --- | --- | --- | --- |
| 195. | 20. | ξύμπας | ξύμπαν |
| — | 21. | ἀλλὰ μὴν | ἀλλὰ μὴ |
| — | 22. | ἀγωγὰ | ἐγὼ |
| — | 24. | διὰ τῆς οὐσίας | διὰ τὸ τῆς οὐσίας |
| — | 27. | ἄνω ποι | ἄνα ποι |
| — | 29. | διαλέγεται | διαλέγηται |
| — | 30. | μᾶλλον ἐγχωρεῖ | μόνον ἐγχωρεῖ |
| — | 31. | κινδυνεύει | κινδυνεύει εἶναι |
| — | 33. | ἑαυτῶν γίγνεσθαι | ἑαυτῷ γίγνεσθαι |
| — | 38. | προσήκει | Post hoc verbum in codice haec adduntur: εἰ δὲ γένεσιν οὐ γένεσιν οὐ προσήκει |
| — | 40. | εἴη ἂν ταῦτα | ἂν deest |
| — | 44. | διαφερόν πως | διαφερόντως |
| 196. | 8. | οἱ | οἵ |
| — | 12. | ἀλλήλων οἰκεῖα | ἀλλήλοις οἰκεῖα |
| — | 13. | ἀνόνητα | ἀνόητα. At mox ἀνόνητα. |
| — | 15. | αἰσθητοῦ | ἐπισθητοῦ |
| — | 16. | τοῦ ἡλίου φῶς | τὸ τοῦ ἡλ. φῶς |
| — | 18. | καὶ οὐκ εἰδώλων | ἀλλ᾽ οὐκ εἰδώλ. |
| — | — | δι᾽ ἑτέρου τοιούτου, ὥσπερ ἥλιον | δι᾽ ἑτέρου τοιούτου φωτὸς, ὡς πρὸς ἥλιον |
| — | 22. | φανοτάτου | φανωτάτου |
| — | 24. | ἐπεὶ δὲ δεῖ | *Initium cap. VII.*<br>In margine: τὸ ποσὸν<br>διορισμένον ὃ καλεῖται πλῆθος<br>συνεχὲς ὃ καλεῖται μέγεθος |
| — | 34. | διατεταμένος | διατεταγμένος |
| — | 36. | ἐκ τοσῶν δὲ φέρε εἰπεῖν στοιχείων | ἐκ τῶν σῶν δε φέρε εἰπεῖν στοιχεῖον |
| — | 39. | ἐπὶ διωρισμένου | ἐπὶ ὡρισμένον |
| — | 40. | ἡ τὸ μὴ | ἡ τομη |
| — | — | ἐπιωρισμένον | ἐπὶ ὡρισμένον |
| — | 43. | οὕτω ὑπὸ | οὕτως ὑπὸ |

| Pag. | lin. | *Edit. Villois.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|
| 197. | 4. | μὴ μονοειδῆ | μὴ νοειδῆ |
| — | 5. | ἐπεδέχετο | ὑπεδέχετο |
| — | 7. | ἐλλιπὲς | ἐλλειπὲς |
| — | 8. | ἔχον | ἔχον |
| — | — | ἶσον | ἴσον |
| — | 18. | καταστᾶσα | καταστάσει |
| — | 22. | εἶμεν ἀδελφὰ | εἶμεν ἀδελφὰς |
| — | 24. | ἀναφαίνεσθαι | ἀναφαίρεσθαι |
| — | 31. | περὶ τὰ ἄλα | περὶ τὰ ἄλλα |
| — | 34. | διὰ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο | *Initium cap. VIII.* |
| — | 36. | ἐπὶ διαιρέσεως | ἀπὸ διαιρέσεως |
| — | — | τὰ δὲ νοητὰ | τὰ δὴ νοητὰ |
| — | 39. | τὰ διανοητὰ | τὰ διανοτὰ |
| 198. | 2. | ἐν ἄλλοις | ἐν ἄλλαις |
| — | 6. | προφερόντων | προςφερόντων |
| — | 11. | ἐξ αὑτῶν | ἐξ αὐτῶν |
| — | 12. | λόγον ἔχοντα πρὸς τὰ ἐπιστητὰ καὶ νοητὰ ὄντα | Haec desunt. |
| — | 15. | τὰ γεωμετρικὰ | τὰ deest. |
| — | 24. | φαντάζεσθαι | Post φαντάζεσθαι in cod. haec adduntur: καὶ ἐπ' ἐκείνην ἔχειν τὸ ἐπέρεισμα. οὐ γὰρ δεῖ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν κατὰ ἀφαίρεσιν ἐπινοεῖσθαι αὐτὰ, ἀλλ' ὑποβάντα ἀπὸ τῶν ἰδεῶν τὸ εἰδωλικὸν ἔχειν ἀπ' ἐκείνων τῷ προςειληφέναι καὶ μέγεθος καὶ ἐν διαστάσει φαντάζεσθαι. ὅπερ γὰρ κ. τ. λ. |
| — | 25. | ἐν τοῖς νοητοῖς | ἐν deest. |
| — | 27. | ἀμερεία | ἀμερίᾳ |
| — | 29. | βροντίνος | βροντῖνος |
| — | 30. | τῶ νῶ | τῷ νῷ |
| — | — | διανοὴτὸν | διανοηατὸν. Deinde τῷ νοτῷ pro genitiuo. |
| — | 33. | πολλαπλόον | πολλαπλέον |
| — | 35. | καθόλω | καλόθω |

| Pag. | lin. | *Edit. Villois.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|
| 198. | 36. | μείζω μὲν | μεῖζον μὲν |
| — | 39. | ἁπλᾶ εἶναι | ἁπλὰ εἶναι |
| — | 42. | πολλαπλῆν | πολλαπλὴν |
| 199. | 4. | διέστηκεν | διεστηκέναι |
| — | 5. | διανοητὰ | διανοτὰ |
| — | 8. | αὐτοῖς, φησὶ, | αὐτὸς φησί. Deinceps ψυχὰν |
| — | 9. | αἴσθησις | αἴσθασις. Sic etiam secundum; at tertium αἴσθησις |
| — | 11. | ὂν | ὢν. Deinceps νέος pro νόος. |
| — | 12. | ἐπιστήμη | ἐπιστάμα |
| — | 13. | μεταβαίνειν | μετέβαινεν |
| — | 14. | τὰν διάνοιαν | τὴν διάνοιαν |
| — | 16. | διωρισμένως | διωρισμένων |
| — | — | δεῖ νοῆσαι καθάπερ γραμμὰν | δὴ νοῆσαι καθάπερ γὰρ γραμμὰν |
| — | 17. | τετμαμένα | τεταγμένα |
| — | 19. | ποττ' ἄλλα | ποτ' ἄλλα |
| — | 22. | τὰ περὶ μαθήματα | τὰ περὶ τὰ μαθήματα |
| — | 25. | ἐῶντι | ἐῶν |
| — | — | οὐχ | οὐκ |
| — | 26. | διδόμεν | δίδομεν |
| — | 27. | ποιεῦνται | ποιᾶνται |
| — | 28. | τὸ δεύτερον | τὸ δὲ |
| — | 29. | κατασχόληται | κατεσχόληται |
| — | 31. | ἐχόμενα | ἐρχόμενα |
| — | 33. | διανέμεν | διανέμενεν |
| — | — | τὰς ψυχὰς | τᾶς ψυχᾶς |
| — | 40. | ἔνεστιν | ἕν ἐστιν |
| 200. | 3. | ἴσα δὲ | ἴσας δὲ |
| — | 4. | καὶ διὰ τὴν | κατὰ τὴν |
| — | 5. | πως ἔστιν | πως ἐστὶν |
| — | 8. | ἢ τὸ ἐνδεῶς | ἢ τῷ ἐνδεῶς |
| — | 11. | γνωριμώτερον | γνωριμότερον |
| — | 13. | ἀποτεμὼν | ἀποτεμῶν |
| — | 14. | φυτά τε | τε deest. |
| — | 15. | ἀνάκλασιν | ἀνάκλησιν |
| — | 31. | πέφηνεν | πέφηνεν |
| — | 33. | εἰ δὲ δεῖ καὶ | *Initium cap. IX.* |
| — | 34. | τί τε ἐστὶ | τε deest. |

| Pag. | lin. | *Edit. Villois.* | *Cod. Ciz.* |
|---|---|---|---|
| 200. | 35. | ἐπερεῖσαι | ἐπερεῖται |
| — | 38. | ἰδίαν | ἰδέαν |
| — | 42. | συμμετρίας | ξυμμετρίας |
| — | 43. | ἐπὶ τὴν μαθηματ. | ὑπὸ τὴν μαθημ. |
| 201. | 5. | ὥστε πεπερασμένον | ὡς τὸ πεπερασμ. |
| — | 7. | ἡ δ᾽ εἰς | ἡ δὲ εἰς |
| — | 9. 10. | ἀλόγων συμμετρία ἀπὸ τῆς κατ᾽ οὐσίαν | Codex plenius ita: ἀλόγων συμμετρία ἤ τε ἐν ἀριθμοῖς συμφώνοις ἢ συμφωνίαν περιέχουσιν ἀμετρία ἀπὸ τῆς κατ᾽ οὐσίαν |
| — | 20. | ἐκ τῶν ἀφανῶν | ἐκ τῶν ἀφανῶς |
| — | 21. | τοῖς ἔσω | τοῖς εἴσω |
| — | 22. | συμπληρῶσιν | σύπληρωσιν |
| — | 23. | πότερον δὲ μίγμα | *Initium cap. X.* |
| — | 25. | τὰ συμπληρωματικὰ | τὰ συμπληρωτικὰ |
| — | 29. | ἐπισυνισταμένην | ἐπισυνισταμένων |
| — | 31. | ἑτέρα | ἕτερα |
| — | 43. | ἑνὶ περιέχεται | ἐν ἑνὶ περιέχεται |
| — | — | περὶ τοῦτον | περὶ τούτων |
| 202. | 3. | ἔργον δὲ τῆς | *Initium cap. XI.* |
| — | 4. | οὐδὲ παρ᾽ ἑαυτοῦ | ὅδε παρ᾽ ἑαυτοῦ. Mox ἔχον pro ἔχει |
| — | 6. | παρ᾽ ἄλλου | παρ᾽ ἄλλων |
| — | 7. | προσβάλλει | προβάλλει |
| — | 10. | γινώσκειν | γιγνώσκειν |
| — | 17. | κοινῇ | κοινὴ |
| — | 18. | ὁ Ἀρχύτας | ὁ abest. |
| — | 19. | ὧν ἂν αὐτῶν | αὐτῶν abest. |
| — | 20. | τὸ δ᾽ | τὸ δὲ |
| — | 21. | ἐξευρὲν | ἐξευρεῖν. Deinceps ζητοῦντα, bis. |
| — | 24. | ἐνδιδομένη | ἐνδιδομένης |
| — | — | τὸ αὐτὸν | τὸ αὐτὸ |
| — | 34. | διὰ ταῦτα | διὰ τοῦτο |
| — | 39. | μαθηματικὰ | μαθηματικὴ |
| — | 41. | τοὔνομα | τὸ ὄνομα |
| — | 42. | διηυκρινημένα | διευκρινημένα |
| — | — | δυνάμεις δὲ αὐτῆς | *Initium cap. XII.* |
| — | 43. | θεωρίσθωσαν | θεωρείσθωσαν |

| Pag. | lin. | *Edit. Villois.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|
| 202. | 44. | καὶ τὸ ἡνωμένον | καὶ ἡνωμένον |
| 203. | 2. | καὶ πλήθους | καὶ abest. Deinceps legitur μέσα pro μέσαι |
| — | — | τοῦ μεριστοῦ | τοῦ μεριστοῦ καὶ ἀμερίστου |
| — | 8. | ἀναπλώσεως | ἀναπλάσεως |
| — | 11. | ἀφορίζονται | ἀφορίζεται |
| — | — | ἰσότητος κ. ἀνισότητος | ἰώτητος κ. ἀνιώτητος |
| — | 20. | τὸ καλὸν | τὲ καλὸν |
| — | 25. | καθ' ἑαυτὰ | καθ' αὑτὰ |
| — | 29. | ἐν οἷς δὲ | ἐν οἷς δὴ |
| — | 32. | ἀντιδιαρεῖν | ἀντιδιαιρεῖν |
| — | 38. | ἐξηλλαγμένου | ἐξηλαγμένου. Etiam paulo post ἐξηλαγμένων |
| — | 43. | διαστείλατο | διαστείλαιτο |
| 204. | 1. | ἐπεὶ δὲ πᾶσα | *Initium cap. XIII.* |
| — | 3. | τελειότητα | τελειοτάτην |
| — | 4. | ἑκάστη τὸν | ἑκάστη τῶν |
| — | 8. | σκεψόμεθα | σκεψώμεθα |
| — | 10. | πῶς δὲ στοιχεῖα | Post haec in codice male repetuntur haec verba: ἕτερα δὲ τὰ γένη, ἢ τὰ αὐτά. |
| — | 14. | μαθηματικαὶ | αἱ μαθηματικαὶ |
| — | 16. | ῥᾴδια | ῥᾴδιον |
| — | 21. | νοῆται | νοεῖται |
| — | 23. | τῶν ἐν μέρει | τὸν ἐν μέρ. |
| — | 28. | γίνεται | γίγνεται |
| — | 30. | εἶναί τι τῶν | τι deest |
| — | 35. | εἰς τὸ ἰέναι | εἰς τὸ εἶναι |
| 205. | 1. | φᾶναι | φάναι |
| — | 5. | περὶ δὲ ὁμοιότητος | *Initium cap. XIV.* |
| — | 14. | καὶ ἀνόμοιον | Haec verba desunt. |
| — | 15. | ἐπί τισιν | ἐπί τοισιν |
| — | 16. | παρ' ἑτέροις | περὶ ἑτέροις |
| — | — | γάρ τε | τε deest. |
| — | 20. | ἐστι πάσης | ἐπὶ πάσης |
| — | 21. | πως | πῶς |
| — | 22. | ἔστω δὴ οὕτω | ἔστω δὴ οὖν |
| — | 24. | οὐ γὰρ δεῖ | οὐ γὰρ δὴ |

| Edit. Villois. | | | Cod. Cizens. |
|---|---|---|---|
| Pag. | lin. | | |
| 205. | 26. | εἶναι την μαθηματικὴν | Post haec verba in codice hic locus excidit: ἀλλ' ὥσπερ ἔχει φύσεως, οὕτω καὶ τὴν οἰκείαν οὐσίαν τὴν μαθηματικήν. |
| — | 28. | ἐπισκοπεῖν | ἐπισκοπὴν |
| — | 29. | συνεξετάζει | συνεξετάζειν |
| — | 30. | μαθηματικὸν | μαθηματικήν |
| — | 31. | ἢ εἴδη | ἢ deest. |
| — | 31. | γεννητικὰς | γενητικὰς |
| — | 36. | καὶ ἀνόμοιον | Desunt. |
| 206. | 5. | κατὰ τὸν ἀσωμάτων | κατὰ τὸν τῶν ἀσωμ. |
| — | 7. | τὸν ἀνόμοιον | τὸ ἀνόμοιον |
| — | 8. | κατανοήσωμεν | κατανοήσαιμεν |
| — | 10. | ἐγγίγνεσθαι | ἐγγίνεσθαι |
| — | 15. | ὡς ἄλλα | ὡς ἄλλως |
| — | 16. | ἁπλῆ τις οὖσα | ἁπλή τις οὐσία |
| — | 19. | καὶ ἀνόμοιον | καὶ τὸ ἀνόμοιον |
| — | — | εἰλικρινὲς | εἴλικρινὲς |
| — | 20. | καταμαθεῖν, ὡς | καταμαθεῖν, καὶ |
| — | 24. | ἐν αὐτοῖς | ἐν αὐταῖς |
| — | 27. | ἀρχηγικὰ | ἀρχικὰ |
| — | 35. | τῶν ἐν τῷ βίῳ | τῶν deest. |
| — | 36. | ἀλλ' ἐπὶ | καὶ ἀλλ' ἐπὶ |
| — | 37. | πρῶτον οὖν πειραθῶμεν | *Initium cap. XV.* |
| 207. | 4. | ἀμεταπτώτων | ἀμεταπτύτων |
| — | 17. | ἀρετῶν περιέχουσα | ἀρετῆς προέχουσα |
| — | 18. | ἐμφαίνουσα | ἐκφαίνουσα |
| — | 19. | προςτίθησι | προτίθησι |
| — | — | πάντων τῶν | πάντων τοὺς |
| — | 20. | εὐγονίας | εὐγενείας |
| — | 21. | ὅθεν δὴ | ὅθεν δεῖ |
| — | 23. | λαμβάνωμεν | λαμβάνομεν |
| — | 24. | κατὰ τὰ ἴδια | καὶ τὰ ἴδια |
| — | 26. | ἔνεστι | ἕν ἐστι |
| — | 28. | καθ' ὅσον | καθόσον |
| — | 33. | ὁμοίωταί τε | ὁμοιῶταί τε |
| — | 34. | ἐν γένεσιν | ἐν γενέσει |
| — | — | χωρὶς τὰ | χωριστὰ |

| Pag. | lin. | *Edit. Villois.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|
| 207. | 38. | πρὸς δὲ δὴ τὰς τέχνας | *Initium cap. XVI.* |
| — | 42. | γιγνώσκουσα | γινώσκουσα |
| 208. | 2. | ἐπίκρασιν | ἐπίκρισιν |
| — | 10. | πέφηνεν οὖν | *Initium cap. XVII.* |
| — | 13. | τὸ τεταγμένον τῆς μαθηματικῆς | τὸ τεταγμένον ἀπὸ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης |
| — | 14. | ἀκολουθεῖν | ἀκολουθεῖ |
| — | — | πᾶν δή που | πολὺ δή που |
| — | 17. | γεωμετρίας | γεωμετρίαν |
| — | 21. | αὐτὸ τοῦτο | τοῦτο deest. |
| — | 31. | ἕκαστον | ἑκάστου |
| — | 32. | οἷον εἰ | εἰ deest. |
| — | 36. | συνάγει | ἀνάγει |
| — | 40. | τρίγωνον | τρίγων |
| — | — | δυναμένην | δυναμένων |
| 209. | 6. | καὶ μὴν οἵ γε | *Initium cap. XVIII.* |
| — | 13. | τελευταῖαν | τελευταίαν |
| — | 14. | καταδεικνύναι | καταδεικνῦναι. Deinceps μηδενὶ δὲ |
| — | 21. | καὶ τὰς εὑρέσεις | τὰς deest. |
| — | 22. | ἐπιστημῶν | Deest. |
| — | 26. | καταλαμβάνει | καταλαμβάνοι |
| — | 29. | τῇ δὲ ὕλῃ καὶ τοῖς ἀπ' αὐτῆς γεννωμένοις | Hic locus deest. |
| — | 40. | ἀφεστώσῃ | ἐφεστώσῃ |
| — | 44. | ἐφράνουν | εὐφρόνουν |
| 210. | 2. | καίτοι οὗτοι | καὶ τοιοῦτοι |
| — | 3. | τῶν ὄντων | τῶν ὅλων |
| — | 10. | ἀφώριζον, καθ' ἕτερον | ἀφόριζον, μεθ' ἕτερον. Deinceps ἀπόβλεπον |
| — | 14. | παραδιδόμενα | παραδιδόμεναι |
| — | 17. | τοῦ ὄντος | τοῦ ὄντως |
| — | 18. | καίτοι οὕτως | καὶ τοιούτως |
| — | 19. | αυτοῖς | αὐτῆς |
| — | 23. | ἐπεὶ δὲ δεῖ | *Initium cap. XIX.* |
| — | 26. | δὴ παντὸς | δὲ παντὸς |
| — | 34. | αὐτοκίνητον | ἀκίνητον |
| — | 41. | διαπραγματεύεται | διαγματεύεται |

| Edit. Villois. | | | Cod. Cizens. |
|---|---|---|---|
| Pag. | lin. | | |
| 210. | 44. | παρὰ τοῖς σώμασι | περὶ τοῖς σώμ. |
| 211. | 6. | ἀφιᾶσιν | ἀφιῶσιν |
| — | 10. | μνημονεύσομεν | μνημονεύσαμεν |
| — | 11. | ταύτῃ τοίνυν | *Initium cap. XX.* |
| — | —. | ἀντιστρόφως | ἀντίστροφος |
| — | 16. | ἐπὶ τῆς ἀναλύσεως | ἀπὸ τῆς ἀναλύσ. |
| — | 18. | πεφύκασιν | πέφυκεν |
| — | 19. | τὰ διαφέροντα | τὰ deest. |
| — | 20. | ἀφ᾽ ἑαυτῆς | ἐφ᾽ ἑαυτῆς |
| — | 22. | διαίρεσις | διαίρεσιν |
| — | 24. | ὅπερ ἂν τις | ὅπερ ἂν τι |
| — | 28. | ἀκούομεν | ἀσκοῦμεν |
| — | 30. | τοὺς ὄντας | τοὺς ὄντως |
| — | 32. | ἐπειδὴ τῆς | *Initium cap. XXI.* — Pro ἐπειδὴ Cod. habet ἐπεὶ δὲ |
| — | 33. | τελέως | τελέα |
| — | 43. | Ἀσσυρίοις κ. τ. λ. | Ἀσσυρίοις ὕστερον συνεγένετο ἐν πολλῷ χρόνῳ, τοῖς τε παρ᾽ αὐτοῖς λεγομένοις Χαλδαίοις, (οὕτω γὰρ οἱ μαθηματικοὶ παρ᾽ αὐτοῖς λέγονται) ἀνάγκη |
| 212. | 1. | οὐ μὴν ἐξαρκεῖ γε | *Initium cap. XXII.* |
| — | 10. | δὲ αὐτοῖς | δὲ αὐτῆς |
| — | 12. | τῶν ἀληθῶν | τῶν ἀληθινῶν |
| — | 19. | συνάπτον τὰ | συνάπτοντα τὰ |
| — | 22. | ἑπομένως τοῖς ὑπ᾽ ἀ. | ἑπομένως τὰς ἀπ᾽ ἀ. |
| — | 24. | ἀγράφοις | ἀγράφαις |
| — | 26. | ἀπὸ μικρῶν | ἀπὸ σμικρῶν |
| — | 29. | ἐνεχώρει | ἀνεχώρει |
| — | 32. | τῆς ὄντως | ὄντως deest. |
| — | 34. | ταύτῃ | ταύτην |
| — | 44. | τῷ δὲ ἀνθρώπῳ | τῷ δὲ ἀνθρωπίνῳ |
| 213. | 5. | συνυφαίνοντες | συνεισφαίνοντες |
| — | 14. | ὅτι τοίνυν οὐδὲ | *Initium cap. XXIII.* |
| — | 15. | μετάστησεν | μετέστησε |
| — | 18. | τοιαύτην γνώσεως | τοιαύτης γνώσεως. Deinceps recte ἐκομισάμεθα |
| — | 27. | ἐκ ταῖς | ἐκτὸς |

| Pag. | lin. | *Edit. Villois.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|
| 213. | 32. | καὶ τούτῳ | καὶ τοῦτο |
| — | 37. | γυμνασίαις | γυμνασίαν |
| — | 38. | παρακελεύονται | Post hoc vocabulum in edit. Villois. desunt haecce: δρᾶν, τῇ τούτων φύσει τἀληθοῦς ἧττόν ἐστιν οἰκεῖα etc. |
| — | 44. | οὐκ ὀλίγαν | οὐκ ὀλίγας. Paulo post γε-, γενομένην |
| 214. | 2. | ἴδοιμεν | εἴδοιμεν |
| — | 2. | ἃ διὰ τῶν | ἢ διὰ τῶν |
| — | 4. | καὶ καλὸν | καὶ τὸ καλόν. Deinceps ποιεῖτ᾽ pro ποιοῖτ᾽ |
| — | 14. | ταῖς πρώταις | ταῖς deest. |
| — | 21. | ἀκροτάτης | ἀκρωτάτης |
| — | 23. | τὰ εἰωθότα | τὰ θειότατα |
| — | 25. | οἰκεῖαν | οἰκείαν. Eodem accentu paulo post. |
| — | 26. | δι᾽ αὐτὰς | δι᾽ αὐταῖς |
| — | 28. | καὶ θεάματα | καὶ deest. |
| — | 39. | τὰ δὲ δυνατὰ | δὲ deest. |
| — | 41. | μέτρα τε | μέτρα τὸ |
| — | 44. | ἀφ᾽ ὧν δὲ | ἀφ᾽ ὧν δὴ |
| 215. | 4. | τὸ δὴ μετὰ τοῦτο | *Initium cap. XXIV.* |
| — | 5. | ἐκεῖνοί τε | τε deest. |
| — | 6. | δι᾽ αὐτῶν | ἑαυτῶν |
| — | 8. | ἐνιαίους | ἑνιαίους |
| — | 14. | ὥσπερ | ὡς |
| — | 20. | ἑταιρίαν | ἑταιρείαν |
| — | 23. | γεγενημένας | γεγενομένας |
| — | 24. | τῶν ὕστερον | τῶν ὑστέρων |
| — | 36. | ἐξειργάσαιτο | ἐξειργάσαντο. Deinceps κάλιστα pro μάλιστα |
| — | 37. | ἀσκούμενα θεωρήματα | ἀσκούμενα τὰ θεωρήμ. |
| 216. | 1. | δύο δ᾽ ἐστὶ | *Initium cap. XXV.* |
| — | 3. | Πυθαγόρειοι εἶναι | εἶναι deest. |
| — | 20. | ἐπέδωκε | ἀπέδωκε |
| — | 21. | ἐξενηνέχθησαν | ἐξηνέχθησαν |
| — | — | προαγόντε | προάγοντε |

| Pag. | lin. | *Edit. Villois.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|
| 216. | 29. | ὁρῶντας | ὁρῶντες |
| — | — | δι᾽ ἀριθμῶν | δ᾽ ἀριθμῶν |
| — | 30. | δι᾽ ἀγραμμάτων | διαγραμμάτων |
| — | 33. | διὰ τοῦτο δηλοῦσθαι | διὰ τὸ δηλ. |
| — | 40. | γεγόνασι δέ τινες | *Initium cap. XXVI.* |
| — | 41. | αὐτὰ ὡς | αὐτὰ αὐτὰ ὡς |
| 217. | 5. | λεληθέναι | λελυθέναι |
| — | 8. | τὰ ποιητικὰ | τὰ ποιητὰ |
| — | 16. | τὰς ὁμοίας | τὰς ὁμοίας ἐπιστήμας |
| — | 19. | γεωδέται | γεωδαῖται |
| — | 25. | δυνάμενοί τι | δυνάμενοί τε |
| — | 29. | πέρι — ἄστρων | περὶ — ἀστέρων |
| — | 31. | γινομένων | γιγνομένων |
| — | 36. | ὑστερῶν | ὑστέρων |
| — | 37. | ἐπιστήμην | ἐπιστήμη |
| — | 40. | ἀναιρεῖται τὰ | τὰ deest. |
| — | 43. | ἀμείνονα | ἀμείονα |
| 218. | 4. | ἐπίστασθαι | Post ἐπίστασθαι in Cod. haec desunt: τὰ μαθήματα, ἐκ τῶν δὲ δῆλον· λόγος γὰρ καὶ φρόνησις ἡγεῖται τῶν ἀγαθῶν, κανών τε καὶ ὅρος ἀκριβέστατος |
| — | 8. | αἱροῦνται | ἡγοῦντες |
| — | 28. | ἀκριβολογία | ἀκροβολογία |
| — | 29. | Cη etc. | ( ἢ περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ |
| — | 33. | προεληλύθασιν | προεληλύθησαν, 'a manu emendatrice, priore scriptura erasa. |
| — | 34. | καὶ τὰς ἄλλας | Post haec in Ciz. cod. desunt haec verba: παιδείας, ὅσον οὐδὲν ἕτερον γένος ἐν οὐδεμιᾷ τῶν τεχνῶν· καίτοι καὶ τὰς μὲν ἄλλας |
| — | 38. | πλεῖον | πλεῖστον |
| — | 41. | τὸ καταλόγον | τὸ κατὰ λόγον |
| — | 44. | προϋπόκειται | προϋπόκειται |
| 219. | 1. | δι᾽ αὐτὰ | δι᾽ αὐτὰ |

| Pag. | lin. | *Edit. Villois.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|
| 219. | 10. | ἐπεὶ δὲ τοῦ πεπαιδευμένου | *Initium cap. XXVII.* |
| — | 19. | δῆλον ὅτι | δηλονότι |
| — | 21. | εἴτ᾽ — εἴ τ᾽ | εἴτε — εἴτε |
| — | 22. | περὶ τοῦ | περὶ τούτου |
| — | 24. | κατά τι κοινὸν | κατὰ κοινὸν |
| — | 27. | εἴδει | εἴδη |
| — | 28. | ἑτερά | ἑτέρα |
| — | 31. | ἐπισκεπτέον | καὶ ἐπισκεπτέον |
| — | 32. | ἰδίως — διωρίσθαι | ἰδία διορίζεσθαι |
| — | 34. | τῶν μαθηματικῶν | τὸν μαθηματικὸν |
| — | 37. | ὥσπερ τε | ὥςπερ τὰ |
| 220. | 18. | ἀφωρίζοντο — ἔν τε | ἀφορίζοντο — ἄν τε |
| — | 20. | ῥηθησομένοις | ῥηθεισομένοις |
| — | — | ἕτεροι | ἕτεραι |
| — | 21. | οὐ μόνα | οὐ μόναι |
| — | 25. | ἀλλά τινων | ἀλλὰ τινῶν. Mox post διὰ δὴ ταῦτα in cod. desunt haec: διορισμὸν ἀπαιτεῖ νυνὶ ἡ μαθηματικὴ ἀπόδειξις, τῶν ποίων τινῶν κατὰ τὰ αὐτὰ |
| — | 32. | ἐπεὶ δὲ πολλάκις | *Initium cap. XXVIII.* |
| — | 36. | ὥστε καὶ | καὶ deest. |
| — | 43. | δὲ καὶ | καὶ deest. |
| 221. | 2. | ἀνέλεγκτοι | ἀνέλεκτοι |
| — | 5. | ὑφεστήκοσιν | ὑφεστηκόσιν |
| — | 6. | ἀμεριστῶν | ἀμερίστων |
| — | 8. | περὶ αὐτὰς | περὶ αὐτὰ |
| — | 11. | ἕπεται δὲ | *Initium cap. XXIX.* |
| — | 14. | περιλαμβάνει | παραλαμβάνει |
| — | 24. | διαγινώσκει | διαγιγνώσκει |
| — | 26. | καὶ τόπους | καὶ τρόπους |
| — | 27. | τούς τε βελτίονας | τε deest |
| — | 28. | ἤδη δὲ | post ἤδη δὲ desunt haecce: καὶ διττὴν ποιεῖται πραγματείαν, τὴν μὲν πρὸς αἵρεσιν συντείνουσαν, τὴν δὲ — |
| — | 32. | τίνες τέ εἰσιν | τίνες δέ εἰσιν |

| Edit. Villois. | Cod. Cizens. |
|---|---|
| Pag. lin. | |
| 221. 33. συναγεῖν | συνάγειν |
| — 37. ἐπεισάκτου | ἐπισάκτου |
| — 39. ὅτι δὲ καὶ | *Initium cap. XXX.* |
| 222. 17. οὑτωσὶ κατὰ πάντα | post haec in cod. haecce omissa sunt: τὰ μαθήματα, καὶ καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν οἰκείως συναιρομένη, καὶ μὴν πρός γε τὰ κατὰ |
| — 25. τοιαύτην δὲ αὐτὴν | *Initium cap. XXXI.* |
| — — πολλὰς | πολλοὺς |
| — 35. συγκεκρᾶσθαι | συγκεκράσθαι |
| — 36. μέγα εἶναι | μέσα εἶναι |
| — 40. ἔθος δὲ | *Initium cap. XXXII.* |
| — 44. ἀποδεικτικοὺς | ἀποδεκτικοὺς |
| 223. 1. ἢ κατὰ ἀφαίρεσιν | haec verba rubro colore sunt picta, et in margine positum ά. |
| — 2. ἐπισκοπῇ | ἐπισκοπεῖ |
| — — ἢ κατὰ ἐφαρμογὴν | haec item colore rubro, et in margine β΄. Deinceps numeris in margine positis colore rubro picta sunt haec: ἢ κατὰ τελείωσιν — ἢ κατὰ ἀπεικασίαν — ἢ κατὰ μετοχὴν — ἢ κατὰ ἔμφασιν — ἢ κατὰ διαίρεσιν — ἢ κατὰ παραβολὴν — |
| — 4. προςτιθεῖσα | προςτεθεῖσα |
| — — ἀναπληρώσῃ | ἀναπληρῶσαι |
| — 7. μετέχουσιν | μετέχουσιν |
| — 9. καὶ τὸ ἀμέριστον | τὸ deest. |
| — 12. ἢ κατὰ τὴν αἰτίαν τὴν ἀπὸ τῶν προτέρων | haec omissa sunt, spatio relicto, vt rubro colore insererentur. |
| — 13. τὰ μαθηματικὰ | τὰ μαθήματα |
| — 17. διαίρεσιν | προαίρεσιν |
| — 18. ἀνάγεται ἢ | ἀναλέγεται ἢ |
| — 21. πέφυκεν | post πέφυκεν haec adduntur: τοσαῦτα δὴ καὶ περὶ τούτων. |

| | | *Edit. Villois.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|
| Pag. | lin. | | |
| 223. | 22. | ἐπεὶ (in Ciz. ἐπὶ) δὲ τὸ κοινὸν | *Initium cap. XXXIII.* |
| — | — | μαθηματικῆς ἐπιστήμης | post haec verba in codice hic locus deest: γένος κυριώτατόν ἐστιν εἰς ἐπιστήμην τῆς παρούσης θεωρίας, δεῖ μάλιστα τοῦτο κατιδεῖν, κατά τι ἔχει τὸ κοινὸν τῆς ὅλης μαθηματικῆς ἐπιστήμης — |
| — | 25. | ἐν αὐτῆς | ἐν αὐτοῖς |
| — | 26. | προδιεσκεψάμεθα | προεσκεψάμεθα |
| — | 27. | κορυφὴν | κορυφῆς |
| — | 32. | ὄντος πρώτως | ὄντος γενῶν πρώτως |
| — | 36. | ἐν τιθέμενοι | ἐντιθέμενον |
| — | 42. | καὶ ἐγγὺς | καὶ deest. |
| 224. | 4. | περιληφθήσεται | περιλειφθήσεται |
| — | 7. | ὠνόμασται δὲ τῶν | *Initium cap. XXXIV.* |
| — | 9. | περὶ ὧδε | περὶ ἃ δὲ |
| — | 11. | προςηγόρευται | προςαγόρευται |
| — | 14. | συνεξευπορήσειν | συνεξευπορίσειν |
| — | 16. | προςαγωγὸν | προςαρωγὸν |
| — | 18. | φιλοσοφῆσαι | φιλοσοφήσομεν |
| — | 24. | ἀπεργάζοντο | ita etiam Codex. |
| — | 25. | σταθερὰ | σταθηρὰ |
| — | 29. | προσέχειν δὲ | δὲ deest. |
| — | 31. | μετὰ γὰρ τούτων | post τούτων in codice haec adduntur: τὸ εἶδος αὐτὸς |
| — | 31. | ταῦτα ἡμῖν | ταῦτα τὰ ἡμῖν |
| — | 32. | προςκείμενα | προκείμενα |
| — | 33. | ἐπεὶ τοίνυν | *Initium cap. XXXV.* |
| — | 34. | τὰ ὄντα | τὰ ὅλα |
| — | 41. | ἐπικοινωνεῖ | ἐπικοινωνεῖν |
| 225. | 2. | θεωρίας ταύτης | τῆς θεωρίας ταύτης |
| — | 6. | τοῦ ὄντως πεπαιδευμένου | τὸν ὄντος πεπαιδευμένον |

Varietas lectionis Iamblichi libri quarti περὶ τῆς Νικομάχου Ἀριθμητικῆς εἰςαγωγῆς, enotata e Codice Cizensi et comparata cum huius libri textu, qualem primus edidit Sam. Tennulius, Arnhemiae 1668. in 4. ex codice Memmiano.

| Pag. | | | *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|---|
| 2. | A. | 1. | *δέχεται* | *δέχεσθαι* |
| 3. | — | 2. | *τοῦ Πυθαγόρου* | *τῶ Πυθαγόρα* |
| — | — | 3. | *ἀποδεδωκότα* | *ἀποδεδοκότα* |
| — | — | 6. | *περὶ αὐτὸν* | *περὶ αὐτῶν* |
| — | B. | 8. | *ἔτι δὲ* | *ἔτι τὲ* |
| — | C. | 1. | *τεταγμένος τε* | *τεταγμένως τὲ* |
| — | — | 3. | *τότε* | *τό, τε* |
| — | D. | 4. | *τὰ ἄτακτα.* | Non interpungitur post *τὰ ἄτακτα* |
| 4. | A. | 8. | *νομίζω. Διότι* | Post *νομίζω* virgula interpungitur. |
| — | C. | 4. | *ἀκρωτηριάσαντας* | *ἀκρωτηριάσαντες* |
| — | D. | 6. | *νικομάχειον* | *νικομάχιον* |
| 5. | A. | 2. | *μηδὲ* | *μὴ δὲ* |
| — | — | 5. | *εἶπεν* | Deest. |
| — | B. | 2. | *ἐστὶ* | *ἔστι* |
| — | D. | 1. | *οὐκ ἄρα* | *καὶ οὐκ ἄρα* |
| 6. | B. | 2. | *ποικίλα δὲ ἤδη καὶ πολυειδῆ θεωρεῖται, τά τε νοητὰ καὶ τὰ ἀσώματα ὄντα* | Desunt. |
| — | — | 4. | *ἡ κλῆσις* | *ἡ κτῆσις* |
| — | C. | 2. | *ὅπερ ἐστὶ* | *ὅπέρ ἐστι* |
| — | — | 5. | *σωρείαν* | *σωρείας* |
| — | — | 6. | *κατὰ ἕνωσιν* | *καὶ τὰ ἕνωσιν* |
| — | D. | 5. | *συμπεφυκῶς* | *συμπεφυκὼς* |
| 7. | B. | 2. | *ἐκ παντὸς,* | Virgula recte abest. |
| — | C. | 1. | *ἀρχὴ — ἐσσεῖται* | *ἀρχὰν — ἐσεῖται* |
| 9. | A. | 4. | *συλλήπτρια* | *συλλήτρια* |
| — | B. | 7. | *εἰ μὲν ἀδελφὰ — ἐν αὐτῷ πάντα* | Haec a reliquis disiuncta sunt. |

| Pag. | Edit. Tennul. | Cod. Cizens. |
|---|---|---|
| 10. B. 2. | τὸ οἰκεῖον | τῷ οἰκεῖον |
| — C. 4. | συναιρεῖ | συναναιρεῖ, et deinde συναναιροῦντα et συναναιρούμενα |
| — — 6. | ἐκείναις | ἐκεῖναι |
| 11. A. 5. | ἐν τοῖς ὅροις | ἐν τοῖς ὅροις |
| — B. 2. | μένει | μένειν |
| 12. C. 2. | τινὲς δὲ | δὲ deest. |
| — D. 1. | ἀποκαταστατικὴ | ἀποκαταστικὴ |
| 13. A. 2. | ὑποδειχθήσεται | ἀποδειχθήσεται |
| — — 3. | δι᾽ ὅλου | διόλου |
| — — 5. | λογισθῇ | λογωθῇ |
| — B. 8. | δευτέρῳ | δοτέρῳ |
| — C. 1. | ὥσπερ | ὅσπερ |
| — — 4. | διαιρεῖται | διαιρῆται |
| — — 5. | διχῇ | διχῇ |
| — D. 3. | ἶσα | ἴσα. Ita etiam pagina proxima. |
| — — 6. | τὰ τοῦ | τούτου |
| 14. A. 2. | κατασυμβεβηκότος | κατὰ συμβεβηκότος |
| — — 4. | ἀπὸ τῆς διδασκαλίας | ἀπὸ τοῦ διδασκαλείου |
| — — 6. | μερισμένοις | μερισμοῖς |
| — C. 3. | εἰδωποιὸς | εἰδοποιὸς |
| — — 6. | ἄτροπόν τε | ἄτροπώς τε |
| — D. 1. | ἶσιν | ἴσιν |
| 15. A. 3. | τομὴ | τὸ μὴ |
| — B. 6. | ἀντιπαρωνυμίας | ἀντὶ παρωνυμίας |
| — C. 4. | ἑαυτῆς | ἑαυτὴν |
| 16. | | In margine codicis Ciz. eadem figura est descripta. |
| — A. 3. | λαβδῶμά τι | λαβδώματι |
| 17. A. 1. | συνεχέσι | συνεχέσει |
| — C. 7. | ἀφ᾽ ἑκατέρου | ἐφ᾽ ἑκατέρου |
| — D. 3. | συμβαίνει | συμβαίνη |
| 18. B. 2. | συνδυασμὸν | συνδιασμὸν |
| — — 3. | εἶτα ά. β΄. | εἶτα ῑβ΄ |
| — — 6. | δι᾽ οὗ μᾶλλον τρανοῦται ἢ | δι᾽ οὗ τρανοῦται μᾶλλον τρανοῦται ὃ |

| *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|
| Pag. | |
| 19. A. 4. ἐνὶ | ἒν |
| — B. 3. ἑκατέρου | ἐκ ϑατέρου |
| — — 4. ἓν | ἐν |
| 20. A. 6. πέντε | ε̄. Sic saepe in hoc codice nota numeri ponitur pro ipso numero. |
| — B. 6. στοιχηδὸν | στιχηδὸν |
| — C. 3. ὑπὲρ αὐτὸν | ὑπὲρ αὐτῶν |
| — — 5. ἀεὶ | Deest. |
| — — 6. διὰ τοῦτο — λείπεται | Haec verba bis sunt scripta, |
| 21. A. 6. ἀορτὴν | ἄορτην. Paulo post τὸν ἀόρτην. Figura sic descripta est:  |
| — B, 4. [ὅτι χρήσιμον ἐν τῇ ϑεωρίᾳ] | Vnci absunt. |
| — — 6. τῷ σχήματι | τὸ καὶ τὸ σχήματι |
| 22, A. 2, τῷ ἅπαξ ά | τῷ ἅπαξ ά, ά |
| — — 3. τῷ δὶς | τὸ δὶς |
| — — 4. ἑπτάκις | ἑπτάκι |
| — — 5. τῷ τετράκις | τὸ τετράκι |
| — — 7. ἐννάκις | ἐννάκι |



Eadem figura in cod. Ciz. appicta est; at lineis curuis.

| *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|
| 23. A. 5. τοῦ ἴσου καὶ | καὶ deest. |
| — B. 1. κατὰ τὴν ἀναλογίαν | κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν |
| — — 5. δίκαιος | δικαίως |

Figura in extrema folii parte ante verba παρὰ τοῦ τυχόντος lineis curuis descripta est.

| *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|
| — — 7. λαβόντες | λαμβόντες |
| — — 8. ἰσοϑήσονται | ἰσωϑήσονται. Paulo post ἰσωϑήσεται in edit. Tennul. et cod. |
| 24. A, 6. ἶσοι | ἴσοι. Eodem modo paulo post in cod. est ἴσος, apud Tennul. ἶσος. |

| Pag. | | | *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|---|
| 24. | A. | 7. | τὸ ἀπ' αὐτοῦ πέμπτον γὰρ οὐδὲν | οὐδὲν deest: sed maius spatium est relictum, quam quod hoc vocabulum expleat. |
| — | B. | 7. | ἑκάτερα | ἑκατέρα |
| — | C. | 8. | μέρη | μέρει |
| — | D. | 2. | ἀριθμὸν — ποιήσασα | Hic locus omissus est. |
| — | — | 6. | λάβοι | λαβεῖν |
| 25. | B. | 2. | ἐκείνοις | ἐκείνῳ |
| — | — | 3. | ἐν ἑαυτῇ ἀπολείπῃ | ἑαυτῇ ἀπολείπει. Praepos. ἐν deest. |
| — | — | 7. | προκοπῇ | προκοπὴ |
| — | C. | 1. | ἐν ταῖς ἀκρότησι | ἐν ταῖς ἀκροτάταις |
| — | — | 5. | ἐπιπλέον | ἐπὶ πλέον |
| — | — | 6. | στοιχηδὸν | στιχηδὸν |
| — | D. | 7. | κατὰ τὸ μῆκος | κατά τε μῆκος |
| 26. | A. | 4. | ἀντιπεπόνθησιν | ἀντιπεπόνθασιν |
| — | — | 8. | ἴδιον | Deest. |
| — | B. | 2. | ἀρτίακις | ἀρτιάκις |
| 27. | B. | 3. | ἡμαρτημένος | ἡμαρτημένως. Deinceps λόγων pro λέγων |
| — | C. | 1. | τετράκις | τετράκι |
| — | D. | 2. | τετυχέναι | τετευχέναι |
| 28. | B. | 6. | κατ' ἀρτίαν | κατὰ ἀρτίαν |
| — | C. | 3. | εὐτάκτων | εὐτάκτως |
| — | — | 7. | καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐλλάττονες | αὐτοὺς τοὺς ἐλάττονας. Verba καὶ πρὸς desunt. |
| — | D. | 1. | καὶ αὐτῶν διαφορῶν | καὶ αἱ τῶν διαφ. |
| 29. | A. | 6. | ἀρτιοιγενικῶν | ἄρτιοι γενικῶς |
| — | — | 7. | ἀναγκαίως | ἀναγκαῖος |
| — | — | 8. | ἀναλόγων | ἀνάλογον |
| — | B. | 2. | τῇ φύσει | τῇ deest. |
| — | — | 3. | γὰρ | Deest. |
| — | — | 5. | μόνη | μόνην |
| — | — | 8. | μέν τοί γε | μέντοι γε |
| — | C. | 6. | ἀντιποιοῦσιν | ἀντιπαίουσιν |
| — | — | 8. | ἀρτιωνυμούτων | ἀρτιωνυμοῦσι |
| — | D. | 3. | ἀλλὰ καὶ ὅτι — ἄκρον μόνον | Hic locus deest. |

| Pag. | | | *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|---|
| 30. | A. | 1. | τε ἄλλο | τε ἄλλος |
| — | B. | 2. | περισσοῦ ἀρχόμεθα, ὁ δυνάμει | Haec desunt. |
| — | C. | 6. | τὸ πρῶτον εἶδος τῇ | τὸ πρότερον εἶδος τῆς |
| — | D. | 6. | διπλαὶ | διπλαῖ |
| 31. | A. | 1. | ἀπὸ τοῦ γεωμετρικῶς ἐν ἀρτίακις — συμβάντος | ἀπὸ τοῖς ὑπογεωμετρικῶς ἐναρτιάκις — συμβάντως |
| — | B. | 2. | ἐν ἀρτίᾳ δηλονότι | ἐναρτίᾳ δῆλον ὅτι |
| — | — | 3. | προτέρου | πρωτέρου |
| — | — | 6. | ἐπειδὴ δὲ | In margine: μᾶλλον ἐπαῦθα ἐπιμέμφεται τῷ Εὐκλείδῃ |
| — | C. | 7. | περὶ αὐτοῦ | περὶ αὐτῶν |
| — | D. | 2. | ὅδε | ὁ δὲ |
| — | — | 5. | χαῦριν | χάριν |
| 32. | B. | 1. | εἶτα | εἶτ' |
| — | D. | 6. | ὁμωνυμεῖν | ὁμονυμεῖν |
| 33. | A. | 1. | ἀπό τε τοῦ | ἀπὸ τοῦ |
| — | — | 2. | ἢ | ἡ |
| — | — | 5. | διχαζομένου | διχωζομένου |
| — | C. | 2. | μέχρι τις | μέχρι τίς |
| — | — | 8. | γεννήσονται | γεννήσονται |
| — | D. | 1. | πρῶτον ὀγδοάδι μὲν διαφέροντες | πρῶτον μὲν, ὀγδοάδι ἀλλήλων διαφέροντες |
| — | — | 2. | ἐπίπλαστοι | ἐπίπλαστος |
| — | — | 5. | τετραπλασίων | τετραπλασίοις |
| 34. | A. | 2. | δι' ὅλου | διόλου |
| — | C. | 6. | καὶ τὰ μέσα | ἢ τὰ μέσα |
| — | D. | 4. | ἀλλήλων | ἀλλήλοις |
| 35. | A. | 8. | ἀφιστάμενοι | ἀφιστάμενος |
| 36. | A. | 7. | εἶναι δεύτερον, Ἀλλ' αὐτοῦ — πρὸς ἄλλο | Hic locus deest. |
| — | C. | 2. | εὐπλατὴς | οὐπλατὴς |
| 37. | A. | 1. | ἐὼν — οὔ | Pro ἐὼν legitur γε ὢν, et οὐ deest. |
| — | B. | 2. | παρὲξ | πάρεξ. Ita etiam paulo post. |
| — | — | 3. | πλείονα | πλέονα. Ita etiam paulo post. |

| *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|
| Pag. | |
| 37. D. 1. χρᾶται | χρῶται |
| 38. A. 6. καθ' ἑαυτὸν | καθ' ἑαυτὸ |
| — C. 1. αὐτῷ τῷ | αὐτὸ τῷ |
| — — 7. ἔσται καὶ | καὶ deest. |
| — D. 8. ἀεὶ | ἂν |
| 39. A. 5. ἢ εἴς τινα | ἢ εἰς εἴ τινα |
| — — 7. οἷον τε | οἷόν τε |
| — B. 2. πρὸς λέ | πρὸς λ͞ |
| — — 6. γένηται | γίνηται |
| — — 8. ἵνα δὲ | δὲ deest. |
| — — — ἡμεῖς | ἡμᾶς |
| — C. 4. ἀντιπαρωνυμαζόμενα | ἀντιπαρονομαζόμενα |
| — — 9. ἀποχωρίσει | ἀποχωρίσῃ |
| — D. 3. ἐπὶ μήκιστον | ἐπιμήκιστον |
| — — — ἐκθέτους | ἐκ θου |
| — — 4. πειρόμενος | πειρώμενος |
| — — 5. τῶν ἐφεξῆς | τῷ ἐφεξῆς |
| 40. B. 5. μετρήσει | μετρίσει |
| — C. 4. τὸ δὲ ἐφεξῆς | τὸ δὲ ἐφεξ. |
| — D. 5. ἀπὸ τρὶς | ἀπὸ τοῦ τρὶς |
| 41. A. 7. γνομόνων | γνωρίμων |
| — C. 2. ἀριστερῷ | ἀριστερᾷ |
| 42. A. 5. προδηλότατον | προδηλώτατον |
| — — 6. παρέχει | πάσχει |
| — — 7. ἀσυνθέτων | ἀσυνδέτων |
| — B. 3. ἴστα | ἵνα |
| — D. 5. καὶ τοιτούτου | καίτοι τούτου |
| 43. C. | In margine: ὅροι ἀριθμῶν |
| — — 6. συντεθέντα | συντιθέντα |
| 44. A. 6. συμπλήρωσιν | πλήρωσιν |
| — B. 3. προτέρου | πρωτέρου |
| — — 7. καὶ ιδ' | καὶ ὁ ι͞δ |
| — C. 2. ἐλάσσονα | ἔλασσον |
| — — 7. ἀπολήψεται | ἀπολήψει |
| 45. A. 2. ἀνδρεία | ἀνδρία |
| — — 5. ἀσωτίαν | ἀσωτείαν |
| — B. 2. ἡμῖν τηροῦσιν | τηροῦσιν ἡμῖν |
| — — 6. συναμφότερα δὲ | Desunt. |
| — C. 7. ἑκατοντάσι | ἑκατοντάσιων |

| Pag. | | | *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|---|
| 46. | A. | 5. | καὶ υ ϛ ϛ' | καὶ deest. Notae autem hae sunt: γ' β' ϛ' |
| — | — | 8. | αὐτὴ | αὕτη |
| — | B. | 2. | μετὰ συμπνοίας | μετὰ abest. |
| — | — | 3. | ἀπὸ μονάδος | ὑπὸ μονάδος |
| — | D. | 3. | πολυπλασιάσθέον | πολυπλασιαστέον |
| 47. | A. | 2. | περισσογωνίας | περισσογονίας |
| — | B. | 3. | ἑτερομήκη | ἑτερομήκει |
| — | — | 4. | γάμον | γάμων |
| — | C. | 7. | φίλησιν | φίλωσιν |
| — | D. | 6. | ἀπεφήνατο | ἀπεφήνατο |
| 48. | A. | 8. | οὖσαν | Deest. |
| — | B. | 5. | πέραν | πέρας |
| — | — | 8. | διειλόμεθα | διειλάμεθα |
| — | C. | 5. | εἰςαγωμένου | εἰςαγομένου |
| — | D. | 1. | καὶ τὴν | καὶ deest. |
| 49. | A. | 2. | ἄλλο πῶς | ἄλλό πως |
| — | B. | 4. | ἀντιδιεστέλλετο | ἀντιδιεστέλλοντο |
| — | — | 6. | ἐλάττονι | ἔλαττον |
| — | — | 8. | ἄνευ του τινὶ | ἄνευ του τινὶ |
| — | D. | 3. | ἑτερωνύμως | ἑτερόνυμος |
| 50. | B. | 4. | ὂν τοῦ | ὂν τοῦ |
| 51. | A. | 1. | φύσει | φας |
| — | — | 5. | τοὺς δυομένους | τοὺς deest. |
| — | B. | 1. | διαστήματός ἐστιν | Post ἐστιν in codice haec leguntur: ἰδοὺ γὰρ ἐν τῷ τυχόντι ἀνισότητος ὑποδείγματι σχέσις ἕτερον διαστήματός ἐστιν. Tum sequuntur haec: ἰδοὺ γὰρ etc. Illa igitur cuncta sunt delenda. |
| — | — | 7. | οὐδὲ κωλύει | οὐδὲν κωλ. |
| — | C. | 3. | ἴσον | τὸ ἴσον |
| — | — | 6. | ὅρων | ἔρων |
| — | D. | 5. | ἥμισυς | ἥμισυν |
| 52. | B. | 3. | καθ' ἕκαστο | καθ' ἕκαστον |
| — | — | — | ὁμοίως ἑξῆς | ὁμοίῳ ἐξ ἧς |
| — | — | 4. | ἢ πρὸς τετράδα | ἢ πρὸς τριάδα |
| — | — | 6. | ἡμῶν | Deest. |

| Pag. | | | *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|---|
| 52. | B. | 8. | παραλλήλων | παραλλήλους |
| — | C. | 2. | πολλαπλασίου | πολυπλασίου |
| 53. | C. | 8. | γεννήσονται | γενήσωνται |
| 54. | A. | 4. | ληφθείη | λειφθείη |
| — | — | 7. | λαμβάνοιτο | λαμβάνοιντο |
| 55. | A. | 4. | περισσὸν | περισσοὺς |
| 57. | A. | 2. | τοὺς ἀπὸ τριάδος | τοὺς deest. |
| — | B. | 3. | διαφέροντας | διαφέρονται |
| — | C. | 2. | εἰδῶν | εἰδεῖν |
| 58. | A. | 6. | δ' ἐστὶ χέσις | δέ ἐστι σχέσις |
| — | B. | 4. | ἐὰν δὲ τέσσαρα, ἐπιτετραμερὴς | Desunt. |
| — | C. | 6. | χέσεσιν | σχέσιν |
| — | — | 8. | πολλαπλασίων λόγον | πολλασίων λόγων |
| — | D. | 2. | παρέξοντας | τοὺς παρέξοντας |
| 59. | C. | 2. | ἡ μονὰς | ἡμᾶς |
| — | — | 4. | διπλασίου | ἐπιδιπλασίου |
| 60. | B. | 6. | σχέσεων vsque ad ἐπιμεροῦς καὶ τῶν | Desunt. |
| — | C. | 6. | τοιούτοις | τούτοις |
| — | — | 7. | προλόγων | προλόγω |
| — | D. | 6. | ἄλλως, ὡσανεὶ ταυτότης | ἀλλ' ὡσανεὶ ταυτότητος |
| 61. | B. | 5. | ὡρισμένου | ὁρισμένου |
| — | D. | 1. | ἴχουσαν | ἴσχουσαν |
| — | — | 2. | ἐπιμεριοτήτα | ἐπιμερότητα |
| 62. | B. | 1. | προστάγματα | τὰ προστάγματα |
| — | C. | 3. | γεννήσονται | γενήσονται |
| — | — | 5. | οἱ δὲ συνεχεῖς. καὶ ἑξῆς | οἱ δὲ συνεχεῖς, ἐκ δυάδων· καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς ἐκ τριάδων, καὶ ἑξῆς |
| — | D. | 4. | εὐταξίαν καὶ συνεχεῖς ἐκ συνεχῶν, καὶ ἀεὶ οἱ ἑπόμενοι λόγοι | εὐταξίαν, καὶ ἐκ τετραπλασίων τε τετραπλάσιοι, καὶ ἀεὶ οἱ ἑπόμ. λόγ. |
| 63. | A. | 1. | τοιᾶδε | τοιάδε |
| — | D. | 4. | κατ' ἀλλήλους | καταλλήλως |
| 64. | A. | 4. | καὶ τρίτῳ | καὶ deest. |
| — | — | 5. | γεννήσονται | γενήσοντες |

| Pag. | | | *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|---|
| 64. | B. | 2. | α, δ' | δ' δ' |
| — | — | 4. | προεκθείμεθα | προεκθοίμεθα |
| — | — | 5. | ὅροι | ὅροις |
| — | — | 8. | β', ς' | β', ις |
| — | — | 9. | β', ή | βη |
| — | C. | 7. | ἐν ἐπιδιμερεῖ | ἐπιμερεῖ sine ἐν |
| 65. | A. | 5. | ἐγεννήθη | ἐγενήθη |
| — | B. | 1. | ἀπὸ δὲ τούτου | ἀπὸ δὲ τούτων |
| — | — | 2. | ἐπιμερέσι | ἐπιμέρεσι |
| — | — | 4. | ἐκφύονται | ἐκφύσονται |
| — | C. | 6. | γεννήσασθαι | γενήσεσθαι |
| — | — | 7. | ἐν δυσὶ | ἐν deest. |
| — | — | 8. | δυνατὸν | δυνατοὶ |
| 66. | A. | 1. | ἀποσώζῃ | ἀποσώζειν |
| — | — | 3. | ὅρους | Deest. |
| — | — | — | διαφέροντας | διαφερόντως |
| — | B. | 2. | μορίου | τοῦ μορίου |
| — | — | 4. | ὑπόλογος | ἀπόλογος |
| — | — | 6. | κατὰ ἐκεῖνο | κατ' ἐκεῖνο |
| — | C. | 3. | γεννήσονται | γενήσονται |
| — | — | 6. | ὁ β' | ὁ δ' |
| 67. | A. | 7. | παρέχουσα | παρέχουσιν |
| — | B. | 3. | λόγων | τῶν λόγων |
| — | — | — | ἐπιμορίων | μορίων |
| — | — | 5. | ἐξ ἀρχῆς | ἀπ' ἀρχῆς |
| — | C. | 4. | ἐπιμορίων | μορίων |
| — | D. | 6. | ἐπιτριμερεῖ | ἐπιμερεῖ |
| — | — | — | ἐν τρίτῳ, οἱ δ'. | ἐν δῳ, καὶ οἱ |
| 68. | A. | 2. | ὅμοιον | τὸ ὅμοιον |
| — | — | 3. | συμφυΐας | συμφωνίας |
| — | — | 6. | ἴσχυσιν | ἴσχουσιν |
| — | — | 8. | ἐλάττονα | αον |
| — | B. | 4. | ἐπιτετραμερὴς | καὶ ἐπιτετραμερὴς |
| — | C. | 5. | ἐν ἡμιολίῳ φύεται | ἐν ἡμιολίοις φαίνεται |
| — | D. | 3. | ἡ διπλασιεφήμισυς | ἡ διπλὰς ἐφημίσεσιν |
| — | — | 4. | τῆς θ' vsque ad ἀπὸ τοῦ | Desunt. |
| 69. | A. | 3. | ἀρχομένων | ἀρχομένου |
| — | — | 5. | ἐν ὅροις θ'. κα. μθ'. | ἐν ὅροις τοῖς θ' καὶ μθ. |

| Pag. | *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|
| 69. C. 3. | διπλασιεπιτέταρτος | Deest. |
| — — 5. | διευτακθήσονται | διευτακτηθήσονται |
| 70. B. 6. | πῶς | πῶς καὶ |
| — C. 4. | ἐπιδιμερὴς | ἐπιμερὴς |
| — D. 1. | ἀπολείπουσι | ἀπολείπουσιν |
| — — 5. | προκόπτον | προκόπτων |
| 71. A. 6. | εἰδικῶς | εἰδιῶς |
| — — 8. | γεννᾶται ἥ | γεννᾶται ὅ |
| — B. 7. | διπλασιεπιτετραμερὴς | διπλασιεπιτριμερὴς |
| — C. 2. | ποιοῦσαν | προϊοῦσαν |
| — — 5. | ἡ διπλασιεπιμερὴς vsque ad τετάρτων | Desunt. |
| 72. A. 7. | ἑβδόμῳ | ἑυδόμῳ |
| — B. 2. | ἕξει | ἔχει |
| — — 3. | οἷον πρῶτον ἐπὶ δέκα | οἷον ῖ ά ν |
| — — 5. | ἐπιδειχθείσης | ἐπιδειχθήσης |
| — C. 5. | οὗτινοσοῦν | ὅτινοσοῦν |
| — — 7. | ἡγήσαιτο | ἡγήσεται |
| — — 8. | πόσος | πόστος |
| 73. B. 1. | ἀκολουθίας | ἀκολουθείας |
| — — 4. | κωλυτὴρ | κωλυτὴς |
| — — 8. | ὁ τέσσαρα | ὁ τέταρτος |
| — C. 7. | ἀποσώζει | ἀποσώσει |
| 74. — 3. | τὸν ἐλάττονα | τὸν abest. |
| — — — | ὡς ὁ ἐκείνων vsque ad μονάδι ἐλάττονα | Desunt. |
| — — 6. | καὶ οὐκέτι | καὶ deest. |
| — D. 6. | καταληφθέντα | καταλειφθέντα |
| 75. A. 2. | ἐλάττονα | ἔλαττον |
| — — 4. | λόγους | λόγῳ |
| — — 7. | ἐστιν ἰδεῖν | ἔστιν ἰδεῖν |
| — B. 6. | ἐν | ἐὰν |
| — — 7. | ἔσονται | ἔσωνται |
| — C. 3. | αἴδε δὲ | Deest δὲ |

| Pag. | | | Edit. Tennul. | Cod. Cizens. |
|---|---|---|---|---|
| 75. | C. | 5. | ἤ μὴ | ἤ μέ |
| 76. | A. | 1. | ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ vsque ad verba ἔσονται λόγῳ | Desunt. |
| — | B. | 2. | ὁ γὰρ νγ´ | ὁ γὰρ ν´ |
| — | — | 7. | λόγῳ | λόγοι |
| — | C. | 4. | προςτιθῶσιν | προςτεθῶσιν |
| — | — | 8. | οἱ σὺν τῇ προθέσει | ἡ σὺν τῇ πρ. |
| 77. | A. | 1. | γεννήσονται. Ἔτι | γενήσονται. τί |
| — | — | 5. | συνθετῇ | συντεθῇ |
| — | C. | 3. | πολλαπλασίονι | πολλαπλασίωνι |
| 78. | B. | 1. | καὶ ἐν τινὶ οἱ ἐξ ἀρχῆς | καὶ ἐν τίνι ἐξ ἀρχῆς |
| — | — | 2. | προςληπτέον | προληπτέον. Ita etiam hac pagina D. lin. 2. |
| — | D. | 4. | καὶ ἴσην | κατ᾽ ἴσης |
| 79. | A. | 1. | ἐπισυνθέσεως | ἐπιθέσεως |
| — | — | 3. | ἐκ μόνων | ἐκ μονῶν |
| 80. | A. | 7. | ἁπλατῶς | ἁπλατῶς |
| — | — | 8. | καθ᾽ εὐθεῖαν | κατ᾽ εὐθείαν |
| — | C. | 3. | γεώμετραι | γεωμέτραι |
| 81. | A. | 5. | προςελεύσεται | προςελεύσηται |
| — | C. | 2. | γραμμῶν | γραμμῆς |
| — | D. | 5. | τούτου | τούτῳ |
| 82. | A. | 1. | ἐπεμβάλλοντες | ἐπεκβάλλοντες |
| — | — | 2. | ἐπὶ δὲ τὸ πλάτος | In margine scripta sunt verba περὶ ἐπιπέδων ἀριθμῶν. |
| — | — | 8. | τριγώνων | τριγώνου |
| — | B. | 5. | τοὺς ἐφεξῆς | ἀεὶ τοὺς ἐφ. |
| — | C. | 3. | ϛ´ | Deest. |
| 83. | A. | 3. | φέρ᾽ | φέρε |
| — | — | 6. | τὸν ἐπίσημον | τὸ ἐπίσ. |
| — | — | — | μετέχεται δὲ | μετῆκται δὲ |
| — | B. | 4. | ὁ ἐκ τῶν | ἐκ deest. |
| — | C. | 3. | ἕβδομος | εὔδομος |
| 84. | C. | 2. | ἕκαστος | ἑκάστου |
| — | D. | 5. | γεννῶνται | γενῶνται |
| 85. | A. | 1. | μονάσασα | μονάσα |
| — | B. | 5. | γνομόνων | γνωμόνων |
| — | C. | 2. | ὁ ἐκ τῶν | ἐκ abest. |

| Pag. | | | *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|---|
| 85 | D. | 3. | ἐκθεῖτο στοιχηδὸν καὶ | ἐκθοῖτο στιχηδὸν. Abest καὶ |
| — | — | 5. | τὸν συνεχῆ | τὸ συν. |
| 86. | A. | 6. | περισσῶν μόνων, πεντάγωνος δὲ | Desunt. |
| — | B. | 4. | ἐστὶν | Deest. |
| — | C. | 6. | δυνάμει | δυνάμεις |
| — | D. | 2. | ἀπό τινος vsque ad ταυτὸν | Desunt. |
| 87. | A. | 2. | ἑαυτὴν | αὑτὴν |
| — | C. | 6. | τῶν τριγώνων | τῶν δὲ τριγών. |
| — | — | 7. | μ′ | μ′, μς′ |
| — | D. | 4. | αἱ αὐταὶ μένουσι | ἑαυταὶ μενοῦσι |
| 88. | A. | 2. | ἀλλασσόμεναι | ἐλασσόμεναι |
| — | — | 8. | ἐνταῦθεν | ἐντεῦθεν |
| — | B. | 5. | συντεθέντος | συντιθέντος |
| — | C. | 1. | τὸ λοπὸν | τὸ λεῖπον |
| — | D. | 2. | χῶραν ἔχε | χώρας ἔσχε |
| — | — | 3. | τῷ τῶν | τῇ τῶν |
| — | — | 6. | ἀλλασσομένην | ἐλασσομένην |
| 89. | B. | 6. | εἶτα τρίτον | εἴτε τρίτον |
| — | — | 7. | ἐπεὶ τρεῖς | εἴτε τρεῖς |
| — | C. | 6. | προςτετάχθω | προςτετάχθαι |
| 90. | A. | 4. | δὲ | δὴ |
| — | C. | 6. | ἐμφανίσονται | ἐμφανήσονται |
| — | — | 8. | τοιούτῳ | τούτῳ |
| — | D. | 1. | λοιπῶν | διπλῶν |
| — | — | 2. | ἐστὶ | ἔστι |
| — | — | 3. | ὁ δύο πρὸς ἕν, | ὁ deest. Pro ἓν legitur ἕνα |
| — | — | 5. | δὲ | δὴ |
| 91. | B. | 1. | ς | δυο |
| — | C. | 2. | ἃ μερίζω | ἃ deest. |
| — | — | 3. | ἵνα ἔχω μέρος τὰ ς̄ ς′ | καὶ ἔχω μέρος τὸ ω τ G ς̄ |
| — | — | 4. | μονάδων | μονάδων εἶναι |
| — | — | 7. | συνδυασμὸν | συνδισμὸν |
| 92. | A. | 3. | ὧν ἐπὶ τέσσαρες | ὧν ἐπεὶ τέσ. |
| — | C. | 4. | ζ′ | ξ′ |

| Pag. | Edit. Tennul. | Cod. Cizens. |
|---|---|---|
| 93. A. 1. | ἡμίσεις | ἥμισυς Numeri fracti ½ in codice hoc est signum, ϛ′. Conf. Bastii epist. crit. pag. 20. ed. Lips. |
| — — 2. | καὶ ὁ γ′ C′. καὶ ἡ C′ | καὶ ὁ ο Γ ϛ′ καὶ ὁ ν ϛ′ |
| — — 4. | δηλονότι τοῦ ρκ′ | δηλονότι τοῦ προτέρου συγκεφαλαιώματος τοῦ ρκ′ |
| 94. B. 6. | τὸ ἑ | τὸν ἑ |
| — — 8. | τὸ τον ἡ | Desunt. |
| — D. 1. | πυθμέσι | πυθμέσιν |
| 95. A. 8. | ἐν — ὁ ἑ | Haec desunt. |
| — B. 7. | οἱ | οἷς |
| — C. 6. | τὸ ἡ | ὁ ἡ |
| — D. 4. | τὰ σκθ′ | τὰς κθ′. Eadem diuersitas recurrit pag. 96. A. lin. 2. |
| 96. B. 2. | σκθ′, λείπω vsque ad verba τάξει τούτων | Haec omnia desunt. |
| — C. 1. | δευτέρου καὶ | δευτέρου τε καὶ |
| — — 7. | παρηδολεσχήσθω | παρηδολεσχείσθω |
| — D. 2. | πῶς καὶ | καὶ deest. |
| — — — | αὐτῶν | αὐτῶν τὸ |
| 97. A. 1. | τοὺς παρ᾽ ἕνα, καὶ τοῦ παρὰ δύο | καὶ τοὺς παρὰ δύο, τοὺς παρὰ δύο καὶ παρὰ τρεῖς, καὶ ἑξῆς. etc. |
| — B. 3. | οὐκέτι μὴν τοῖς τριγώνοις πᾶσι — καὶ | Haec desunt. |
| — D. 2. | ἀναγκαίως | ἀναγκαῖος |
| 98. A. 5. | κοινῇ | κοινοὺς |
| — B. 3. | ἄλλα | ἀλλὰ |
| 99. A. 1. | καὶ πᾶς ἑξάγωνος vsque ad verba πρὸ ἐκείνου | Desunt. |
| — — 6. | παραυξομένης | παραυξανομένης |
| — B. 2. | ὑπὸ τοῦτον | ὑπὸ τούτων |
| — C. 1. | πρὸ ἐκείνου ιέ | πρὸς ἐκείνου ε |
| — — 7. | πολύγωνοι μετὰ | πολύγωνοι οἱ μετὰ |

| Pag. | | | *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|---|
| 100. | A. | 4. | καὶ πρὸ ἐκείνου | καὶ τοῦ πρὸ ἐκ. |
| — | — | 5. | πρῶτον τὸν | πρῶτον τρίγωνον τὸν |
| — | B. | 6. | παρὰ τρὶς | παρὰ τρὶς καὶ |
| — | C. | 2. | τῶν γνωμονικῶν | τῶν γνωμικῶν τριγώνων |
| — | — | 5. | τρίγωνος, ἐκτεθήσεται | τρίγωνον δ' ἐκτεθήσ. |
| — | D. | 1. | διεκτεθήσεται | διεκταθήσεται |
| — | — | 6. | ὑπὲρ αὐτὸν | ὑπὲρ αὐτῶν |
| 101. | A. | 4. | ὡς ἐν | ἐν deest. |
| 102. | B. | 1. | ἀπὸ μονάδος | ὑπὸ μονάδ. |
| — | — | 6. | καὶ ἐναντίους | καὶ τοὺς ἐναντ. |
| 103. | A. | 2. | μόνον λόγον | μόνα λόγον |
| — | — | 3. | ἑτερομηκικὸν | ἑτερόμηκον |
| — | — | 8. | ἐπιτηδὲς ὑπ' αὐτῆς φύσεως ἀναδεχθέντας | ἐπίτηδες ὑπ' αὐτῆς τῆς φύσ. ἀναδειχθέντας |
| — | B. | 3. | ὡς | ὡς ἑξῆς |
| — | — | 6. | διχοφωνεόντων καὶ τῇ | διχοφωνηέντων καὶ τᾷ |
| — | C. | 1. | τὸ καθόλου | τὰ καθόλ. |
| — | — | 7. | περὶ τὴν τῆς | περὶ τῆς |
| — | — | 10. | μόνην | μονὴν |
| — | D. | 4. | ἀνακρίνοιτο | ἀνακρίναιτο |
| 104. | B. | 4. | τοῖς λόγοις | τοῖς ἀλόγοις |
| 105. | A. | 7. | ἀφομοίωσιν | ἐφ' ὁμοίωσιν |
| — | B. | 4. | ἀπὸ πάντων | ἁπάντων |
| 106. | A. | 2. | ὕπερ εἰ | εἰ deest. |
| — | C. | 1. | ἔχοντες καὶ | καὶ deest. |
| — | — | 3. | τῶν | τῶν μὲν |
| — | — | 8. | ξδ' | ξά |
| — | D. | 1. | κ' | κέ |
| — | — | 2. | κ'. λ'. μβ'. νϛ' | κά. μβ'. |
| — | — | 6. | κατὰ τὸ | κατὰ τὸν |
| 107. | A. | 4. | ἀποφέρεται | ἀποφαίρεται |
| 108. | A. | 1. | τέσσαρα | τέτταρα |
| — | B. | 3. | διαφορουμένους | διαφορουμένης |
| — | C. | 8. | καὶ μὴ | καὶ μή τι |
| 109. | A. | 1. | γνωμονικῶν | γνωμονικῶς |
| — | — | 2. | ἐπισώρειαν | ἐπὶ σωρείαν |

| Pag. | | | Edit. Tennul. | Cod. Cizens. |
|---|---|---|---|---|
| 109. | B. | 4. | ἑτερομήκεσιν | ἑτερομηκέσιν |
| — | — | 6. | νύσσα | καὶ νύσσα |
| — | D. | 1. | ἀλλὰ εἰς | ἀλλὰ καὶ εἰς |
| 110. | C. | 8. | ἐπαλλάττουσιν | ἐπελάττουσιν |
| 111. | C. | 4. | ἀναλόγως | ἀλόγως |
| 112. | B. | 1. | ἀριθμὸν | ἀριθμὸς |
| 113. | A. | 4. | εὔτακτος | δ' εὔτακτος |
| — | — | 6. | καὶ ἐκ τοῦ | ἐκ deest. |
| — | C. | 2. | δὶς τρία | δὶς τρὶς |
| — | — | 4. | συνδιασμὸν ἐγκριναμένων | συνδιασμὸν ἐγκιρναμένων |
| — | D. | 2. | πρόςθεσιν | πρόθεσιν |
| 114. | A. | 1. | εἰλικρινεῖς | εἰλικρινεῖς |
| — | — | 3. | σύμφθαρσιν | σύμφθασιν |
| — | — | 8. | ἀπετέλεσε | ἀποτέλεσε |
| — | B. | 5. | ἐγκριναμένων | ἐγκιρναμένων |
| — | C. | 1. | διὰ τὸ vsque ad συνεμφαίνεσθαι | Desunt. |
| 115. | A. | 8. | ἀδιακρίκους | ἀδιακρίτους |
| — | B. | 7. | εὕροιμεν | εἴροιμεν |
| — | D. | 5. | γωνίας | γωνίαν |
| 116. | A. | 1. | θατέρου | θατέρους |
| — | D. | 5. | κρᾶσις | κράσις |
| — | — | 6. | γάμος | γάμον |
| 117. | B. | 6. | ἢ δὲ καὶ εἰ | ἢ εἰ καὶ εἰ |
| 118. | A. | 6. | πρὸς τὸν τρίτον | πρὸς Γ' τὸν τρίτον |
| — | — | 7. | τοῦ ἐπιτρίτου | τοῦ τρίτου |
| — | D. | 1. | ἐπένvατος | ἐπένατος |
| — | — | 3. | καὶ δευτέρου ὁμοίου ὁ γεννόμενος | καὶ τετάρτου ὁμοίου ὁ γενόμενος |
| — | — | 5. | προτέρας | πρωτέρας |
| 119. | A. | 5. | ἀνόμοιοι πάντως γενήσονται | ἀνόμιοι πάντες γενήσονται |
| — | — | 6. | θατέροις | θατέρου |
| — | — | 7. | μεσεμβολοίημεν | μεσεμβαλοίημεν |
| — | B. | 3. | ὅτου | ὅτε |
| — | — | 4. | καὶ ξδ' | καὶ ὁ ξδ' |
| — | — | — | ἀνάλογοι | ἀνάλογον |

| Pag. | *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|
| 119. B. 8. | τῶν ἀνομοίων | καὶ τῶν ἀνομοίων |
| — D. 1. | ἀποφαίνει | ἀποφαίνειν |
| — — 5. | ἡμιόλιος | ὑφημιόλιος |
| — — 7. | ἐπιτέταρτος | ὑποτέταρτος |
| 120. A. 6. | οὐ μὲν | οὐ μὴν |
| — D. 1. | καὶ μέ. καὶ ξς'. καὶ σά. | καὶ τὸν μέ. καὶ τὸν ξς'. καὶ τὸν σά. |
| — — 6. | δευτέρῳ ὁμοίῳ, καὶ δεύτερον ἀνόμοιον | Desunt. |
| 121. A. 7. | ρέ | ριέ |
| — C. 7. | εἴδους τε | εἴδους δὲ |
| 122. C. 3. | τὴν διαφορὰν | τὴν deest. |
| — — 5. | τὸν | Deest. |
| — — 6. | πάλιν δὲ | δὲ deest. |
| 123. A. 3. | ποιότητι δὲ | δὲ deest. |
| — — 7. | ἀνόμοιοι | ἀνόμιοι |
| — B. 4. | ἐξ ἑνὸς καὶ | καὶ deest. |
| — — 8. | τρίτου ἀνομοίου | τρίτου ὁμοίου |
| — D. 6. | ἐξετάζων | διεξετάζων |
| 124. B. 7. | ρ ὁ ἀριθμὸς | ὁ ρ ἀριθμὸς |
| — C. 2. | τριαδουμένη | τριαδουμένη |
| — D. 3. | ἀπεικάσθαι | ἀπεικάσται |
| — — 4. | ὕσπληγος | ὕσπληγγος. At paulo post ὕσπληγι. |
| 125. A. 7. | γενήσεται | γένηται |
| — C. 2. | κύβος | κῦβος |
| — — 3. | ἐπιπεδωθῇ | ἐπιπεδοθῇ |
| — D. 2. | ἐπισυνθέντες | ἐπισυντιθέντες |
| 126. A. 1. | καμπτῆρος | καλυπτῆρος |
| — — 8. | αὐτὴν | αὐτὴ |
| — B. 8. | προσενείμαμεν | προνείκαμεν |
| — C. 2. | ὑπὸ τῶν | ἀπὸ τῶν |
| — — 3. | φιλοθεωρεῖν | φιλοθεωρὸν |
| — D. 5. | ἔχοι | ἔχει |
| 27. A. 4. | προλαβὼν | προςλαβὼν |
| — B. 6. | ἐπ' ἀλλήλων | ἐπ' ἀλλήλους |
| — C. 7. | πλευρὰν πλευρᾷ | πλευρᾷ πλευρὰν |
| — D. 1. | πολλὰ ἄλλα | πολλὰ καὶ ἄλλα |

| Pag. | | | Edit. Tennul. | Cod. Cizens. |
|---|---|---|---|---|
| 127. | D. | 5. | ἐπὶ τὸν πλ. | ἐπὶ τῶν πλ. |
| 128. | C. | 8. | ἴδιον δὲ | δὲ abest. |
| 129. | A. | 8. | δὶς δύναται | δὶς abest. |
| — | D. | 5. | γίνοιτο | γίγνοιτο |
| 130. | A. | 2. | ἔστι | ἔσται |
| — | — | 7. | τῆς διαμέτρου, et, τῆς πλευρᾶς | Desunt. |
| — | B. | 1. | πρὸς ἀλλήλους | πρὸς ἀλλήλας |
| — | — | 4. | ἢ διάμετροι | ἢ διπλάσιοι |
| — | D. | 2. | τῆς πλευρᾶς | τῆς διαμέτρου |
| 131. | A. | 6. | τριχὴ | τριχῆ |
| — | B. | 3. | ἰσοεπίπεδοι | ἰσοεπίπεδοι καὶ ἰσοδιάστατοι |
| — | — | 5. | κύβοι | κῦβοι |
| 132. | A. | 2. | τετραγώνῳ | τετραγώνων |
| — | B. | 4. | σφηνίσκῳ | σφηνίσκον |
| — | C. | 6. | μᾶλλον | μᾶλον |
| 133. | B. | 2. | ἐν ἐπιπέδοις | ἐν deest. |
| — | C. | 8. | τρὶς κατὰ | τρὶς γὰρ |
| 134. | B. | 2. | πλινθίδων | πλινθοδίων |
| — | — | 6. | ἐμφαίνηται | ἐμφαίνονται |
| — | C. | 1. | πυραμίδων | πυραμιδῶν |
| 135. | B. | 1. | πυραμίδων | μυραμίδων |
| — | D. | 2. | περισσοταγέσι | περισσοτάδεσι |
| 136. | B. | 8. | καὶ στίχον | καὶ deest. |
| — | C. | 4. | εἶτα εἰκοσὰς vsque ad verba τις πυραμὶς | Desunt. |
| 137. | B. | 1. | ἕκαστος ἕκαστον | ἑκάστους ἕκαστον |
| — | — | 3. | εὔτακτοι | καὶ εὔτακτοι |
| — | — | 8. | πρῶτος | πρῶτον |
| — | C. | 3. | ὁ κζ' | Desunt. |
| — | — | 6. | ὁμοίως | ὁμοίων |
| 138. | A. | 1. | ὁ δὲ τετράγωνος πλευρὰ - πλευρᾶς | Haec bis scripta sunt |
| — | B. | 2. | μετὰ μονάδα | μετα μονάδος |
| — | — | 5. | ἔσται | κύβος ἔσται |
| — | C. | 8. | κατὰ ἀναλογ. | κατ' ἀναλογ. At pag. 115. D. lin. 1. ed. Tennul. κατ' |

| Pag. | | | *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|---|
| | | | | ἀντιδιαστολὴν, et Cod. Ciz. κατὰ ἀντιδ. |
| 138. | D. | 1. | πολλαχῶς | πολλαχῶς ὁ λόγος |
| — | — | 4. | προςκεῖται | πρόςκειται |
| 139. | B. | 5. | ἔσται | ἐστὶν |
| 140. | A. | 1. | ἀνισότητος | ὁ τῆς ἀνισότητος |
| — | — | 2. | ἐν δέκα γένεσιν | ἐν δεκάσι γένεσις |
| — | D. | 6. | τῶν τὸν | τὸν deest. |
| 141. | A. | 1. | τῆς δὲ | τῆς δὴ |
| — | — | 2. | γιγνομένης | γινομένης |
| — | — | 5. | οὕτως ὠνόμασται | οὕτος ὀνομάσθαι |
| — | B. | 4. | ὑπάρχει | ὑπάρχῃ |
| — | — | 8. | αἱ ἐν | καὶ ἐν |
| — | D. | 5. | λεγομένη — τρίτη | λεγομένη — τρίτη |
| — | — | 6. | περὶ τὸν | τὸν deest. |
| 142. | A. | 2. | ἁρμοσμένον | εἱρμοσμένον |
| — | — | 5. | ὑπεναντίον | ὑπεναντίου |
| — | D. | 2. | ἑκατέρους | ἑκατέρων |
| — | — | 5. | πρὸς τὸν ἐλάττονα ὅρον | τὸν πρὸς τῷ ἐλάττονι λόγῳ |
| 143. | A. | 1. | τούτοις | τούτους |
| 145. | A. | 4. | γενόμενοι | γινόμενοι |
| — | — | 5. | παράλειψιν | παράληψιν |
| — | B. | 1. | ῑέ | ὁ ιέ |
| — | D. | 1. | παραλλειπομένου | παρελλειπομένου |
| 146. | A. | 8. | προςλαβὼν | προλαβὼν |
| — | B. | 3. | ἀναγὼν | ἀναγαγὼν |
| — | — | 8. | δι᾽ ὅλου | διόλου. Ita etiam alibi. |
| — | C. | 3. | ὑπάρχουσα | ὑπάρχουσαν |
| 147. | A. | 3. | παρακολουθήματα | In margine ab eodem librario positum est, παρακολουθοῦντα |
| — | B. | 3. | μόνως | κυρίως |
| — | D. | 5. | τοῦτο | τοῦτο αὐτὸ |
| 148. | A. | 6. | συμβήσεται | καὶ ξυμβήσεται |
| — | — | 7. | διειλήφασι | διειλήφεσαν |
| — | C. | 5. | λόγον ἐστάθη | ἐστάθη λόγον |
| — | — | 7. | πρὸς τὸ πρῶτον | προττὸ πρῶτον |

| Pag. | | | Edit. Tennul. | Cod. Cizens. |
|---|---|---|---|---|
| 148. | C. | 7. | πρὸς αὐτὸ | ποτ᾽ αὐτὸ |
| — | D. | 4. | διηρημένου | τοῦ διηρημ. |
| 149. | A. | 5. | τῆς ἐπὶ τῶν σχ. | τοῖς ἐπὶ τ. σχ. |
| — | B. | 6. | τῷ ἀπὸ — ἀποτελεῖν | τὸ ἀπὸ — ἐπιτελεῖν |
| — | — | 8. | οἱ ὅροι | οἱ abest. |
| — | C. | 6. | τοιοῦτο | τοιοῦτον |
| 150. | A. | 2. | πολλασιάζεσθαι | πολυπλασιάζεσθαι |
| — | — | 5. | ἡμίσεια | ἡμίσει |
| — | B. | 4. | σπανιωτέραι | σπανιώτεραι |
| — | C. | 6. | ὅρους | χόρους |
| 151. | A. | 6. | συνέχειάν τε | συνέχειάν γε |
| — | B. | 2. | ἕκαστοι | ἕκαστον |
| — | — | 7. | μειζόνων ὅρων usque ad verbum ὑπεροχὴ | Desunt. |
| — | C. | 7. | ὁμοίῳ | ὁμοίως |
| 152. | A. | 3. | γεομετρικῆς | γεωμετρικῆς |
| — | B. | 7. | συμφωνήσεων | σύμφωνον |
| 153. | A. | 2. | γενομένων | γενωμένων |
| — | — | 6. | τοῖς πρωτοτύποις | τοῖς deest. |
| — | B. | 2. | καθ᾽ ὃ | καθὸ |
| — | C. | 4. | ἀρχῆς | Deest. |
| — | — | 7. | ἰη. τοῦ δὲ μέσου πρὸς τὸν μέγιστον | Desunt. |
| — | — | 8. | ἰδίᾳ δὲ | ἵνα διὰ δὲ |
| — | D. | 4. | περιέχοντι | περιέχοντα |
| 154. | A. | 8. | προσερρήθη | προερέθη |
| — | B. | 2. | τὸν τριπλάσ. | τὸ τριπ. |
| — | C. | 4. | καὶ ἐπ᾽ ἀλλήλας | καὶ ἔτι ἐπ᾽ ἀλλ. |
| 155. | A. | 5. | ἐπί τε γὰρ τῆς β΄. γ΄. ς΄. ὁ μέσος ὅρος | ἐπὶ δ̄ β΄ γ΄ ς΄ τῷ αὐτῷ μέρει ὁ μέσος ὅρ. |
| — | — | 8. | ὑπερέχει καὶ | ὑπερέχει τε καὶ |
| — | C. | 8. | βούλονται | τοῦ βούλονται |
| — | D. | 5. | κἀκεῖνο — τὸ μικτὸν | κἀκείνους — τὸ μικρὸν |

| Pag. | *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|
| 155. | D. 6. ἔχειν | ἔχει |
| 156. | A. 2. ἑκάτερα | ἑκατέρας |
| — | B. 8. δὲ ὑπὸ θατέρου vsque ad verba καὶ ὑπερσχεθήσεται | Haec desunt. |
| 157. | B. 2. ἔχει | ἔχοι. Deinceps male repetita sunt haec verba: ἡ ἁρμονικὴ λέγοιτο· οὐκ ἔτι δὲ καὶ τῇ γεωμετρικῇ. ἴδιον δὲ ἔχειν |
| — | C. 1. δεύτερον δ' ἐκ δὶς πρώτου | δεύτερον. δεύτερον δὲ δὶς πρώτου |
| — | — 7. ἰσότητος τῆς | τῆς deest. |
| — | D. 6. ποικίλας | ποικίλης |
| 158. | A. 3. εἴτε περισσῶν | εἴτε καὶ περ. |
| — | B. 5. γεωμετρικὴν | καὶ γεωμετρικὴν. Deinceps ἰδιώμασιν αὐτοῖς |
| 159. | A. 2. ἀφηρέθη | ἀφερέθη |
| — | — 5. ἴδιον ἀριθμητικῆς | ἀριθμητικῆς ἴδιον |
| — | B. 8. πρὸς ἀλλήλους | πρὸς ἀλλήλας |
| — | C. 5. ἀπ' Ἀρχύτου | ὑπ' Ἀρχ. |
| — | D. 3. ἐνοφθέντας | ἐνοφιέντας |
| 160. | B. 2. πολλαπλασίας | πολλαπλασίους |
| — | C. 7. ὑπερσχεθήσεται | ὑπερεχθήσεται |
| 161. | A. 4. ἐξ | Abest. |
| — | B. 3. δυοδευτέρων. vsque ad verba ἅπαξ πρώτου | Desunt. |
| — | D. 5. ἐπὶ δὲ | ἐπεὶ δὲ |
| 162. | C. 6. διαφορῶν πρὸς ἀλλήλους | διαφ. πρὸς ἀλλήλας |
| 163. | B. 7. Εὐφράνορα | ἀφράνορα |
| — | — 8. προςφιλοτεχνήθεισαν | προςφιλοτεχνηθείσας |
| — | C. 2. τοιοῦτο | τοιοῦτον |
| — | — 5. ποικίλλειν | ποιλίκον |
| 164. | A. 4. οἷον ϛ' | οἱ ζ' |

| Pag. | | | *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|---|
| 164. | A. | 6. | γ' | ς' |
| — | C. | 2. | μειζόνων ὅρων | μειζόνων ὅρων πρόμηκες |
| — | — | 4. | ὅνπερ | ὥσπερ |
| — | — | 8. | πρὸς τὸν | πρὸς τὸ |
| 165. | B. | 3. | ποιῶ | ποιῶν |
| — | C. | 1. | πρὸς ἐλάχιστον | πρὸς τὸν ἐλάχιστον |
| — | — | — | οὕτω καὶ τὸ | τὸ deest. |
| 166. | B. | 8. | οὕτω καὶ ἡ τῶν ἄκρων διαφορὰ πρὸς τὴν τοῦ μεγίστου παρὰ τὸν μέσον | οὕτω καὶ ἡ τοῦ μεγίστου παρὰ τὸν μέσον |
| 167. | B. | 2. | συνθεὶς δὲ οὖν τοὺς ἄκρους | συνθεὶς δὲ τῶν ἄκρων |
| 168. | A. | 4. | τρανότατα | τρανώτατα |
| — | B. | 6. | ἐν Τιμαίῳ | ἐν τῷ Τιμ. |
| — | D. | 2. | τῷ τοῦ ἐπογδόου | τὰ τοῦ ἐπογδ. |
| — | — | 3. | καὶ τούτοις | κατὰ τούτοις |
| — | — | 5. | παράδυσιν | παραδίδοσιν |
| 169. | A. | 5. | γίνηται | γίνεται |
| — | — | 7. | κατακριναμένη | κατακιρναμένη |
| — | B. | 7. | μετὰ | μεθὸ |
| — | C. | 2. | ἡμιολίῳ | ἡμιολίων |
| — | D. | 2. | ἐπιτρίτου | ἐπὶ τρίτῳ |
| 170. | A. | 5. | ἐμπεριέχει τὰ | ἐνπεριέχει τὰς τὰ |
| — | B. | 3. | τὸ διὰ | τὸ δὲ διὰ |
| 171. | A. | 6. | οὕτω μείζονας | τούτῳ μείζ. |
| — | B. | 2. | παρίεμεν | παρίημεν |
| 172. | A. | 4. | ἤδη κἀπὶ | ἤδη δὲ κἀπὶ |
| — | — | 5. | καὶ ὅλως | καὶ ὅλως τῶν |
| — | — | 8. | ἔντα τοῖς | ἐν τα τοῖς |
| — | D. | 4. | δεῖ | δὲ |
| — | — | 6. | ἔχων | ἔχον |
| 173. | A. | 1. | παρασχῇ, ὅς | παράσχῃ ὡς |
| — | B. | 4. | ἔχει | Deest. |
| — | C. | 6. | καὶ οὔτε τρίτον ἔχει | καὶ οὔτε ἥμισυ, οὔτε τρίτον ἔχει |
| 174. | A. | 6. | συμφωνίαν. Καὶ πάλιν | συμφωνίαν σύνθετον οὖσαν. ἐκ τῆς διὰ τεσσάρων καὶ διὰ ε΄. καὶ πάλιν |

| Pag. | | | *Edit. Tennul.* | *Cod. Cizens.* |
|---|---|---|---|---|
| 174. | B. | 8. | ὑπερέχει | περιέχει |
| — | C. | 2. | καὶ τοῦ ή τὸν ἡμιόλιον | καὶ ὁ τοῦ ή καὶ ς' τὸν ἡμιόλιον |
| 175. | A. | 1. | συμφωνίας ὁ διπλάσιος. Τὸν δὲ τριπλάσιον vsque ad verba δὶς διὰ πασῶν | Haec omnia desunt. |
| — | B. | 4. | ἐκκειμένους | ἐγκειμένους |
| — | — | 6. | ἔτι ἐπὶ | ἔτι ἐπεὶ |
| — | — | 7. | καὶ τὰς διαφορὰς τὰς | Desunt. |
| — | C. | 2. | πειρασθέντα | πειραθέντα |
| — | — | 5. | ὡς ἡ | ἡ ὡς |
| — | — | 6. | οὕτω ὁ | οὕτως ὁ |
| 176. | A. | 2. | ὑπερέχει καὶ | Desunt. |
| — | B. | 6. | ἐντελεσθέραν σοι | ἐντελέστερόν σοι |
| — | C. | 6. | πρὸς τούτων | πρὸ τούτων |
| — | — | 8. | εὐμαρεστέρα | εὐλαβεστέρα |

In fine: καὶ τῷ θεῷ δόξα. Duo fragmenta, quae e suis codicibus Tennulius adiecit, in Cizensi non extant.